<i>Hier. 14. 5. Cerua agri genuit, et Relinquere, vulg. cerua in agro peperit & reliquit.</i> 535	<i>Tradendo tradetur, vulg. sed tradetur in manus regis Babilonis.</i> 448. <i>Hier. 32. 4.</i>
<i>Hier. 15. 10 Omnes maledicūt mibi.</i> 505	<i>Fortissime, Magne & potens.</i> 742 <i>Hie. 32. 18</i>
<i>Hier. 16. 7. Ad consolandum super mortuo.</i> 383	<i>Annuncia queso, vulg. indica nobis.</i> 331 <i>Hie. 36. 17</i>
	<i>Ne facias ei qdquā mali.</i> 104 <i>Hie. 39. 12</i>
	<i>Ecce ego inducam</i> 484 <i>Hie. 39. 16</i>
	<i>Nos: vulg. ad quem mittim⁹ te.</i> 209 <i>Hier. 42. 6.</i>
	<i>Gladio & fame consumpti sumus</i> <i>Hie. 44. 18</i>

SACRARVM SCRIPTVR.

<i>sumus.</i> 429	<i>Fili hominis comede:</i> 267 <i>Ezech. 3. 1</i>
<i>Hie. 44. 25 Ratta habebitis, vulg. impletis vota vestra.</i> 399	<i>Sume tibi frumentum.</i> 189 <i>Ezech. 4. 9</i>
<i>Hier. 48. 20 Confusus est Moab.</i> 285	<i>Incuruabāt se, vulg. Adorabāt ad ortum solis.</i> 264. & 506 <i>Ezech. 8. 16</i>
<i>Hiere. 49. 8 Terga vertite.</i> 423	<i>Et signa Thau super frontes virorum.</i> 55 <i>Ezech. 9. 4</i>
<i>Hier. 49. 10 Abscondita eius seu abscondere se.</i> 403	<i>Remansi ego solus.</i> 504 <i>Ezech. 9. 8</i>
<i>Hier. 49. 20 Desolare fecerit, vulg. dissipauerint.</i> 440	<i>Educam vos de medio eius.</i> 580 <i>Ezech. 11. 7</i>
<i>Hier. 50. 5 Adiungam, vulg. & apponetur ad Dominum.</i> 417	<i>Vt desolet terra.</i> 369. alias 370 <i>Ezech. 12. 19</i>
<i>Hier. 50. 14 Et projicite eam, vulg. debellate eam.</i> 933	<i>Nasci, vulg. in die ortus tui.</i> 380 <i>Ezech. 16. 4</i>
<i>Hier. 51. 58 Laborauit inaniter, vulg. ad nihilum.</i> 523	<i>Preteritum Meretricis, vulg. quasi meretrix angēs pretiū.</i> 935 <i>Ezech. 16. 31</i>
<i>Hie. 52. 11 Oculos Scdechia ex cacauit, vulg. eruit.</i> 391	<i>Domū meretricis, vulg. omnibus meretricibus dantur mercedes.</i> 933 <i>Ezech. 16. 33</i>
<i>Ex Threnis.</i>	<i>Cognitus sum vulg. & apparui eis.</i> 373 <i>Ezech. 20. 5</i>
<i>Thre. 1. 12 O vos omnes qui transitis.</i> 930	<i>Sic iudicabo vos.</i> 271 <i>Eze. 20. 36</i>
<i>Thre. 1. 12 Qui factus est, vulg. quoniam vindemiauit me.</i> 437	<i>Vnus quisque ad idola sua, ite, vulg. post idola vestra ambulata.</i> 251 <i>Eze. 20. 36</i>
<i>Thre. 1. 16 Ego fletus, vulg. plorans.</i> 411	<i>Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum.</i> 356 <i>Ezech. 21. 6</i>
<i>Thren. 2. 9 Demersa sunt, vulg. defixa sunt.</i> 929	<i>Esse, vulg. exacutus est.</i> 415 <i>Eze. 21. 10</i>
<i>Thre. 2. 16 Striderunt, vulg. fræmuerunt denti suis.</i> 76	<i>Quomodo gaudebimus.</i> 553 <i>Eze. 21. 10</i>
<i>Thre. 3. 22 Defecerunt, vulg. quia nō sum⁹ cōsumpti qd defecerūt.</i> 426	<i>Acies gladij, vulg. conturbationem gladij acuti et limati ad fulgendum.</i> 934 <i>Eze. 21. 15</i>
<i>Thre. 3. 33 Dolor affecit.</i> 474	<i>Ad in suslandum, vulg. vt sic cendam in ea ignem.</i> 323. <i>Eze. 22. 20</i>
<i>Thre. 3. 49 Requies aut intermissio.</i> 933	<i>alias.</i> 326
<i>Thren. 4. 3 Lactauerunt catulos suos.</i> 377	<i>Et erudientur, vulg. & discent omnes mulieres.</i> 497 <i>Ezech. 23. 48</i>
<i>Thre. 4. 14 Polluti sunt sanguine.</i> 510	<i>Plaudere, vulg. pro eo quod plausisti manu.</i> 45 <i>Ezech. 25. 6</i>
<i>Thre. 4. 21 Gaude & letare filia Edō.</i> 251	<i>Ex Baruk.</i>
	<i>Baru. 3. 20 Viam disciplinæ tradidit illam Iacob puero suo.</i> 760
	<i>Baru. 3. 29 Quis ascendit in calum, & accepit eum.</i> 739
	<i>Ex Ezechiele.</i>
<i>Ezech. 1. 11 Et facies eorū et pena eorū.</i> 123	<i>Et facies eorū et pena eorū.</i> 123
<i>Ezech. 1. 14 Currando, vulg. ibant.</i> 415	<i>Et facies eorū et pena eorū.</i> 123
<i>Ezech. 1. 14 Tonitruum, vulg. in similitudine fulgoris corruscātis.</i> 934	<i>Et facies eorū et pena eorū.</i> 123
	<i>Repleta sunt interiora tua ini d quitate</i> <i>Ezech. 28. 16</i>

I N D E X

	quitate.	400	vicamini, vulg. venite ad Be-
Ezec. 28. 16	Perdāte, vul. et perdiditē.	358	ihel & impie agite. 251
Ezec. 32. 2	Educebas flumina tua, vulg. et		Loquentem perfecte. 430
	vētilabas cornu in fluctibus		Amos. 5. 10
	tuis.	388	Amos. 5. 13
Ezec. 32. 19	Dormi cum incircuncisis.	288	Abominor ego, vulg. detestor
Ezec. 38. 2	Terra Magog.	580	Amos. 6. 9
Ezec. 39. 7	Et nō pollua nomē sanctū.	441	ego superbiam Iacob. 932
Ezec. 43. 27	Placatus ero vobis.	411	Migrando migrabit: vulg. cap-
Ezec. 44. 7	Incircuncisos, vulg. in circun-		Amos. 7. 11
	cisos corde.	577	tuius migrabit. 415
Eze. 46. 22	Angulata atria, vul. in quatuor		Stillare, vulg. stillabunt mon-
	Angulis atrij.	283	Amos. 9. 13
	Ex Daniele.		tes dulcedinem. 267
Dan. 2. 27	Dat sapientiam sapientibus &		Ex Iona.
	scientiam intelligentibus di-		Et cecidit fors super Ionā. 321
	sciplinam.	760	Ion. 1. 7
Dan. 3. 58	Angeli domini Dominum be-		Propter me tēpestas hac gran-
	nedicite.	767	dis. 196
Dan. 5. 11	Sapientia vt sapiētia Dei, vul.		Ex Michæa.
	scientia & sapientia inuen-		Quæ præuaricatio, vulg. Quod
	te sunt in eo.	120	Mich. 1. 5
Dan. 9. 2	Attēte cōsideraui, vul. ego Dani-		scelus Iacob. 552
	el intellexi. 398. in nu. errato		Regnabit Dominus super eos. 86
Dan. 9. 23	Vir desideriorum tu es.	516	Mich. 4. 7
Dan. 12. 2	De dormitantibus, vul. & mul-		Vsque ad te veniet. 479
	ti de his qui dormiunt.	575	Mich. 4. 8
Dan. 12. 13	In fine dierum.	189	Comprehendit te dolor. 86
	Ex Osea.		Mich. 4. 9
Ose. 4. 2	Maledictū et maledictum.	480	Et tu Bethelen, Euphrata par-
Ose. 5. 2	Profundare fecerūt, vul. victi-		Mich. 5. 2
	mas declinastis in profun-		uulus es. 413
	dum.	284	Ex Naum.
Ose. 7. 12	Et cum profecti fuerint.	934	Dominus in tempestate. 930
Ose. 12. 10	Et locutus sum.	585	Naum. 1. 3
	Ex Ioele.		Et arefecit eum, vulg. & exic-
Ioel. 2. 5	Instructus prali, vulg. popu-		Naum. 1. 4
	lus fortis preparatus ad pre-		cans illud. 375
	lium.	517	Consumuntur quasi stipullæ, avi-
Ioel. 3. 11	Congregamini festināter, vul.		Naum. 1. 10
	erumpite & venite.	935	ditate plenæ. 518
	Ex Amos.		Ostendam ingentibus nudita-
Amos. 4. 4	Ingridimini Bethel & præua-		Naum. 3. 5
	ricamini, vulg. venite ad Be-		tem tuam. 421
	ihel & impie agite. 251		Vastata est Ninive.
	Loquentem perfecte. 430		Naum. 3. 7
	Amos. 5. 13		Ex Abacuc.
	Abominor ego, vulg. detestor		Traxit illud insagena sua. 421
	Amos. 6. 9		Abac. 1. 15
	ego superbiam Iacob. 932		Abac. 2. 12
	Migrando migrabit: vulg. cap-		Abac. 3. 10
	Amos. 7. 11		Contriuerunt se montes, vulg.
	tuius migrabit. 415		doluerunt montes. 292
	Stillare, vulg. stillabunt mon-		Abac. 3. 13
	Amos. 9. 13		Perensisti caput de domo im-
	tes dulcedinem. 267		Abac. 3. 13
	Ex Iona.		pij. 104
	Et cecidit fors super Ionā. 321		Ex Sophonia.
	Ion. 1. 7		Non sciens, vulg. Nesciuit au-
	Propter me tēpestas hac gran-		Sopho. 3. 5
	dis. 196		tem iniquus cōfusiōnē. 549
	Ex Michæa.		Reddā populis labiū electū. 33
	Quæ præuaricatio, vulg. Quod		Sopho. 3. 9
	Mich. 1. 5		Cane
	scelus Iacob. 552		
	Regnabit Dominus super eos. 86		
	Mich. 4. 7		
	Vsque ad te veniet. 479		
	Mich. 4. 8		
	Comprehendit te dolor. 86		
	Mich. 4. 9		
	Et tu Bethelen, Euphrata par-		
	Mich. 5. 2		
	uulus es. 413		
	Ex Naum.		
	Dominus in tempestate. 930		
	Naum. 1. 3		
	Et arefecit eum, vulg. & exic-		
	Naum. 1. 4		
	cans illud. 375		
	Consumuntur quasi stipullæ, avi-		
	Naum. 1. 10		
	ditate plenæ. 518		
	Ostendam ingentibus nudita-		
	Naum. 3. 5		
	tem tuam. 421		
	Vastata est Ninive.		
	Naum. 3. 7		
	Ex Abacuc.		
	Traxit illud insagena sua. 421		
	Abac. 1. 15		
	Abac. 2. 12		
	Abac. 3. 10		
	Contriuerunt se montes, vulg.		
	doluerunt montes. 292		
	Abac. 3. 13		
	Perensisti caput de domo im-		
	Abac. 3. 13		
	pij. 104		
	Ex Sophonia.		
	Non sciens, vulg. Nesciuit au-		
	Sopho. 3. 5		
	tem iniquus cōfusiōnē. 549		
	Reddā populis labiū electū. 33		
	Sopho. 3. 9		
	Cane		

SACRARVM SCRIPTVR.

Sopho. 3. 14	Cane Filia Sion, vulg. lauda fi-		Saluū faciet populum suū. 912	Matt. 10. 21
	lia sion.	429	Nihil occultum quod non re-	Matt. 10. 26
Sopho. 3. 18	Dolore affectos, vulg. Nugas,		ueletur.	759
	qui a lege recesserant.	473	Reuelasti ea paruulis.	758
	Ex Aggeō.		Mat. 11. 35	
Agg. 2. 8	Et veniet desiderium, vulg. de-		Ecce puer meus.	898
	siderat ^o cūctis gētibus.	527	Mat. 12. 18	
	Ex Zacharia.		Tibi dabo clauēs regni celo-	Mat. 16. 19
Zach. 2. 13	Si leat omnis caro.	285	rum.	534
Zach. 3. 3	Vestitus vestib ^o sordidis.	526	Qui vult venire post me.	837
Zach. 4. 10	Quis contempsit diem paruorū:		Mat. 16. 24	
	vulg. quis enim despexit di-		Qui semper vident faciem pa-	Mat. 18. 10
	es paruos?	517	tris mei.	821
Zach. 5. 4	Et commorabitur in medio do-		Os ex ossibus meis.	744
	mus eius.	387	Mat. 19. 4	
Zach. 5. 11	Et demittatur seu reponatur,		Sequere me.	837
	vulg. & ponatur ibi super		Mat. 19. 21	
	Basem suam.	332. & 500	Aedificauit turrim.	861
Zach. 6. 1	Et conuersus sum.	585	Mat. 21. 23	
Zach. 7. 2	Mēsis noni qui est Casleu.	55	Quod dixerint vobis facite.	851
Zach. 10. 6	Et conuertam eos seu habitare		Mat. 23. 2	
	faciam.	578. & 505	Dominus his opus habet.	2
Zach. 11. 5	Et pastores eorum non parce-		Mat. 23. 3	
	bant eis.	527	Nihil loquebatur sine parabo-	Mat. 24. 34
Zac. 12. 12	Familia & familia.	520	lis.	862
Zach. 13. 5	Adam exemplum meum.	786	Ex Marco.	
Zac. 14. 10	Et exaltabitur seu sublimis erit		Binos & binos.	519
	387. & 932		Marc. 6. 7	
	Ex Malachia.		Dicite quia domino Necessarij	Marc. 11. 3
Malac. 2. 2	Maledicam benedictionibus ve-		sunt.	2
	stris.	426	Maria Iacobi.	158
Malach. 2. 5	A facie noīs mei pauebūt.	111	Ex Luca.	
Malac. 4. 2	Dilatabimini seu multiplicabi-		Exultauit spiritus meus.	532
	mini. vul. salietis sicut vitu-		Luc. 1. 47	
	la de armento.	387	Non vobis placeat quia demo-	Luc. 10. 17
Malach. 4. 4	Mementote legis Mosi.	927	nia subiiciuntur vobis.	820
	Ex pri. Machab.		Ex Iohanne.	
1. Mach. 2. 14.	Scissis vestib ^o , vul. & scidit ve-		Propheta es tu?	575
	stimēta sua Matathias. 919		Iohan. 1. 21	
	Ex Matthēo.		Quadraginta sex annis templū	Iohan. 2. 20
Matt. 5. 18	Iota vnum aut vnus apex.	63.	adificatum.	920
	& 867		Sic Deus dilexit mundum.	753
Matth. 7. 6	Nolite sanctū dare canib ^o .	729	Iohan. 3. 1	
			Ille de me scripsit.	844
			Ioba. 5. 46	
			Si non credideritis.	759
			Iohan. 8. 21	
			Ego principium qui & loquor	Iohan. 8. 25
			vobis.	900
			Via veritas et vita. 830. et 902	Iohan. 14. 6
			Erat enim magnus dies ille sab-	Ioba. 19. 31
			bati.	668
			Alius cinget te.	676
			Icha. 21. 18	
			Ex Actis Apostolorum.	
			Creuit populus & multiplica-	Act. 7. 17
			tus ē in Aegypto quoad usq;	
			surrexit alius Rex &c. 800.	
			Ex	

I N D E X

<p style="text-align: center;">Ex Epistola ad Romanos.</p> <p>Rom. 1. 5 <i>Ad obediendum fidei in omnes gentes.</i> 555</p> <p>Rom. 3. 2 <i>Commisssa eloquia Dei.</i> 851</p> <p>Rom. 5. 14 <i>Qui est forma futuri.</i> 786</p> <p>Rom. 10. 4 <i>Finis legis Christus.</i> 841</p> <p>Rom. 11. 36 <i>A quo omnia & in quo oia.</i> 910</p> <p>Ro. 13. 53 <i>O altitudo diuitiarum.</i> 741</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola 1. ad Corinthios.</p> <p>1. Cor. 2. 11 <i>Quis hominum scit quae sunt hominis.</i> 745</p> <p>1. Cor. 4. 1 <i>Dispensatores mysteriorum dei.</i> 733</p> <p>1. Cor. 13. 8 <i>Siue prophetie euacuabuntur.</i> 736</p> <p>1. Co. 13. 11 <i>Cum essem paruulus loquebar ut paruulus.</i> 756</p> <p>1. Co. 14. 20 <i>Malitia paruuli estote.</i> 756</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola 2. ad Corinthios.</p> <p>2. Cor. 3. 6 <i>Littera occidit.</i> 853</p> <p>2. Cor. 12. 4 <i>Audiuit Arcana verba.</i> 731</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola ad Galatas.</p> <p>Gal. 2. 20 <i>Vino ego iam non ego.</i> 676</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola ad Ephesios.</p> <p>Ephes. 1. 9 <i>Notum nobis factum sacramentum seu sacramenta.</i> 733</p> <p>Ephes. 4. 14 <i>Non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus.</i> 754</p> <p>Ephes. 4. 14 <i>Vt iam non simus paruuli fluctuantes.</i> 757</p> <p>Ephes. 5. 30 <i>Sacramentum magnum in quo Christo & ecclesia.</i> 783</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola ad philippenses.</p> <p>Philip. 2. 9. <i>Nomen super omne nomen, &c.</i> 910</p>	<p style="text-align: center;">Ex Epistola ad Colossenses.</p> <p>Nemo vos iudicet in cibo & potu. Coloss. 2. 16 673</p> <p>Secundum dispensationem Colo. 10. 16 752</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola 1. ad Timo.</p> <p>Tu autem, o homo Dei. 816 1. Tim. 6. 11</p> <p>Quae nullus hominum vidit nec videre potest. 1. Tim. 6. 776 16</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola 2. ad Timo.</p> <p>Haec commenda fidelibus. 865 2. Tim. 2. 2</p> <p style="text-align: center;">Ex Epistola ad Hebraeos.</p> <p>Cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu. 911 Hebr. 1. 4</p> <p>Viuus sesmo Dei. 892 Hebr. 4. 12</p> <p>Fide Moses Natus occultatus est. Hebr. 11. 23 801</p> <p>Moses fide magnus factus est. Hebr. 11. 24 849</p> <p style="text-align: center;">Ex Apocalypsi.</p> <p>Ego sum Alpha & Omega. 896 Apoc. 1. 8</p> <p>Sacramentum septem stellarum. Apoc. 1. 19 733</p> <p>Agnus qui occisus est ab origine mundi. 497. & 794 Apoc. 5. 12</p> <p>Habens Nomen exterminans seu exterminatoris. Apoc. 9. 11 151</p> <p>Nomen Bestiae. 915 Apoc. 9. 13</p> <p>Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Apoc. 9. 16 918</p> <p>Et portae singulae erant ex singulis Margaritis. Apo. 21. 21 20</p>
---	--

F I N I S.

Hoc est,



הקדמה

Hoc est,

P R A E F A T I O

A D L I N G V A E


S A N C T A E

E T S C R I P T V R A E

S A C R A E S T V -

D I O S O S .

Auctore F. Ludouico. S. FRANCISCI, Lusitano
Olyssiponenfi, ex Seraphico Ordine, Fratr. Mino.
Oblervantiae Regularis, Almae Prouinciae
D. Iacobi Hispaniarum, Theologo, &
Sacri Pontificij I. Doctore, &
olim Interprete.



De creueram (studiose lector) primo omnium hac in praefatione de diuinarum dignitate scripturarum, atque necessitate studiorum, lingua Sancta paucis tecum

Cognitio linguae sanctae ad diuinarum literarum intelligentiam necessaria.

agere. Sed cum illico subiret in mentem sapientissimos quosque viros pietate, doctrina, & varia disciplinarum omnium cognitione praestanti-

A t i s i -

tissimos, plura quidem de huius argumenti genere copiosissime & elegantissime scripsisse; mutavi statim sententiam, ne & tempore, & otio, ac benevolentia tua abuti viderer, actum (quod aiunt) agēs. Quamobrē his omnibus super sedēs, instituto tamen, & desiderio meo ut aliqua ex parte satisfacere, duo tantum illa Catholica Ecclesiae clarissima lumina. D. nēpe Hieronymū, & B. Augustinum, vice cuiusdā exhortationis ad Hebraicas litteras perdiscēdas, tibi ante oculos proponere volui. Id quod eo lubentius praestabo, quō horum patrū Orthodoxorum auctoritas grauior, & doctrina utilior tibi esse poterit. Augustinus aigitur in libris de doctrina Christiana aperte fatetur contra inscitiam, & ignota signa remedium appositissimum esse linguarum cognitionem: & latine (inquit) lingua, homines, quidem, quos nunc instituendos suscepimus, & duabus alijs ad scripturarum diuinarum cognitionē habent opus, Hebraica, scilicet & Graeca. Cum vero illis opus esse dicat, necessarias esse intelligere debemus, opus namque esse de re aliqua idem latinis est quod necessarium uti ex Cicerone, et alijs docet Ambrosius^b Calepinus, dictione opus. Quae etiam sacrae scripturae phrasibus est, ut videbis apud Mat. ibi, Dominus his

opus

^a li. 2. c.
¹ 1. 10. 3.
pag. 12.
col. 1.

Cognitio Hebraeae, & Graecae linguae latinis necessaria.

^b pa. 856
col. 1.

cap. 21.
ver. 3.

opus habet: pro Domino necessarij sunt, uti expressim habet Marcus, ^a & verbum Graecum ^a cap. 11
^{χρειδν} ibi positum usum & necessitatē significat, ^b Super
Cōsonant D. ^b Chrysof. ^c Origenes, ^d Hilarius, Matthe.
& Cartusianus ibidem. Et in hoc sensu Augustini auctoritatem citant, Pagninus ^e in Isago ^e cap. 21.
ge ad litteras sacras, & Montanus in praefatione Regionum Bibliorum. Verum tamen necessitatē hanc non quidem precisam & omnimodam accipere debemus, sed secundum quid hoc est, ut facilius & aptius sacra scriptura intelligatur, uti ex D. Aug. exēplis cōstat. Ex professo idem demonstrat doctissimus & religiosissimus pater atq; Magister Melchior Cano de locis Theolog. Adiunge Origenē ^f qui ait, propter obscuritatem sanctarum scripturarum, trium linguarum cognitionē necessariā, Latinae, Graecae, & Hebraicae, ut ab una ad alterā recurratur, & si quam dubitationem nominis vel interpretationis sermo unius linguae attulerit, altera explicet. Vnde iam colliges, quā futilis, & inanis sit quorundā excusatio, aut potius incuriositas, qui D. Augustini ^g exemplo, & auctoritate, eō quod Hebraicas litteras ignorauerit, nō solum se ab huiusmodi studijs tanquā a contagiosis, seu leprosis corporibus, cadaueribusque

A 2 (uti

verf. 3.
Super
Matthe.
cap. 21.
hom. 67
tomo. 2.
pag. 503
& 908.
in fine.
^c tracta.
14. super
21. Mat.
^d Ibidē.
^e cap. 3.

^f tom. 2.
pag. 350

^g Epi. 131
ad Melchiorum
episcopum, to.
2. pag
247. col.
lum. 2.

^a Leui. 13. & 14 & Num. 19.

(*uti olim^a*) *superstitiose sequestrant, et elongāt: Sed & illa etiam vehementer impugnant, corrodunt, et sugillant. Nam etsi tantus Pater, et Doctor Catholicae Ecclesiae, ratione occasione uē aliqua, huius sãctæ lingua studio minime uacauerit: non ideo tamen desit, & necessitatem, & utilitatē hanc ingenuē fateri, & agnoscere, nosque ad ipsam perdiscendam, et amandā quam maximē adhortari. Quippe quia, ut idem S. pater libris de Trinit. ^b subtiliter & eleganter demonstrat, nullius linguae doctrina uē cognitio absq̃ illius amore, eiusq̃ utilitatis notitia quari, seu desiderari potest. Ac proinde si Hebraica lingua cognitio, eius cognita utilitate, amaretur:*

^b lib. 10. cap. 1. tom. 3. pag. 141

Difficultas incipientes in desperationē trahit.

facile quidem perdisceretur à nobis. Amor nãque omnes superat difficultates: sicq̃ nulla nos deterreret difficultas, nec ulla conturbare posset desperatio, quae sanē frequenter incipientes infestare solet, ne hoc ipsum desiderium consequantur, seu inceptum ad finem usque perducant. Nam cum plures huius linguae studijs incubuisse, eiusq̃ peritiã breui tempore affecutos fuisse cognoscamus, ac subinde eam facile adipisci posse iam certum sit; non est profectò cur desperemus animumq̃ despõdeamus. Eis quippè doctrinis, ut superiori loco idem Sanctus ait, studemus
vehe-

Remedium cõtrahuiusmodi desperationem incipientiũ,

vehementius quae adipiscuntur ab alijs, etiã longeuis & capi posse non desperantur. Catonē legimus cum octogenarius esset Graecã linguã didicisse, & in ea postmodum eloquentissimē declamasse. Quid de praeclarissimis illis uiris dicã, qui olim, ut Ecclesiae sanctae opitularētur, iam longa aetate prouecti manum ferulæ subduxere? Vnde illud obseruatione dignum est, si bene consideramus: Neminem ferè post beatissimos Apostolos Orthodoxã Ecclesiam Hebraicis litteris illustrasse, qui non eas in matura, ac prouecta aetate discere cœperit. Quorum sanē exemplo à uiri docti & religiosi dignitate alienum nemo existimare debet ad elementaria consortia declinare. Accedat Aurelij Opilij exemplum, qui non est dedignatus post Philosophiam, artem rethoricam, et nouissimē grammaticam sectari. Quod idem de Atteo illo Suetonius testatur. Nec silentio prater eundus est Ioannes Phocensis iureconsultus, senator, & trium uir Suedru VI. & Fredericum III. Germaniae Imperatorem, qui senio penè cõfectus, litteras Hebraicas didicit: in quo studio tantum profecit, ut non solum ediderit institutiones Hebraicas cum dictionario, uerum etiam optimum libellum
de accen

Cato octogenarius litteras graecas didicit.

veteres iam aetate prouecti linguã sanctam didicerunt, ut ecclesiam Dei iuuaret,

Aurelij Opilius.

Atteus Ioannes Phocensis iureconsultus

de accentibus, & alia nō pauca. Inter hos verò
Religio-meritò enumerandi etiā sunt doctissimi, religio-
fiffimi patres ex sissimiq; patres, et fratres ex sanctissimi Domi-
D. Do-nici, eminenti & glorioso instituto, frater Hiero-
minici institu-nymus ab Oleastro, & frater Frāciscus Fore-
to. ri cum alijs quā plurimis eiusdē familiae. Et
Domiu° Reuerēdus admodum, Egregiusq; pater Domi-
Petr°Lu-nus Petrus profundi ingenij, studijq; Magister,
sitan° ca- & Canonicus dignissimus religiosissima, et ob-
nonicus Regula.seruatissima cōgregationis Canonorum Regu-
S. Cru-larium D. Augustini Sanctae Crucis Conimabri-
cen. Nec nō Egregius Magister frater Hector
Hector Pinctus Pinctus Hieronyminiani sapientissimi, et pra-
Hierony-clarissimi instituti, qui omnes apud Lusitanos
mianus post sacra Theologiae sacra studia, tātā cum di-
Lusitan° ligentia lingua huic operam dedere, ut maiore
scriptura diuina partem optimis, pūssimisq; scri-
ptis illustrauerint. Consulto prae tere eruditissi-
imum & in omni linguarum genere versatissi-
imum ac praestantissimum theologum patrem
admodum Reuerendum, Fratrem Ludouicum
Legionensem meritissimum perpetuumq; sacro-
rum Bibliorum Cathedra- ticum apud Salman-
ticensem florētissimam Academia, cuius quidē
& Augustinorum Heremitarum ingēs decus,
& rarum est ornamentum: tutius namq; existi-
mans

R. P. F.
 Ludouicus Legionensis
 Augustinianus
 Salmanticensis.

mans intant a laudum suarum ubertate silere,
 quā pauca colligere. Sed & his accedit doctis-
 simus ille citra vllam assentationis speciem Ma-
 gister Franciscus Cano ingenij, iudicij, & gu-
 bernationis ecclesiastica dexteritate, ac experie-
 tia illustris, carus omnibus, & praesertim D. Ca-
 tharina quondā Lusitanorum Regina serenissi-
 ma, cui a secretis maxima cū laude, et fidelitate
 (quādiū ipsa sanctissime vixit) honorificè in-
 seruiuit. Is igitur quē certò scio ob egregiā ipsius
 erga me pristinā beneuolentiā, & familiarē in
 vtraque fortuna familiaritatem, & amicitia,
 tam strenuè apud nostram Olyssipponem huic
 lingua incubuisse, ut merito huius classis au-
 thoribus, & studiosis adiungi debeat. Nec
 ferat quis indignè hasce superstitem virorum
 insignium honorificas commemorationes, quan-
 do ipsi ita feliciter in hoc studiorum genere ver-
 sati sint, ut maiores multò laudes promerean-
 tur. Et eò praesertim, quòd eorum vigilia stu-
 diosorum animos mirum in modum accendant
 & inflamment, desidiosus quoque & ignavis
 ingens addiscendi calcar, & indefessè laboran-
 di stimulum addant. Nec ideo quòd inter nos
 adhuc viuant digno sui honoris encomio de-
 fraudandi sunt: ne malignos malignantis in-
 uidiae

Dominus
 Magister
 Frāciscus
 Cano
 mirifica-
 cas theo-
 logus.

Laudes
 supersti-
 tum vi-
 rorum
 non sūt
 ægre fe-
 rendæ.

Inuidiae
 malignā-
 us, mo-
 res mali-
 gni.

uidia mores sectemur, quos pulchrè satis Mar-
tialis^a describens, esse inquit;

^a Martia-
lis lib. 5.
epig. 10.
ad Regu-
lum.

Quid hoc dicam viuis quod fama negatur

Et sua quod rarus tempora lector amat.

Hi sunt inuidia nimirum regula mores:

Præferat antiqua semper ut illa nouis.

Sic veterem ingrati Pompei quarimus um-
bram.

Et laudant Catuli iulia templa senis

Ennius est lectus saluo tibi Roma Marone

Et sua riserunt secula Meonidem.

Rara coronato plauserunt theatra Menan-
dro.

Norat Nasonem sola Corinna suum.

Cui opportunè accedit Flacci Horatii^b senten-
tia, iudicantis recentiorum laudes ob antiquo-
rum gloriam minimè prætermittendas: is igitur

^b Hora-
ti⁹ Oda.
⁹.

Oda nona sic ait:

Non si priores Mæonius tenet

Sedes Homerus: Pindarica latent

Cæq; & Alcei minaces

Sterficheriq; graues camena.

Ex fami-
lia Sera-
phica sa-
pientissi-
mi, do-
ctissimi-
que pa-
tres.

Nec silendi sunt ex nostra Minoritana & Se-
raphica familia quamplures sapientissimi pa-
tres Hispani, Galli, & Belgici, siue utriusque
Germania, qui hac in re non minorem sibi lau-
dem

dem pepererunt, è quibus (ut alios taceam) exti-
tit accerrimi ingenij, Theologus, et linguarum
peritia maxime gnarus Egregius Pater Fra-
ter Michael à Medina, Pater olim Castellana
Prouincia meritisimus, & Frater Ioannes Be-
nedictus Gallus Parisiensis Theologus præstan-
tissimus, & Hebraica poeseos clarissimus vates
mihi olim in Lusitania notus. Quos tamen om-
nes non I deo in præsentiarum laudamus, ut eos
adulatorie ad ullam vanitatis inanem gloria
prouocemus; sed potius ad ipsius virtutis profe-
ctum, ac donorum Dei commédationem, quod
profecto licere, ex D. Greg. Magno^a D. Augu-
lib. confessionum^b Et D. Thom.^c perspicuum est.
Ac proinde idè D. Tho. illud Eccl.^d quo hominè
in vita laudare prohibemur, ad vanas inanesq;
laudesq; sanctos viros maxime conturbat, e re-
fert. Sed cum verbū illud Gracū^e *μὰ κἀπὶ* pro quo
noster vulg. Ne laudes, trāstulit; Beatificare ali-
quē et beatum predicare significet, f Nihil aliud
existimarim nobis prohiberi, quā ne homines an-
te mortē tanquā iam felices et beatos ab omni-
que tentationū periculo absolutos & securos præ-
dicem^g laudemusq;. I s. n. *μὰ κἀπὶ τοῦ* siue beatitudi-
nis predicatio propius est pseudo prophetarū.^g
Obid græca interpretatio eo in loco habet, Ante

B mortem

col. 1. a. & D. Hierony. in epif. 1. ad Demetriadē to. 9. pa. 19. A. b.
linone Græce. to. 2. pag. 721. cū seq. § LUCÆ 6. 29.

Fr Mi-
chael à
medina
in signis
Theolo-
gus.

Fr Ioan.
Benedi-
ctus Gal-
l⁹ Parisi-
sis Theo-
logus.

^a 1. Reg.
c. 14. to.

². pag.
1067. c.

^b cap. 36
i fine cū

seq. to. 1
pag. 78.
col. 1.

^c 2. 2. q.
115. art.

1.

^d cap. 11
29

^e Ignati.
in epif.

ad Tral.
Theodo-

re. in lib.
de proui-

dètia fer.
5. to. 2.

pag. 616
Aug. sup

citatus,
& de ver-

bis Dñi
fer. 5. to.

ro. pa. 8
f Thef.

^aB. Theodoretus in psal. 148. co. 1. Aug. in quaestio. sup. Gene. q. 168. ro. 4. pa. 54 col. 1. & B. Maximus in suis homelijs. ^bOratio 11. in laudem fortis sue Gorgoniae. Author primo iure consultus post modum minoritanus, deinde theologus, & concionator litteras Hebraicas dicit. D. Hieronymus Osorius eps lusitanicus lumen, & ornamentum,

mortē ne dicas beatum aliquē. Fauent satis quae sancti patres hoc in articulo passim adnotant. ^a Verum quid plura? Nonne (ut B. Greg. Naz. demonstrat) ^b vera laus bonis debetur? Quamobrem iure ego quoque studiosorum animos ad hoc tam celebre, ac sanctum studium excitare possem: quippe qui in Pontificum sacrorum sacris Codicibus, & iure conscriptorum Pādectis, ac Caesarum constitutionibus (quas aliquando Salmaticae & Comimbricae palam interpretabar) multum diuque versatus: deinde Seraphicam hanc minorum sacrosanctam religionem ingressus, compostellae Theologiae scholasticae incumbens, publicis concionibus, priuatisque negotijs implicatus, tandem tandem huius linguae sanctae studio, prope iam quinquagenarius, animum, & ingenium non sine aliquo prouentu & fructu (ut vides) applicavi: hortatu quidem, & consilio D. Hieronymi Osorij Lusitani Episcopi syluensis dignissimi, ac praestantissimi, probitate, doctrina, ac Ciceroniana eloquentia longè praclarissimi: cuius sanè obitus non minorem litteris, quam patria cladem attulisse videtur. Sicque me ipso indies meliorem, & in sacram scripturam expeditiorem, ac exercitatiorem sensi, quam tuncumque minime defuis-

defuissem, qui mihi studium hoc, uti olim Celsus Origeni, et Ruffinus B. Hieronymo frustra criminaretur. Nam si Demosthenes, ut unam exprimeret litteram, a cane, Rho. discentem minime reprehendimus; cur litteras Hebraicas, ad ecclesiae utilitatem discentem reprehendemus? sed (proh dolor) hinc saepe fit, ut plures inrudite sapientes remaneant, nolentes quidem discere quod ignorant. Nec Horatium audiunt commonentem; cur nescire pudens praeue, quam discere malo? verum quantum ad me attinet fragile hoc infimi hominis exemplum (quod in re tam graui facile parui pendendi potest) omittens. ad eundem ipsum, D. Hieronymum recondita eruditionis thesaurum libenter me conuerto. Is igitur ad Eustochium scribens, sic ait: loquor & aliud, quod forsitan emulis videatur incredibile. Hebraeam linguam, quam ego, multo labore ac sudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea desererar, discere voluit, & consecuta est (Paulam Eustochij matrem intelligit) ut psalmos Hebraice caneret, & sermonem absque ulla latina lingua proprietate personaret: quod quidem usque hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus. Sed & illis nos adhuc adiungere possumus, illustres

Origeni, Ruffino, B. Hieronymo. litterarum Hebraicarum studium exprobant. Demosthenes a cane Rho. prolatione discere non erubuit.

^aTom. 1 fol. 237.

^b

Paula a D. Hieronymo, didicit linguam hanc in qua magnos progressus fecit.

Illustrēs fœminę Lusitana cōnume-
rantur q̄ in huius
liguę stu-
dio mul-
tum pro-
fecerūt.

alias nostrę Lusitanię fœminas, quę linguarum
peritiā minimē vulgarem etiā affecit & fuisse.
Quarum de numero una quidem fuit Ornatif-
sima illa. Ioanna Vaz Lusitana, serenissima
& catholica illius D. Catharina præclarissima
memoria Lusitanorum & Regina, & parētis;
famula admodum familiaris, & grata. Quę
profec̄to in hisce studijs tam felices fecit progres-
sus, ut ad Ro. Pont. tunc temporis epistolā He-
braicę, Gręcę, & latinę, doctissime scripserit,
gratissimam inde benedictionem, & egregiam
laudem promerens. Nec prætereunda est alia
nobilis & erudita, Sigaa perdocti Sigai Tolle-
tanifilia cuius obitum, diligentissimus antiqua-
rius noster Lucius Andreas Resendius elegan-
tissimo carmine olim deplorans; testabatur illā
nescientes omnes bonas artes penitus ignorasse.
Sed ad ipsum^a Hieronymum reuertamur, qui
ad Rusticum sic scribit. Dum solitudinis me de-
serta vallarent, incentiua vitiorum, ardorem q̄
natura ferre non poteram: quem cum crebris ie-
iunijs frangerem, mens tamen cogitationibus
æstuabat. Ad quam edomandam cuidam fra-
tri, qui ex Hebrais crediderat, me in discipulis
dedi; ut post Quintiliani acumina, Ciceronis flu-
uios, grauitatem q̄ frontonis, et lenitatē Plinij,
Alphabe-

^a Epist. 4.
To. 1. fo.
45. lra c.
& seq.

Quid D.
Hier. in
solitudi-
ne acci-
derit in
huiuslin-
guę stu-
dijs.

Alphabetum discerem, & stridentia anhelan-
tia q̄ verba meditarer. Quid ibi laboris insum-
pserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties
desperauerim, quotiesque cessauerim, & contem-
tione discēdi rursus inceperim, testis est consciē-
tia tam mea, qui passus sum, quam eorum, qui
mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Domi-
no quod de amaro semine litterarum dulces fru-
ctus carpo.^a Idem in Danielis præfatione scri-
bit: Et ego (inquit) post Quintiliani; & Tullij
lectionē, ac flores Rethoricos, cum me in lingua
huius pristinū reclusissem, & multo sudore, mul-
to q̄ tempore vix cœpissē anhelantia, stridentia q̄
verba resonare; & quasi per cryptam ambu-
lans, rarum desuper lumē aspicerem, impegi no-
uissimē in Daniele, et tātō tædio affectus sum,
ut, desperatione subita, omnem laborem veterē
voluerim contemnere. Verum adhortante me
quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua
lingua ingerente, labor improbus omnia vincit:
& qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cœ-
pi rursus esse discipulus Chaldaicus. Labor au-
tem improbus, à plerisque doctis, labor improbi-
bitus & fortis dicitur: illud vero carmē Hebræi
cum ipsi D. Hieron. crebrius repetitū sic habet;
הקדמה על כל דבר שלטון Hac ergo D. Hieronymi
verba

D. Hier.
linguę
huius dif-
ficultati
bus præ-
sus plu-
ries ab e-
ius stu-
dio cessa-
bat; sed
eandē su-
perauit
laboran-
do.
^a To. 3.
pag. 44.
Labor
improb-
& fortis,
siue po-
tius im-
prohibi-
tus & nõ
impedi-
tus.
Nulla
his tpi-
b. excusa-
tio est. Si
non da-
mus ope-
ram lin-
guę san-
ctę.

verba unumquemque mouere debent, ut a lacri
 animo difficultatum laruis ac mōstris profliga-
 tis strenue huius linguæ studio incumbat. Et eò
 magis cum ipsius sanctæ linguæ cognitio breuior-
 ri temporis curriculo iam nunc adipisci facilius
 valeat. Quæ sanè facilitas, ut D. Hieronymi
 tempestate deerat: Ita etiam hisce temporibus
 desidiam nostram maxime culpatur & incusat.
 Accedit quod nulli iã opus est, peregrinas lustra-
 re prouincias, nouos adire populos, seu maria tra-
 nare, ut illam consequatur, sicuti plures ex pri-
 scis illis Philosophis, ut alias vanas quidem di-
 sciplinas & artes assequerentur, fecisse legimus. a
 Negotiatores quoque innumeris sese videmus
 obiectare periculis, ut gemmas, & similia ad-
 vanum, & ambitiosum, corporis ornamentum
 comparent. Quos profecto si nulli labores, nul-
 la ve pericula deterruere, ut illam qualemcum-
 que scientiam mille mendis, et nugis obuolutam
 e longissimis, ac remotissimis terra finibus pete-
 rent, & inuestigarent: nos qui diuinarum scri-
 pturarum diuinam scientiam ex ipsius Dei ore
 prolapsam profitemur; quam excusationem af-
 ferre valebimus? si cum tam facilis additus,
 tam plana via, tuta peregrinatio, & tam de-
 mique breuis labor nobis proponatur, adhuc ta-

men

men laborem fugimus, & effeminato quodam
 animo pertimescimus, ac formidamus? & eò
 inexcusabilior desidia nostra redditur, quò pere-
 grinatio breuior, & facilior est. Nã ut doctissi-
 mus Clenardus olim ad hoc studium suos adhor-
 tans discipulos aiebat, illud non in portu longo iã
 maris deuorato radio; sed in ipso limine, dum sol
 uis à littore puppim, & vix dum iter capescis la-
 bore tuum premio amplissimo statim sola-
 tur; dum syllabarum corticem machera fide-
 conuellis, dum verbula sonare niteris, continuo
 pascit, pascendoque mentis nostræ horrea im-
 plet, & diuitijs, non illis quidem Cræsi et Darij,
 sed diuinis, intellectum nostrum locupletatur et
 ditat. Quam ob rem qui in Latinis musitant,
 testudineo gradu se potius mouentes, quam in-
 cedentes, si sacræ student scripturæ hanc debent
 audire grammaticam, ferula manum subtra-
 here, & inter (paruulos ut ita dicam) ἀδυνάτοισιν
 seu discipuli senes effecti, hanc artem discere.
 Nec temporalia lucra ex ea expectamus; cum
 litteræ marsupium minime sequantur. Sudoris
 comites sunt, & laboris: socie ieiuniorum non
 saturitatis, continentia non luxuria. Demo-
 sthenes plus olei, quam vini, expendisse dicitur,
 & omnes opifices nocturnis semper vigilijs præ-
 uenisse

Nullam
 nostra
 desidia
 excusa-
 tionem
 habet.

Hebrai-
 cæ linguæ
 studium
 statim in
 limine
 solatur
 discetes.

Litteræ
 nō ob di-
 uitias
 quæredæ
 Litteræ
 comites
 laboris.
 Demo-
 sthenes
 plus olei
 quã vini
 expēdit.

vid. D.
 Hiero.
 epif. 103
 ad pau-
 lin. to. 3.
 pag. 5. &
 Ludo. cē
 li. Rho-
 dig. lib.
 29 lect.
 Antiq. c.
 4. to. 3.
 Ioa. lig.
 post Cle.
 Alexan-
 drinū in
 anno ad
 Iustinū
 martyre
 to. 1. pa.
 258. fo-
 zem. li.
 2. ca. 23.

uenisse. Sed nos qui & Christiani & religiosi sumus, atq; ad alios in ecclesiã erudiendos à Deo Opt. Max. deputati, cur integram horã in hoc ipso utilissimo studio consumptã perdidisse putabimus? ac si nugis, & fabulis, siue alijs portentis operam daremus, & non illi linguæ, quæ Christianæ Ecclesiæ non solum multum cõmodi & adiuuenti affert; sed & ipsis studiosis maximũ fructum & dulcedinem, ac non vulgarem omnium pene rerum cognitionem. Vnde merito cũ D. Hieronymo^a ad Vrbicam dicere possumus, Quid hoc sacratius sacramẽto (tradiderat prius Alphabeti Hebraici significationes) quid hac voluptate iocũdus? qui cibi, quæ mella sunt dulciora quàm in Dei sacram prudentiam, & in abscondita eius intrare, & sensum creatoris inspiciere, & sermones Domini Dei tui, qui ab huiusmodi sapiẽtib; deridentur, plenos docere sapientia spiritali? Habeant sibi ceteri, si vellint suas opes, gemma bibant, serico niteant, plausu populi delectentur, & per varias voluptates suas dementias, vincere nequeant. Hæc D. Hieronymus. Hoc ergo huius linguæ sanctæ sanctum studium in magno pratio semper habendũ, non solũ Hiero. legẽs quisque existimabit, sed & qui illa Quintiliani eloquẽtissima verba circa grãmaticam

Lingua
Hebræa
Ecclesiã
Dei adiu
uat &
studiosis
fructũ &
dulcedi
nẽ affert.
^a Tom. 3
pag. 314
D. 202

Dulcedo
linguæ
sanctæ.

Lingue
sanctæ
cognitio
vniuersa
superat
pratiofa

Quinti
liani pul
chra ver
ba d grã
matica.

maticam

ticam latinorum, considerauerit. Post quem aliqua de grammaticæ necessitate commemorat, Petrus Gregorius in syntaxi artis mirabilis. ^a lib. 16. cap. 1. Et si his nostris temporibus minimè desint qui, honestum fastidientes laborem, grammaticam cuiusq; linguæ (præsertim hebraicæ) superuacaneam & nullius frugis esse contendunt: quos profecto similes crediderim vulpi illi, quæ apud Aesopum, vnas, quas nullo modo, assequi poterat, uti acerbis abhorrebat, contemnebat. Verum enim vero Quintilianus^b apertè demonstrat quantum hac in re allucinentur. Is igitur sic scribit. Grammatica plus habet in recessu quàm in fronte, ut sunt quadam ædificia, quæ à fronte videtur angusta, interius autem sunt amplissima. Et rursus: minus sunt ferendi, qui hanc artem, ut tenuem, ac ieiunam cauillatur, quæ nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superextruxerit corruet. Necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secreto- rum comes, et quæ vel sola in omnium studiorũ genere plus habet operis quàm ostentationis. Ne quis igitur tanquam parua fastidiat grammatices documenta, non quia magna sit opere consonãtes à vocalibus discernere, ipsasq; in semiuocalium numerum partiri; sed quia interio-

^a lib. 16.
cap. 1.

Imperi
ti hodie
grãmati
cã & stu
diũ lin
guæ fan
ctæ dã
nant.

^b lib. 1.
orator.
institu
tionum
capite de
grãma
tica.

Cõpara
tio grã
maticæ.

Necessi
tas cu
iucun
que grã
maticæ.

C ra

ra velut sacrarij huius adeuntibus apparebit, multa subtilitas, quae non modo acuit ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem, ac scientiam possit. Haec Quintilianus.

^a Vide Aug. to. 1. pag. 199. & 113

Vnde D.^a August. & Beda, de ipsa grammatica tanquam de re utilissima, utiliter scripserunt. Adiunge B. Theodoretum, qui^b ait, gramma-

^b li. d. p. uidecia ferm. 4. tom. 2. pa. 592.

matica necessitatem à Deo summa cum providentia homini concessam. Quod argumentum ibidem eloquenter & copiose prosequitur. Licet igitur Quintilianus & alij de grammatica

Grāmatica unde denominetur ab hebreis & à latinis.

loquantur latina, idem planè de hac nostra censendum est. Vnde non immerito grammatica nostra dicitur דִּקְדוּקָא dikduk à verbo quadrato דִּקְדַּק dikdek, quod est minutatim & subtiliter considerare, excutere et discutere rem ad

Propriū grāmaticę munus est subtiliter & minutatim oīa ad vñguē vsq; pertrahere.

unguem: sicque subtile grammaticae inuētum, & acutam, minutamq; rerum tractationē hoc nomine significantes: proprium grammatices esse ostendunt, minutatim & subtiliter de rebus agere. Latina autem grammatica denominationem assumit à materia scripturae, ut Faber lignarius à ligno. Accedunt quae Petrus Gregorius ex Cornelio nepote, & Suetonio in lib.^c citato adducit. Cui adiunguntur, quae Doctissimus Elias Leuita in suorum canticum praefa-

^c lib. 16. cap. 2. Elias Leuita.

praefatione de grāmatica nostra scribit. Quam quidem respectu omnium aliarum linguarum lapidem summum esse affirmat. Litteras scalam, quibus ascenditur ad currum eius, si quidem ex eis est sculptura eius, motiones siue puncta clauos appellat; quae (ut ipse ait) incrustant scalam ipsam. His tamen libenter adiungo sequentes versus R. D. K. qui in suo michlol sic scribit.

Cōparatio lin-guae sanctae.

אשר למד ותורה לו לקנן ולא למד יסוד דקדוק ולא בן כמו חורש אשר ינהג שורים וידו מבלי מלמד ודרבן, hoc est, qui didicit & lex ei in facultate, & non didicit fundamentum grammaticae, & non intelligit: tanquam agricola (est) qui ducit boues, & manus eius absq;

Lepida cōparatio.

aculeo et stimulo. Et idem in eodem loco sic ait. לכל חכמה קמנה או גדולה בדקדוק תעשה מוסד תחלה לכל חכמה בשם פועל ומלה כמו עור ממשש באפלה

Hoc est, omnis scientia vel parua vel magna cum grammatica facies fundamentum prius, ne sis absque nomine, verbo, & dictione; uti caecus palpitans in tenebra. Sed et grammaticam hanc nihil aliud esse quam sensum litteralem scripturae ostendimus. In summa igitur sicuti non minus pretiosum est alicuius excelsi palatij ostium, quam ipsum palatium: uti

lib. 10. cap. 8. Alia cōparatio. Alia cōparatio.

Diuus Ioannes Apostolus, in sua demonstrat

^aApoca. 21.f. *Apocalypsi, cum illius diuina sacrosancta, ac celestis ciuitatis ex auro purissimo constructa, portas singulas ex singulis margaritis constructas, & fabrefactas refert: Et sicuti etiam ferrea quaedam, ne dicam aurea, clauis Regiae camerae, non minus honorabilis, utilis, ac necessaria existimatur, quam aula ipsa seu regia camera: sic grammatica hebraea magni Regis aula & regia camera, clauisq; aurea sanctarum litterarum censenda est. Ac proinde magno in pretio habenda diligentiq; studio et sollicitudine quaerenda; ut ad arcana sacra et abdita mysteria cum iucunditate facilius perueniatur. Nec ideo quod plures linguarum periti theologiam scholasticam damnantes, seu ignorantes a fide naufragauerint, hoc sanctum studium minus necessarium & periculosum iudicandum erit. Cum abusus, & vitia personarum legitimis optimisque artibus & scientijs, minimè tribui debeant; siquidem (teste Diuo Augustino) nihil tam sacrum est, tamque sanctum, quo non abuti possit: nec statim illa propter abusus quorundam damnari debent. Alias enim, & sacramenta & sacra scripturae & quam plurima alia (quibus impij abutuntur) tollenda forent. Quam etiam considerationem in alijs*

^bAd Pnbliculã relato à Gratiano in can. de occidendis. 23. q. 5. vide eundem Aug. lib. 2. de lib. arb. cap. 18. col. 1. Abusus artiũ bonas artes minimè culpatur. nec eos qui illis benevntur.

terminis

terminis Gyraldus^a de Dijs gentium usurpat. Sed his adde Theodoretum^b in lib. de actiua virtute: Theologiam vero scholasticam & positiuam, seu expositiuam, stabile fundamentum omnium scientiarum praesertim lingua sancta semper crediderim: quae sanè carentes quidam, qui falso et ineptè à linguis occasiones sumpsere, miserè in miseros errores prolapsi sunt. Linguarum vero cognitionem praesertim hanc lingua sancta, Theologis summoperè proficuam & utilem (ita tamen, ut una aliam mutuis veluti amplexibus amplectatur) existimamus. Quam ob rem hoc sancta linguae studio legitimè vtetes, Ecclesiae maximè prodesse poterunt: & hac praecipuè tepestate qua haeretici & obstinati Iudaei legitimum verum et syncerum scripturarum sensum obscurare passim nituntur, obijciētes nobis lectiones varias, variasq; et multiplices, ac amphibologicas verborum, nominumq; acceptiones, punctori quae distinctiones et subdistinctiones. Quo fit, ut si desint catholici viri huius linguae periti qui illis occurrant, facile quidem elatis, et inflatis collis, tumescant. Ac proinde eò diligentius huic studio opera danda est, quò utilius, et promptius, inde, veluti ex quodam sacro armario, arma erga nostros aduersarios sumimus. Et licet plures doctissimi

^apag. 25
^blib. 12.
to. 2. pa.

574.

Theologia scholastica stabile fundamentum studiorum scripturae & linguae sanctae.

Linguae huius & aliarum omnium cognitio Theologis utilis & necessaria.

Haeretici & Iudaei falsas scripturae lectiones nobis obijciunt.

Linguarum peritia armamentum aduersus haereticos, & infideles Iudaeos.

etissimi viri tam veteres quàm recentiores varias huius linguae Regulas ediderint, eiusdem linguae cognitionem perspicuam reddere conantes; nihilo tamen minus, alij breviores & subinde obscuriores existentes, quàm plurima prouectis & tyronibus cognitu necessaria pratermiserunt. Alij verò confuse magis & intricate quàm par erat & institutum hoc exigebat scripsere. Nec hac in re magnifacio veterum hebraeorum, seu grammaticorum traditiones,

^aIn epist. sua ad Romanos hebraeos capit. 3.

Veteres grammatici hebraeorum in quibus plurimis defecerunt.

Scripturarum cognitio in huius linguae grammatica consistit. Vid. inferri pag. 871.

quippe quia (ut author est doctissimus^a Zamorēsis ex hebraeo Christianus) in quibus plurimis grammaticalibus regulis ignoranter lapsi sunt. Ob idque non est mirum si hebraica lingua sancta (ut idem ait) grammaticam ignorēt, & eo magis cum lingua ex usu potius, quàm ex preceptis & regulis addiscant: & hodie etiā suos & alios ita doceant: ex qua ignorantia radice orta est tāta interpretationū inanis et fallax varietas. Ac proinde cum praecipua huius linguae & sacrosanctae scripturae cognitio in eiusdem grammatica cognitione versetur, ipsius studiosis consulerem, ne praceptoribus hebraeis (hoc est qui eo modo doceant) utantur; sed potius catholicos eligāt, qui iuxta proprias grammaticae regulas docere sciant, & possint. Harum igitur omnium diffi-

difficultatum mihi satis superq; experta cognitio, ingenium provocavit meum, ut ex univ-
 sis omnium legitimis traditionibus, dilucidam
 quādam & tersam coacervationem, siue colle-
 ctionem cōficerem: quam ideo inscribere volui,
 Globum canonum, & Arcanorum linguae san-
 ctæ, ac diuinæ scripturae. Globus namque &
 Græcis^a & Latinis est coacervatio, & colle-
 ctio cuiuscunq; multitudinis in unum. Id quod
 etiam numerorum historia confirmat. Ar-
 cana vero aliqua huius linguae, & alia diuinæ
 scripturae ut omnium studiis inseruirem, lu-
 benter adiunxi. Qua in re minimè agrefe-
 ram si aliqua, censura grauiore, et reprehensio-
 ne digna deprehendantur, cum hac communis
 omnium scribentium lex sit; & ut Elearchis
 apud Athenum dicebat, nihil usque est homi-
 num carpere quod nequeas. Unde & in ipsis
 M. T. Cic. libris, manifestos solecismos ab
 eruditis deprehensos D. ^b Augusti. testatur.
 Quibus congruit illud Cratetis, quod apud
 Laertium legitur, vix esse quemquam qui om-
 ni vitio prorsus careat: immo omnibus malis
 punice granum aliquod putre inesse. Tu ta-
 men amantissime lector hanc operam nostram,
 & qualemcunq; diligentiam, in tuam gratiam
 luben-

Intentio
 autho-
 ris.
 a Thef.
 Græcus
 to. 1. pa.
 1795.
 Thef. la
 tin^o to. 2
 pa. 1143
 Num. c.
 16. vers.
 11. ibi &
 ois glo-
 bus tuus
 Adde
 The. lin-
 guæ san-
 ctæ in
 radice.
 קָרָא &
 radice
 קָרָא &
 radice
 קָרָא
 Cōscri-
 bētium
 lex.
 Diſtuta
 Elear-
 chis.
 b In epi-
 131. ad
 Memo-
 riū epiſ.
 Elegans
 Cratetis
 confide-
 ratio.

lubentissimè impensam, tam boni cōsules, quā-
tum itinerantes vias stratatas, mundas, ac pla-
nas: & hospites mensas paratas, hospitiaq; aptè
ornata & composita. Vnde sane spero operam
hanc nostram & diligentia, nec ingratiā aut
superuacaneam & insipidam, tibi futu-
ram. Vale ergo & nostro hoc la-
bore & diligentia utere feli-
citer atque fruere. Ad
Dei Opt. Max.
gloriam.
Amē.



G L O B V S

CANONVM ET ARCANORVM
LINGVAE SANCTAE, AC
DIVINAE SCRIPTURAE.

Auctore F. Ludouico. S. FRANCISCI, Lusitano
Olyssipponensi, Seraphici Minorū instituti,
Obseruantiae Regularis, Prouinciæ S.
Iacobi Hispaniarum, Theologo.

L I B E R I.

De Characterum, ac Litterarum Hebraicarum
antiquitate. Cap. I.



*L*inguam Hebraeam ipsi or-
bi condito coœuam, à Deo
Opt. Max. creatam et in-
stitutam primòq; traditã
parenti; nemo est cui nõ sa-
tis compertum sit. Ad sunt
namque (præter receptissimas probatissimorum
auctorū sententias) vna ex sacra Geneseos
historia testimonia, ex quibus habemus illa no-
mina, Heua, seu Cheua, Seth, Aenos, et Kain,
cum alijs similibus, à verbis Hebraicis dedu-
ctã, quæ quidẽ id aperte cõfirmãt; quidquid Io.
Goropi locis inferius citãdis perperã contẽdat.
Accedit etiã celebre illud nomen primi parẽtis

D. quod

Lingua
Hebræa
coœua or-
bi condi-
to, & à
Deo pri-
mit^o in-
stitutã.
a c. 3. & 4
Abẽ Ez-
ra. ad ca.
11. Gen.
Bonauẽ-
tura Bẽr-
tramus i
cõpara-
tione He-
braicẽ &
Aramicẽ
artis in
prẽfa-
tione Pa-
gnin. &
alij quã-
plures.

DE CHARACT. HEB.

^a Deno-
minatio
& pro-
pia ety-
mologia
nominis
Adā con-
tra Go-
ropium.
^b li. 1. al-
legoria-
rum le-
gis, pag.
28.
c in prin-
cipio.
^d lib. 4.
pag. 95.
& lib. 5.
Origin,
Antuer.
pag. 539
Etymo-
logia P-
pria vo-
cabuli n̄
sumitur
ex lingua
aliena.
vid. Eu-
che. lib.
2. c. 25.
& Orig.
cap. 14.
Num.
Hom. 19
to. 1. pa.
155. col.
2.
Chara-
cteres in
prima
lingua & primo homine fuere.

quod quidē à verbo Hebræo אָדָם Adam, dedu-
citur significās Rubescere: ex terra enim rubra
eum, formatum dicunt. ^a Vnde Adam, terram
interpretatur Philon. ^b Accedit Genebrardus
in sua Chronographia ^c, licet Goropius in her-
mathena ^d, ab aggere terra fluctibus maris ob-
iecta, dici magis velit: non aduertens proprias
nominum etymologias non esse ab extraneis lin-
guis expetēdas: uti in simili scribit ^e Eucherius
in Genesim contra quosdam qui Sarai etymo-
logiam à Græco & non ab Hebræo desumebāt.
Cum nomē Sarai Hebraum sit: nemo enim, in-
quit, altera lingua quempiam vocans; etymo-
logiam vocabuli sumit ex altera. Dam vero
nunquam in Hebræo terra aggerem, significa-
uit: pro quo Hebræi סוּלָלָה solela habent, & ter-
ram obiectā fluctibus maris, שֵׁפְתֵי הַיָּם scephath
haiā vocant. Vnde illius deriuatio est maxime
disonās à proprietate lingua sancta: licet sua ma-
terna lingua (quā plus a quo extollens imme-
rito antiquiorib⁹ præponit) aliquo modo cōsonet.
Superioribus igitur consequēs est, primos chara-
cteres litterarū Hebræicarū, quibus illa nomi-
na conficiuntur, tunc primum cū instituta fuit,
extitisse. Si etenim D. Opt. Max. primum ho-
minē, voces, & nomina docuit, cur litterarum
cha-

characteres, quibus illa componuntur illi etiam
non demonstravit? Quibus accedit quod de li-
bro Enoch à beato Iuda Apostolo in sua Cano-
nica adducto, existimauit antiquitas: licet ea
authore D. Aug. & alijs occasionem prabue-
rit neliber ille ab Ecclesia reciperetur. Et huic
sententiæ assentitur Reuerendissimus dominus
Cardinalis Salicæus archiepiscopus Toletanus
de nomine Iesu ^a. Nec parum huic sententiæ
suffragatur Isidori, & aliorum omnium com-
munis consensus: quantumcumque diligentissi-
mus Ioānes Goropius in sua Hermathena ^b op-
positum asseueret: nō aduertens antiquitatē pri-
mauam lingua, minime ex obscuritate, vel
diluciditate, inopia, vel copia verborum, me-
tiendam, & eo magis, cum obscuritas ob quam
hebræa lingua principatum eneruare contendit
ex ignorantia, & peccato gentis illius causata
sit, & ob eadem peccata deperdita, sicuti et alia
plura, quæ ab ipsis hebræis penitus ignorantur,
sed non ideo primigenia, ac prima esse desijt.
Qua in re similis est Goropius ijs qui linguam
Gallicā & Hispanicā in suis litteris vetustiorē
Græca lingua asserere audent, ita et ipse hebræā
linguā suā cimbrica posteriorē credēs, cū alijs in-
sanire iudicā dū est: uti cōtra Anniū Vetulonū
D 2 pradi-

lib. 18.
de ciuit.
Dei c. 38
Canus
de locis
Theolo-
gicis lib.
11. f. 371
Et latē
Sixt⁹ Se-
nenfis in
biblia sā-
cta lra h
lib. 2.
^a cap. 3.
^b lib. 2.
pag. 25.
Lingua
hebræi
licet ob-
scura sit
nō ideo
princi-
patum
amittet
contra
Goro-
pium.

prædicta asserentem scribit Lilius Gregorius Giraldus. Quod si verum credimus, consequens erit etiam ut credamus hebraicarum litterarum characteres omnibus alijs priores, & antiquiores: quippè qui, ab exordio orbis statim fuere: aliter enim filij Seth exterminationem rerum omnium euenturam intelligentes, unam ignis virtute, alteram vero aquarum vi, columnas duas ex lateribus, & ex lapidibus scriptas, sculptasq; posteris suis (authore Iosepho) minime reliquissent. Vnde constat non esse verum, quod Isydorus, & alij Historiographi passim scribunt, litterarum characteres à lege per Moysen incipisse, hoc est quod hebræi ante ipsam nullas litteras haberent: sed eos optime doctissimus Abulensis in prologo galeato redarguit, & idem satis probare videtur Augusti. loco superiori, dum firmat per successionem antiquissimorum patrum linguam hebræam cum suis litteris etiam ante heber custoditam. Accedit tex. sacer, ubi Abraham præcepta Dei habuit, quæ tamen scriptura constant, iuxta ea quæ leguntur in thesauris, & eadem scripto posteris mandavit: id quod inferius dilatabimus. Et si facile credã Moysen alios à prioribus, quibus Adami prior posteritas utebatur adinuenisse characteres, sicuti & Esdras

libr. de poetarū histori. dialag. 1. pag. 10. nu. 20. & 30.

Filiorū Seth, antiquissima profetia.

libr. 1. antiq. c. 4. Ludo. Viues ad caput 39 li. 18. de ciui. Dei.

Q. 6. li. 18. de ciui. Dei cap. 39. pag. 233 to. 5. & Ludo. Viues ibid.

Gen. 17. 9. & 10. col. 263.

lib. 9. c. 3.

Esdras sub Babilonica captiuitate post captam Hierosolymam, alios etiã quibus nunc utimur, (teste D. Hieronymo in prologo galeato, & in Ezechiel. & Authore libri Masechet Sanhedrin,) adinuenit: ne oïno diuina oracula abolerentur. Sub captiuitate namq; Babilonica, linguã sanctã, & hebræos characteres indies magis sermonem polluentes amisserunt. Vnde licet hodie vulgo hi, quibus utimur characteres hebraici dicantur, Chaldaicam et Babilonicam sunt: lingua vero est hebræa alienis litteris cõscripta. Quo sensu accipienda sunt quæ scribit Philon Iudæus dum ait, legem antiquitus lingua Caldaica scriptam fuisse, mansisseq; longo tempore in ea: ita quidem ut illud verbum antiquitus ad tempus Esdra referri debeat, non vero quod ulterio-rem antiquitatem comprehendat. Suidas tamen tradit, Adamum & Seth eius filium, litteras hebraicas inuenisse, & stellarum appellationes: ac proinde ipsum Seth, homines qui tunc erant, Deum existimasse et appellasse. Sed pro cõperto est semper habendum, ante Seth iam Adamum easdem litteras, & characteres à Deo optimo maximo habuisse. At filios suos, & nepotes, eas posteris inuulgasse, quidquid aliud existimet Lilius Giraldus. Forma autem characterum

to. 4.

c. 9.

1. li. Sanhedrin c. 2. pag. 21.

lib. 2. de vita Mo- sis pag. 420.

lib. 1. antiq. ca. 2. Iran. cõ. li. 2. cap. 41. pag. 128. nu. 6.


Adamus & Seth lrs hebraicas inuenisse. li. de Histo. poeta. dialo. 1. pag. 9.

in tom.
3. appa-
ratus c.
de siclo
ad finē.

in gene-
sim nu.
19.

Et erum, quibus hebraei ante Zorobabel uteban-
tur, est ea quae sequitur, uti colligimus ex vera
illa Sicli forma, quam praestantissimus, & di-
ligentissimus Benedictus Arias Montanus in
suis libris de mensuris nobis tradidit: & si An-
dreas Masius post^a B. Theodoretum cōtendat
litteras, quibus nunc Syri utuntur, esse antiquas
hebraicas, quas sub captivitate Babylonica amise-
rant. Sed prior Mōtani sentētia magis arridet.

FORMA CHARACTERVM
ANTE ZOROBABELVM.




Characteres maiores sunt, quibus hebraei an-
te Zorobabel utebantur, minores vero hi quibus
nunc utimur: quorum א ל פ א ב יה א alphabeta,
sive alphabetum inferius describemus. Ego ta-
men suspicor alios longe dissimiles characteres
apud nepotes, & pronepotes Noe post diluuium
viguisse; id quod satis confirmat Abraam de
balmis, qui in suo peculio sequens alphabeta
descri-

cap. 1.

describit subiungens haec verba. Hac scriptura
transitus fluminis, prout inueni in libro vetustis-
simo. Ex quo etiam alphabeto luce clarius appa-
ret etiam tunc litteras Hebraici alphabeti fuisse^a
22. Ac proinde minime fore admittēdum quod
beatus Iraneus^a scribit, inquit, antiquas &
primas hebraeorum litteras sacerdotales nuncu-
patas, decem quidem numero fuisse. Nec eius
commentatoris^b excusatio quicquam prodest.

^a lib. 2.
aduers^o
hereses
cap. 41.
pag. 127
in prin-
cui Lili^o
Gyrald^o
subscri-
bit loco
superius
citato, p.
8. n. 34.
^b p. 128.
num. 7.



Transitus autē fluminis dicitur propter He-
braeos illos, quos ulteriores dicunt: Arphassat
namque filius Sem, cum alijs fluvium Tigrim
versus

Hebraei
fluvium
transeū-
tes.

versus occidentem transiit. Noe siquidē cum liberis suis post diluuium, in orientali regione citra Tigrim habitauit, unde transeuntes Tigrim; merito vltiores dicti sunt: à dictione hebraea עֵבֶר Heber, quæ secundū R. David Kimhi significat transitum, & vltiorem partē, ad quam transitur.^a Quo sit, ut illud Gen.^b ubi scribitur; Sem fuisse patrē filiorū Heber, significare debeat, fuisse patrē omnium vltiorū qui ultra fluiuium venerunt. Hi fuerunt postea Chanaanai et Arphaxadai, à quib^o, sicuti ab Heber, lingua Hebraea: ita ea ipsa lingua Chenaā apud Esa.^c dicta est, licet Adam^o ibi, de Syra intelligat. Vnde iā manifestissime apparet lapsū fuisse Reuerēdis. Dominū Salicāū, Archiep. Tole. dū loco superiori existimauit Alphabetū litterarū Gothicarum fuisse primū Alphabetum, et primos characteres primo parenti datos: Cui minime suffragatur auctoritas Diui^d Hierony. super Ezechielem dicentis, in antiquis libris Samaritanorū, Tau, crucis habere similitudinē, Cum Diuus Hieronymus minime loquatur de littera T. Gothica, sed olim Hebraea, quæ quidē signum, & Christi crucem representat, ut latius prosequitur Becanus,^e superius adductus. Nec ideo cōsequitur alias Alphabeti litteras Gothicas

Vltiores dicti
Hebraei
Tigrim
transseun-
tes.

^a Exod.

25.37.

Deut. 4.

49. & c.

30. 14.

Esa. 7.

20.

Exo. 32.

15.

^b Genes.

10. 21.

^c cap. 19

18.

^a cap. 9.

^e lib. 5.

pag. 108

& in lit.

16. Hie-

rogli.

pag. 47.

thicas fuisse. Tradit late Sixtus Senēsis in Bibliotheca sancta. Adde etiā Alanum^b Copum^b in suis dialogis aduersus Hæreticos, ubi ait Thau litteram olim Hebraea apud Samaritanos. vstitatam, formā Crucis habuisse; imò & T. Graecum, litteram illam esse logam de qua Plautus agit, & non litteram L. Characteres autem, Esdra in initio nascentis ecclesie immutatos fuisse propter Nazareos, & Ebionitas Hæreticos, indeque tertiam linguam Syriacam dimansse contendunt aliqui. Sed verius est post reductionem in Ierusalem ex Babilonia fuisse inuentos, & inde tertiā dialectum Ierosolymitanam, siue Syriacā exortā: de qua re nos Deo annuente aliquādo dicemus in præfatione elementarij Syriacæ linguae, cuius quidē characteribus Asiaticæ Christiani hodie vtuntur. Ab Heber autem omnes cōmuniter Hebraea linguam dici, tradunt, vide tamē Theodoretum^c qui à fluiuioque Abrahā transiit, Hebraea dici credit. Sed ad cumulū antiquitatis, & excellentiæ huius linguae sanctæ, vaticinium illud Sophon.^d hic cōmemorandum est, quod sic se habet. כִּי אֵין אֶהְיֶה לְאֵל עַמִּים שְׂפָה בְרוּרָה לְקִרְאָה כָּל־שֵׁם יְהוָה לְעַבְדוֹ שֵׁם אֶחָד עַמִּים שְׂפָה בְרוּרָה לְקִרְאָה כָּל־שֵׁם יְהוָה לְעַבְדוֹ שֵׁם אֶחָד
chiaz ebepoch el hāmim sasa berura licro cullā
bescem Ieoua lehoudo scechem echad: hoc est,
E Quia

^a li. 2. lit
tera T.
^b lib. 4. c.
^c 10. pag.
364.

Syriaca
Chaldeæ

^c 99. in
Genes.
nu. 6.

^d Sefho.
3. 9.

Quia tunc conuertã ad populos labium electum
ad inuocandum omnes ipsos in nomine Domini,
ad seruiendum ei humero uno; et iuxta vulga-
tam: Quia reddam populis labium electum, ut
inuocent omnes nomen Domini, et seruiãt ei hu-
mero uno. Ibit amẽ. D. Hieron. labium electum
exponit, idest antiquum confessionis Domini elo-
quium, & linguam, quam perdidimus: hoc est,
Iugum Christi. Sed cum labium in scriptura
frequenter sumatur pro lingua, dubito an ea ex-
positio sit litteralis. Minoritanus noster Geor-
gius Venetus^b conijcit hanc linguã Hebraam
futuram ultimam in fine mundi, cuius senten-
tia etiam est, Bonauetura in sua præfatione ad
cõparationem Aramaam, qui ait in æternum
duraturam, & permansurã unã cum ipso Dei
verbo, ac proinde in patria quoque futurã, ubi
aliquis erit sermo vocalis: Iuxta illud psalmi:
Exaltationes Dei in gutture eorum. Et idem
tradunt Theologi^d, inter quos Dominicus So-
to considerat, per species spirituales, seu visibiles
modo occulto, huiusmodi voces in ipsa patria
formandas: qui sanẽ modus dicẽdi, verẽ Theo-
logiã magis consonat, quam ille, quem excogi-
tat Venetus loco superiori, constituens, sine ulla
ratione elementa in patria. Et Maior etiam
quena

^a Genes.
11. 1.

Cãri. 3
sua Har-
monia
to. 8. mo-
dulo 11.

cõcẽtu 2
Lingua
Hebraa
ultima
futura i
fine Mũ
di, & in
patria.

^c Pl. 149.

^d in 4. di.
49. ar. 5.
Sotus p-
citato lo-
co.

Vox i pa-
tria quo-
modo
formabi-
tur.

quem refert, & sequitur Magister Michael de
Palatios^a in suis disputationibus, asserit He-
braã linguã in patria futurã. Scriptura vero,
& lectio Hebræorum à manu dextra in sini-
strã est; ad instar motus primi mobilis, qui qui-
dem secundum comunẽ philosophorum & Ma-
thematicorum sententiã, est ab oriente in occi-
dentem, hoc est, à dextra, in sinistram. Et sicut
Aegyptij dexterius Græcis, sese scribere iacti-
tant (Herodoto auctore in libro, cui titulus est
Eutype) ita Iudæi sese dexterius omnib⁹ scribe-
re putant, & si Latini, & Græci oppositum in
scribendo motum obseruent; ab occidete vide li-
cet in oriẽtem, hoc est à sinistra in dextrã. Qua
in re manifeste fallitur Lilius Gyraldus^b dum^b
asserit. Et rã hunc modum scribendi à dextera
in sinistrã excogitasse, antea vero Hebræos, uti
Græcos scripsisse. Quæ sententia longe à vero est
aliena. Primi autem illi, à quibus lingua Syra
Hierosolymitana efluxit, medium inter utros-
que tenentes, versus pectus scribunt; de quo fu-
se & studiose Iure consultus Andreas Mafius,
& nos in præfata nostra Elemẽtaria præfatio-
ne agimus. Quibus accedit quod Poggius^c de for-
tun. varietat. tradit Indos, à summo ad imum
in calamum ducẽtes, scribere. Id quod et Sina,
seu China obseruant. E 2 De


^a in 3. di.
31. & 23
dispu. v-
nica. pa-
gi. 374.
col. 1.
Hebræi
motum
Oriẽtis i
occidete
seruiãt in
scriben-
do, græ-
ci, & lati-
ni con-
trarium.

^b in lib.
de poesi
pagi. 8.

Syri ver-
sus pec-
tus scri-
bunt.

^c lib. 4.

Littera
videtur, Ili-
dorus.



*L*ittera apud Latinos secundum Isi-
dorum libro suarum Etymologiarum
primo, tertio capite, dicta quasi iter
legentibus prestas vel quod in legendo

Priscia-
nus.

iter etur: aut secundum Priscianum littera a lit-
turis, cum scribuntur, et delentur, dicta. Qua de

ali. 3. pa.

re satis placet, qua doctissime advertit Goropio
Becanus in Hermathena, et Petrus Gregorius

34. cum

in syntaxi artis mirabilis. Dicuntur etiam litterae

sec.

elementa, ad similitudinem elementorum: sicut .n.

lib. 1. c.

elementa sunt primum quod est in compositione, cui

cap. 3.

inque rei naturalis, nec fieri potest resolutio, nisi

Littera
dicitur

usque ad elementa; ita etiam quodcumque Idioma ex

elemen-
ti
ch. 1. de
poetica.

litteris tanquam ex elementis componitur. Est autem

cap. 7.

elementum (teste Arist.) individua vox, non qui-

Quid sit
elemen-
tum

dem omnis, sed illa tantum, quae a sua natura in-

Vox a
sua natu-
ra intel-
ligibilis.

telligibilis vox constitui potest, quandoquidem et

Voces fe-
rarum
non sunt
elementa

indivisibiles sunt ferarum voces: quarum sane

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

nullam elementum dicimus. Elementa vero, prima

Q. 6.

cuiusque idiomatis litterae dicuntur, ob prolationem;

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

quippe quae vocem ipsam intrinsicse componunt. Lit-

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

terae etiam dicuntur, quia leguntur, et scribuntur,

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

uti Abulensis in Galeato advertit. Sunt ergo

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

litterae in omni idiomate minima, ac individuae

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

partes orationis; ex quibus syllabae componuntur,

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

et con-

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

Littere
primae di-
cuntur ele-
menta.

et constituuntur, ut inferius ostendemus. Apud

Hebraeos vero littera dicitur *oth*, quasi si-

gnum: nam *oth* signum est; uti apud Ezech.

leges; eius plurale est *othoth*. 1. littera.

Et definitur esse signum ad placitum voci hu-

mana impositum. Quibus accedit, quod D.

Augu. c. de doctrina Christiana tradit: signa

verborum, quae verberato aere statim transe-

unt, per litteras instituta fuisse. Vnde merito eas

esse rerum indices, et signa verborum docet D.

Isidorus superius citatus. Et a litteris quas gra-

matica proficitur eam litteraturam dictam, as-

serit D. Aug. ubi disertè agit de occasione in-

ventionis grammaticae, et discretionis littera-

rum, syllabarum atque verborum.

De figura, numero, & potestate litte-

rarum. Cap. III.

Littera igitur quas Hebraei *othoth*

appellant, quantum ad no-

mina duae et viginti sunt, omnes

consonantes, quippe quae non per se,

sed cum vocalibus sonant, et si *y* et *n* cheth, et

hain, cum in fine proferuntur non nihil soni vi-

deantur habere, ut statim videbimus. Quan-

tum vero ad figuram octo, et viginti sunt ob-

cap. 9.
Littera
apud He-
braeos.

quomo-
do & vn
de dicat.
ca. 4. 3.

Defini-
tio lra.
e lib. 1.
Etymo-
log.

cap. 3.

lib. 2.
De ordi-
ne c. 13.

Lra He-
braeoru
22. &
quantu
ad figu-
ram. 28.

servant

Chaldei
Siri, &
Arabes
eundem
litterarū
numeriū
habent.
Græci 24
litteras
habent,
latini 23
a in pro-
logo ga-
leato vt
superius
pag. 29.
b pa. 399
In Ga-
leato.
Numer
librorū
sacrorū
iuxta nu-
merum
litterarū
alphabe-
ti.
d li. 1. &
2.
e li. 1. ce-
tione 1
supput.
1. & 2.

seruant etiā Chaldaei, Arabes, & Syri (Græcis qui quatuor, & viginti; & latinis qui tres et viginti litteras habent, exceptis) secundū I sidorum. Sicuti vero sunt viginti et duo elemēta, per quæ scribimus Hebraicè, omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana cōprehenditur, ita ēt D. Hierony. ^a testante, loco iam adducto, viginti duo volumina sacra supputātur; quibus quasi litteris, et exordijs ī Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia. Et hanc cōparationē litterarum ad sacrorum codicum numerum Epiphanius ^b in lib. de mēsuris et ponderibus, et post ipsum Abulēsis ^c late prosequuntur. Hodie vero alia est nostrorum Canonicorū librorum cōputatio, vt ex Sacrosancto Tridentino Concilio apparet. Cui adiunge inter alios, perdoctum Theologum Renanum Benedictū Andegauensem lib. Stromatum ^d in vniuersum organum biblicum: Late ēt Sixtum Senēsem ī sua bibliotheca, ^e ubi triplicem Hebraeorum varietatē, in sacris voluminibus veteris testamenti, computandis, refert. Quarum primā, ad præcitatum, viginti duarum litterarū Hebraicarum numerum, accomodatam, superiores auctores, Origenes, Gregorius Theologus & alij sequuntur. Secundā, ad viginti quatuor litteras

Hebræas

Hebræas (triplicata littera Iod) accomodatam, nonnulli Græcorū, ob 24 litteras Græcas, & pleriq; latinorum amplexi sunt. Cui ēt illū numerum 24 seniorū, (quorū D. Ioa. in Apocalypsi ^a cap. 5. 8. versu. meminit) adaptarunt. Quod idem ex Primasio Beda in eo loco Apocalypsis, & alijs tñ Latinis quā Græcis optime prosequeris. Tertiā vltterius supputationē, iuxta præcitatum numerum 22. litterarum, additis duplicibus litteris, ordinatam & constitutam ab eisdem Hebræis, tradūt Epiphanius, et Sixtus Senēsis superius citati, vnde 27. libros sacros enumerant, vt inferius videbimus. Duplici autē litterarū, & characterum ^b cap. 4. figura, & forma Hebræi vtuntur; altera est, Vide E-
liam in
præfa. li-
bri sui.
Electus.
Duplez
litterarū
figura a-
pud He-
bræos.
Accent^o
& valor
litterarū
semper ī
primā lit-
tera col-
locatur.
Valor &
potestas
idem.

quæ pertinet ad priuata negotia, quæ dicitur littera cursiua, cuius quidem plures habent formas: alia in Biblijs sacris, quæ appellatur מְרוֹבָעַת me-
rubaghath. i. quadrata, & ēt littera mysterij à verbo מְרַבָּח rauagh, quod significat, quadrare. Vtrarūq; figura, nōia, et potestates inferi^o subiijciuntur. Sed est aduertendum in harum omnium duarum, et viginti litterarum nominib^o, accentum, et valorem, (quem potestatē vocant) semper in prima littera collocari, vt Aleph, valet, A, ī qua quidem littera accentus, & valor siue potestas simul collocātur, sic de reliquis. Valet autē א, A

S	Sein	שׁן	שׁ	Hæc littera sonat S, cum puncto in sinistro cornu, i dextro vero magis stri det quam S.
T	Tau	תו	ת	

De Litterarum diuisione. Cap. III.

lib. 16. sintaxis artis græ mar. ca. 16.
 Sex lîra hebræo- rû nec a- pud græ cos, nec apud lati- nos in- ueniun- tur.
 Mono- syllabæ 14. scilicet
 lîræ qua- tuorde- cim.
 Octo bis- syllabæ.

LITTERAE Hebraorum ut iam uides multiplicem sonum habent multiplicemq; partitione sortiuntur id quod alias tradit late- petrus Gregorius^a. Quam ob rem sequentia ma- xime adnotanda sunt. Primo hebraeos sex lite- ras habere, quas nec greci, nec latini agnoscunt, & sunt istæ. א ב ג ד ה ו ז earumque omnium, quatuordecim monosyllabas esse, licet apud lati- nos omnes monosyllabæ sint. monosyllabæ sunt 14. scilicet א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ פ ק ר ש ת. Re- liquæ uero octo bisyllabæ sunt uti apud Græcos fere omnes. א ג ד ו ל ס ע צ. Secundo notandum ex his litteris septem duntaxat inter se non par-

uam

uam habere similitudinem, & affinitatem, ut oculis ipsis conspicias.

Septem litteræ similes.

ב נ ד ה ו ט ס כ נ ר ח ו ט ס

Ex his quatuor dicuntur quadrata בגדכ bega- dam, & alia quatuor rotunda כנסר chenasar. Sunt autem in sono similes צ ס ש licet ש molli- ter, & asperius, & uehementissime proferantur.

lîræ qua- dratæ lit- teræ ro- tundæ.

Tertio notandum omnes has litteras diuidi cõ- muniter iuxta prolationis instrumenta, & sic quatuor sunt labiorû quas hebraei dicunt אותיות השפה othioth hasafa, & sunt hæc בוקף Bu- maf.

Diuisio litterarû iuxta p- lationis instru- menta.

Alia sunt dentium, quæ dicuntur אותיות השנים othioth hascinnaim, et sût quinq; ut שרץ זאסאז. Alia quinq; dicuntur אותיות הלשון lit- teræ lingue, othioth halascõ et sût hæc דטלנת datle- nath. Quatuor palati appellatur אותיות החך othi- ioth habcech, & sunt גכקכ ghibcak. Sunt, et alia

Guttu- rales mē- ti tenen- dæ.

quatuor gutturis quæ dicuntur אותיות הגרון othi- ioth hagon & sunt menti tenēda cum passim de illis sit agēdum. Eas tamen Elias Leuita uo- cat מבלבלים mebalbelim idest confusorias seu confundentes: suarum etenim exceptionum ua- rietate uniuersam linguæ sanctæ grammaticã confundunt & inuoluunt. Quarum duæ primæ uidelicet א, & ה, sunt de numero litterarum

munere, & punctuatione hic dicenda erant, quæ
 nō tam facile à tyronibus percipiētur; sed de illis
 aptius dicemus cum de ratione syntaxeos agen-
 dū fuerit^a, & aliquid inferius^b. Sexto notan-
 dum, duas litteras ן & ם difficillimam apud he-
 bræos habere prolationem^c: proferenda tamen
 sunt ex gutture, & ex intimis pulmonibus, ita
 ut per nares pronuntiatio exire videatur, ut ם׃
 ngham, idest populus proferemus ngham, & in
 dictione ם׃ nghen, idest, fons, siue oculus dice-
 mus ghen, vel nghen, & ם׃ dicemus him, & in
 dictione ם׃ homer, mēsuræ genus, & ם׃ hugh,
 quod significat coquere inter prunas, & ם׃ cum
 vocalibus longis facit ם׃ hga, ם׃ hnghe, ם׃ hghi,
 ם׃ hgo, ם׃ hgu, secundum Sanctes Pagninum.
 Septimo notandum, quasdam ex prefatis lit-
 teris duplicem sonum, & prolationem habere,
 adueniente quodam puncto appellato ם׃׃ da-
 ghes, posito in medio litteræ, de quo aptius dice-
 mus infra hoc eodem libro 1. ubi etiam de pun-
 cto ם׃׃ mappik^d. Similiter etiam quando in
 littera ם׃ ponitur punctus ad latus dextrum qui
 appellatur ם׃׃ iamin facit Sc, nostrum, siue gra-
 cum, & durius profertur ם׃ scin, & est propè
 hebræum, ut dicitur ם׃׃ sciboleth spica. Quā-
 do verò ponitur punctus in sinistro cornu, siue la-
 tere

lib. 6. c.
8. & se-
quenti.

ca. 15.

^c Prola-
tio ן &
ם diffici-
lis apud
hebræos

Duplex
quarun-
dam lit-
terarum
sonus &
prolatio

cap. 15.

cap. 19

De va-
riet. pro-
lationis
ם.

tere. & qui dicitur ם׃׃ semol, similis est ם׃, eum-
 denique sonum habet, ut S, & proprie Ephrai-
 miticū est, inde dicitur ab eis siboleth, & est de-
 nique S distans à priore, & tendens ad ם׃. Hu-
 ius prolationis, & nominis varietas in causa
 fuit, ut plurimi Euphratorum occiderentur à
 Gaaladitis: nam cum Euphrati confugerent
 ad Gaaladitas, quasi Gaaladite, iussi ab ipsis
 pronunciare ם׃׃ sciboleth, idest spica, lenius
 iuxta suæ linguæ proprietatem proferentes ם׃׃
 siboleth, trucidabantur ut legitur apud Iudicū
 historiam. Varietas autem huius puncti uariat
 significatum, quia quando in dextro cornu po-
 nitur unū significat, & aliud quādo in sinistro,
 ut patet de uerbo ם׃׃׃ naga sc; & dicemus infra.
 Arabes hebræos imitantes duplicem ם׃ habent: he-
 bræo. n. eorū ם׃ sin, euphratorū respōdet ם׃׃ sin.
 Octavo notandum, quod ex his litteris alphabe-
 ticas quinque earum sunt duplices, quæ etiam fi-
 nales nuncupantur, & si Elias Leuita in suo
 cantico primo, & R. Abraam aben eZra, eas
 inter alias litteras consonantes minime compu-
 tent eo quod sint ad ornatum, & decorem scri-
 pturæ inuētæ, in quo falluntur, cum sint cōsonan-
 tes, & mysterijs plenæ, ut videbimus. Sunt er-
 go istæ litteræ duplices, quas hebræi etiam exten-
 sas

Euphra-
torum
platio fi-
bi causa
ruinæ.

ca. 12. 6.

li. 4. c. 2.

Litteræ
duplices
& exten-
sæ.

Finales
sunt cō-
sonantes
cōtra E-
liā leui-
aben ez-
ra.

fas appellant, & explicatas, פֶּשְׁעוּתוֹת pescutoth, solent enim extense in fine poni:

כ מ נ פ צ
ז ח ט י ק ל

Duplex mem apertum, & clausum. Duplices etiam dicuntur ob duplicem figuram, ut hic vides: & ideo ab hebraeis dicuntur כפופות chesufoth, hoc est duplices, & reflexe. Exemplum utriusq; אמא amah ancilla: אמ em mater: mē prima dictionis, dicitur mē apertum, hebraice אמ מתחלה mē pethubca: secunda vero dicitur

אמ סתומה mem sethuma: hoc est mem clausum, quod quidem & si secundum proprietatem, & naturam harum litterarum in fine debeat semper collocari: sicuti mem apertum in principio, et medio; nihilo tamē minus, אמ, mem clausum

reperitur apud Esai. in principio dictionis לרבה המשרה lem arbe hamisrah, id est ad multiplicandum principatum; vulgata multiplicabitur eius principatus: quod idem est cum tempus pro tempore ponatur, et idem manet sensus. Non vacat autē mysterio poni, mem clausum, & finalem litteram, in principio illius dictionis, למארבה, ad modum namque positionis illius littere, contra situm, & naturam aliarum, significatur à propheta, clausa, & inuiolata virginalia virginis Maria claustra futura, per qua-

me-

mediator ille qui principatum, & imperium spirituale multiplicaturus erat, sine medio transiurus fuerat, & sic fuisse in sanctissima virgine ordinem, & naturam litterarum permutandum. Et hoc est quod in hebraeorum Talmud in tractatu sabbati dicitur; Mem clausum significare materiam clausam et abstrusam, de quo vide Galatinū: licet quidā fabulosus author hoc mysterium referat ad solem, qui retrorsum per umbram reuersus fuerat, et Forerius Esai. mysterium prædictum irrideat, & vitium impressoris fuisse credat. At maius vitium scriptoris putarim, mysteriū illud obscurare, quod omnes docti, & ipsimet hebraei admittunt, & illud etiā confirmat Zamoren. olim hebraeus vir catholicus in epistola ad Iudaeos Romæ degentes, & optime Adamus Delphius, & Petrus Brutus episcopus Catarensis aduersus Iudaeos, & R. Hammay in lib. Sanedrim: qui ex litteris illis colligebat tēpus aduentus Messia, ut videre est apud Sixtum Senensem in sua bibliotheca sancta. Mem apertū מ, etiā reperitur cōtra litterarum naturā in fine apud Esdrāם פרוצים hem perutsim, hoc est ipsi diruti vel rupti.

Præterea aduertendum has litteras finales, seu inferiores nunquā sub se habere vocalium

G puncta

lib. 4. c. 19. & li. 7. c. 23.

b Vide thesaurum verborum רבה co. 2609

c cap. 9.

d cap. 4.

e d. c. 9.

f tom. 1. lib. 3. p. 270. c.

Vide q̄ scribimus de diuinis arcanis, c. 12. sub finem.

g li. 2. c. 2. 13.

h Finales nunquā hēnt sub se pūcta duabus exceptis

puncta; nisi duabus exceptis, Kaf ultimum, & Nun finale: Kaf necessario habet kamets, aut sceua, ut לך לך lehc lehca, idest. abi tibi, et ubi cum est, recipit daghesch, sonat ut kof exilis, ut in psalmis ibi וואדך וואדך deka, idest, et confitebor tibi. Nun habet aliquando kamets, ut תרנה תרנה

• Pf. 117. 28.

• 1. Reg. 18. 7.

Pf. 51. 16

na, idest, cantabitis: et in libris Regu^b ibi וואדך וואדך Sed quando nun recipit kamets potest dupliciter scribi; primo sequendo litteram, ut in exemplis.

Secundo precedendo litteram, & posito kamets paulo inferius, uti Gen. ^c ibi וואדך וואדך nataharena, idest, & conceperunt: ubi punctum kamets ad nun refertur: & ita in libris castigatis sub Nun ponitur kamets; idem etiam Kamets sub nun finale, alijs in locis sacre scripturae, frequenter reperies. Iuxta ergo hunc numerum duplicium litterarum, quae quinque

^d Duplices litterae, duplices et libri sacri.

sunt: quinque etiam enumerantur ^d duplices sacrae paginae libri, authore D. Hieronymo ^e, & hi sunt: primus, & secundus Samuelis, qui apud nos dicitur primus, & secundus Regum. Duo,

^e In praefatio. ad lib. reg. tom. 4.

qui Melachim, nos tertius, & quartus Regum. Parlipomenon primus, & secundus, primus & secundus Esdrae. Hieremias cum Kinoth, idest, lamentationibus. Modus autem perquam facillime figurandi litteras advertendus est: oportet. n.

ut

ut preceptores seu magistri suos discipulos assuefaciant in scriptura hebraea, idque facillime prestabunt, si sex tantum litteras figurare, dexterè & expedite noverint; uidelicet, ו ו ל כ נ ק. Ex tamen sex litteras conficiet, nempe ו ו ל כ נ ק. Ex littera ו tres componet, uidelicet ו ו ו. Ex ל, una tantum ל. Ex כ duas uidelicet כ כ. Ex ג, una scilicet ג. Ex ט, tredecim, scilicet ט ט ט ט ט ט ט ט ט ט ט ט ט. Ex his ergo sex litteris predictis hebrae viginti sex litterae conficiuntur, quae numerum reperies in illis quatuor litteris ineffabilis nominis יהוה Iehouah, na importat decem quinque & sex, alterum quinque, ut constat ex dictis inferius: & sic conficitur numerus praefatus.

Modus facile scribendi hebraice.

Numerus litterarum in nomine Dei ineffabili reperitur.

^a lib. 10. cap. 5.

Ultimo advertendum unamquamque harum litterarum praedicti alphabeti peculiare habere significationes, quas in praesenti longum foret recensere; studiosus, et diligens lector eas omnes poterit videre apud Pagninum ^b, & Martinum Gilbertum de litteris hebraicis ^c post D. Hieronymum. & Abulensem in galeato, & Eusebium de praeparatione euangelica ^d, quibus addendi sunt perdoctus Societatis Iesu Bellarminus, & Cornelius Bertamus in suis inst. qui has alphabeti etymologias studiose prosequuntur, & diligentissimus Paulus Scaligerus doctus & nobilis marchio in

^b lib. institut. 1. cap. 3.

^c cap. de significatione ex litterarum natura.

^d lib. 2. cap. 10. 11.

G 2 episto.

dum erit. Et ut unico verbo oia de **ק** **ה** quiescētia, cōplectaris, dic ea semper quiescere cū uocalib. caruerint, nisi **ה** fuerit mappikatū. Vau in medio, et in fine, tātum sub cholē et sciuresc quiescit: sed iod in medio post **K** amets, t sere, **ס** segol quiescit, ut **דְּבָרָיו** deuarau, idest uerba illius, **עֵינֵי** nhenai, idest oculi mei, **דְּבָרָיָהּ** deuarehca, idest, uerba tua. Aduertendum autem, quod semper post hirek in fine dictionis posito, ponitur **ו** iod littera, quæ maneat otiosa: ut in illo loco Eccl. **אֲנִי בִלְבִי** amarti ani belibbi, idest, dixi ego in corde meo. Secūdo notandū, litteras **ו** et **ו** iod etiā sine punctis legi tribus in casibus: licet aliās per superius annotata otiose essent remansura. Primus ergo casus est in nomine **יְהוָה** Iehoua, utraq; enim **ו** **ו** sonant ut consonantes. Secundus, cum **ו** **ו** in fine dictionis iunguntur, quia tunc licet prima maneat otiosa, **ו** non legitur, secūda legitur, ut patet in dictione **אֲדֹנָיו** adonau, idest dominus eius: dices enim adonau, et non adonau. Tertius quando **ו** Iod ponitur post **A**, uel **ו**, uel **ו** semper profertur, ut **שִׁפְתָי** fathai, idest, labia mea **בָּנִי** banui, idest, adificatus, **גֹּי** goi, idest gens. **ו** uau etiam in fine prootiosa, fertur, post **a**, **e**, **ו** **i**, ut **אֵלֵי**, **ו** **ו** **ו**. Post aliud punctum non leguntur **ו** nec **ו**.

Quo-
mō uau,
& iod si
ne pun-
ctis legā-
tur.

Iod sē-
per po-
nitur in
fine di-
ctionis
post hi-
rek.

*Eccl. 3.
17.

Vau &
iod, i tri-
bus casu-
bus sine
punctis
legunt.

Nomē
Iehoua.

Cū uau
& iodin
fine di-
ctionis
coniun-
guntur,
prima
manēte
otiosa,
secūda
legitur.

De

De diphtongis. Cap. VI.

NULLI dubiū esse debet, quin apud hebræos diphtongi reperiātur. Nam cum diphtongus sit elocutio quadam monosyllabica, duarum uocum cōmixtarum sub unico puncto, quæ apud hebræos pluries inuenitur, necessario cōsequitur dicendū, in lingua sancta (quod etiā alij asserunt) diphtongos esse, sicuti **ו** in alijs linguis: quarum quidē cognitio ad rectam syllabarum, **ו** dictionum lectionem est perquam necessaria. Diphtongos tamen in duplici reperiri differentia, author est Ioannes Phocensis in suis rudimentis hebraicis capite de sceua. Aliæ ergo sunt propriae, aliæ uero impropriae. Propriae sunt sex **Af**, **Ef**, **If**, **Ai**, **Ei**, **Oi**. Vnde in **Ezech.** dictio **ו** tau ibi posita non legitur tau, sed taf, idest signum, **ו** in lib. **Gen.** **ו** ibi **ו** ghesaf, idest Esau. Item et apud **Zach.** **ו** ibi **ו**, non legitur chisleu, sed chislef, idest Nouember. Et in libris Regum **ו** ibi **ו** nō legimus **ו**iu, sed **ו**if, idest Aprilis. Græcos hinc suas diphtōgos habuisse Phocēsis affirmat, dicentes, astocratorē pro autocratorē, idest Imperatorē, et esangelion, pro euangelion, habet. n. F, cum **ו**. apud græcos nō parua cognationē, de qua re uide **Becanum**. Igitur post uocales longas, **ו**

Quid di-
phton-
gus.

Diphtō-
gi apud
hebræos

Diphtō-
gi dupli-
ces.

a cap. 9.
4.

b 25. 25.

c 7. 2.

a3. Reg.
6. 2.

e Græci
ex he-
brais su-
as diph-
tongos
desum-
pserunt

f in sua
her-
math.
lib. 6.
pag. 127
& lib.
10. hie-
rogli. in
fine. vn-
de non
parua d-
sumitur
cōiectu


patach

ra prolationem græcam tam in diphtongis, quam in alijs litteris, corruptam hodie fore: id quod Burvenis, & Becanus & alij affirmant.

patach sequitur uau, semper proferri debet, ut di-
 *28. 10. phtongus, modo superiore, & sic apud^a Esaiam
 b Sicuti apud Ezech. cap. 35. 8. Fabri-
 cius Capitonius lib. 1. in stit. c. 3. legi ait, sed in biblijs correctissimis non est ibi sceua: sub 1.
 c 42. 3.
 d 20. 15
 e 22. 13.
 f 1. 4.
 ibi, tsau legemus tsaf, idest, praeceptum: & idē
 quando sub 1 uau in fine dictionis, est sceua:
 quia tunc eodem modo legi debet, ut חרף haraf,
 idest, montes eius.^b Sed licet secundum eundem
 Phocensem, hac pronuntiatio superiore modo fie-
 ri possit, nihilominus communis omnium usus
 aliter se habet, non enim dicunt taf, sed tau, cui
 tamen usui magis est adhaerendum.

Chai reperitur in psalmis^c ibi חאי chai, idest, vi-
 uum cū patach, uel chai cum kamets, ut חאי chai
 & apud Iobum^d inuenies alterā diphthongum,
 chail, ut חיל, idest diuitia, seu facultas, aut a-
 bundantia. Et apud Hier.^e & Esaiam^f inue-
 nitur ultima diphthongus. Propria uidelicet hoi,
 ibi חוי, idest uae, & גוי, idest, gens, quas po-
 steriores diphthongos etiam latini obseruant.

Diphthongi impropria dicuntur, quia licet sub
 una syllaba sit duarum uocum cōmistio, tamē
 in prolatione una tantum uox sonat, & sunt
 tres huiusmodi diphthongi impropria.



De litterarum permutatione.
 Cap. VII.

DLVRI MVM refert ad exa-
 Etam legendi rationem, ut cogno-
 scamus uersatilem quarundam
 litterarum naturam, qua saepe
 una alterius locum occupat, & in dictionibus
 una pro alia, non sine ratione substituitur, tam
 apud hebraeos, quam etiam apud grecos, & la-
 tinos, ut ostendit Ioannes Goropius in sua her-
 mathena^a, quamuis hanc frequentissimam lit-
 terarum commutationem ad corruptelam he-
 braeorum perperam referat. Porro de pluribus
 litteris pro alijs commutatis in varijs scripturae
 locis inferius agemus^b. Quam ob rem primum
 notandum litteras אהוי eheui, de quibus supe-
 rius^c diximus, secundū omnes inter se permuta-
 ri: & ideo א aleph uice י יו יל יו ponitur mul-
 toties, & ipsum י uau saepe uice א ו, è con-
 uerso, & hoc signo י supra י, uau posito, uel
 supra י iod in sacra scriptura notatur: si est su-
 pra iod aliquando denotat illud esse loco uau,
 et si est supra uau denotat illud esse loco iod.
 Idem etiam signum super alias litteras posi-
 tum inuenies, ut אים. & tunc significat varie-
 tatem

^a lib. 9. pag. 218
 Litterę pro alijs commu-
 tantur.
^b lib. 7.
^c lib. 5.
 Litterę eheui permutantur inter se.
 Varietatis lectionis signum.

tatem lectionis. Præterea א ו ה pluries permu-
tantur inter se: præsertim in verbis, in aliqua ip-
sarum litterarum, aut quando ex verbo nomen
efficitur: hæc tamen mutatio nullo symbolo nota
tur, nec multū refert modo illud scire. ה Ponitur
etiam ו vice ל vel ל א quando in fine ponitur tunc
enim est ac si ל esset in principio illius dictionis
ut patet apud Gen. ^a ibi: וַיֵּלֶךְ פַּדְאֵן וַיְהִי עֵצֶר וַיֵּלֶךְ פַּדְאֵן
nah, idest et iuit in padan ubi ה in fine denotat
ל in principio dictionis ac si dixisset וַיֵּלֶךְ אֶדְאֵן
dan. et etiam ponitur aliquando ו vice ו uti ibidē
leges ^b ibi: וַיֵּלֶךְ אֶדְאֵן, idest tabernaculum eius: Sic q̄
וּדֵס הַפּוֹנִי לֹעֹז אֶדְאֵן ac si dixisset וַיֵּלֶךְ אֶדְאֵן.

Alia litteræ consonantes etiam ad inuicem
permutantur, ut ב loco ג א ו vice כ א ר loco
ח et loco ו: et ו loco ס: et ס loco ו nun, et ecōuerso.
ע etiam ponitur loco ח. ק loco ג א ו vice כ א ר loco
ע in summa hæc sex litteræ ש ו ז ח א ו ש quæ co-
gnatæ dici possunt, quia parum sono differunt,
sæpe permutantur ut sunt combinatæ. Nomen
enim quod cum ש scin scribitur aliquando inue-
nitur cum ס samehc, א e conuerso, א similiter
in alijs. Vide decē et nouē dictiones, quæ cū scri-
buntur per ש scin, tamen cū ס leguntur: in thesau-
ro in verbo שׁוּט, et hoc modo Rabbini scribere so-
lent, ס samehc pro ש scin. vide etiā in thesauro,
verbo,

^a Genes.
28. 7.

^b Gen. 9. 21


Sex litte-
re cogna-
ta.

verbo, א ו ה aliquādo ה mutatur in ו daletb, quod
est magis Chaldaicū. Hæc mutationes nō inuer-
tunt inflexiones nominū, aut verborū, sed nomē
quod scribitur cum וna, aliquando cum alia,
scriptum inuenitur. Horum omnium exempla
in presentiarum adducere non fuit opus, cum fa-
cile illa apud Pagninum possis legere ^a. Hæc autē
litteræ seruales aliquando deficiunt, siue latent
uti latius videbimus in tractatione de verbis
imperfectis א tradit Pagninus ^b, aliquādo re-
dundant, ut ו ל ל laila pro ו ל ל lail, idest nox:
sed hæc וsu scripturæ, euidentiora tibi reddentur.
Porro de litteris in lege transmutatatis videbi-
mus inferius in fine.

^a lib. 7.
inst. ca.
26. & 16

^b lib. 1.
inst. cap.
25.

De notis numerorum. Cap. VIII.



Ebrai à quibus Græci, א Chaldaei
mutuātur per hæc alphabeti lit-
teras numerant, eisque utuntur no-
tis, א non ut latini, qui ciphris si-
gnant, quas ספירה sephira dicunt, idest nume-
ratio hispanè dicuntur, Guarismo, א etiam di-
cuntur lato vocabulo Ciphra, littera pro parte,
quarum etiā hoc in opere mentionē faciemus. et
id quod alias hieroglyphica dicunt ad ciphras redu-
cunt. Distingunt igitur omnem supputandi ra-
tionem

Græci, &
Chaldæi
ab He-
bræis ra-
tionē nu-
merandi
per litte-
ras alpha-
beti mu-
tuarū.

Ciphra
quid sit.

60 DE NOTIS NUMERORVM
 tionem in unitates decades, & centurias, idque
 ordine alphabetico.

V N I T A T E S.

9 8 7 6 5 4 3 2 1
 ט ח ז ו ה ד ג ב א

Deca-
 des.

D E C A D E S.

90 80 70 60 50 40 30 20 10
 צ פ ע ס נ ד ל כ י

C E N T V R I Æ.

900 800 700 600 500 400 300 200 100
 ק ר ש ת ה ג ד ב א

Solent etiam ad alias centurias assignan-
 das post 400. adiungere ipsi ה alias notas, ut

1000 900 800 700 600 500
 תק תר תש תת תתק תתק

M I L L E N A R I Æ.

5000 4000 3000 2000 1000
 אה אה אה אה אה

Sic punctato Aleph à parte superiore cum
 duobus punctis efficiuntur unitates millenaria,
 licet aliqui cum virgula recta infra scripta id
 significari contendant, ut א Mille, א 2000. &
 sic

sic de reliquis. Similiter additis decadibus, &
 centurijs sunt decades, aut ceturia millenaria.

Unitates sic componuntur.

19 18 17 16 15 14 13 12 11
 ט ח ז ו ט * ד ג ב א

* Pro quindecim non ponunt ה cum unū ex
 dinis nominibus sit, sed loco illius ponūt ט 15.

Decades sic componuntur.

29 28 27 26 25 24 23 22 21 20
 ט כה כו כז כח כט כ כ

Ex his aduertes diuersam discriminis ratio-
 nem Hebræos obseruare in numeris litteralibus
 exprimendis, & cyphris. Nam numerum ma-
 iorem ad dexteram collocant, ut א, maior nu-
 merus est י, decem significans: quàm א, unum
 importans: sed si cyphris, scribatur minor ad
 dexteram ponitur, ut 12. Nam 1. ad sinistra, id
 est decem, maior est, quàm 2. qui est ad dexteram.

De nominibus uero numerorum dicemus
 secundo libro, cap. septimo, ubi pro-
 prior erit locus, quoniam de
 nomine et uarijs nume-
 rorum speciebus
 agendum
 erit.

De

^a fol. 154
in fine.

patet apud^a Fabritium in suo dictionario Syro chaldaico; & concordat uerbum Syriacum in eodem cap. loco apicis positum: uidelicet מֵרֵטֵי mortò, à uerbo מֵרֵטֵי morit id est lineas ducere. Apex hispanè dicitur rasguito, et italicè raschio qui differt quidem multum à punctis. In qua sententia est D. Aug.^b Isidorus etiam & D. Thomas & Christianus Druthman, quos sequitur & refert Xistus Senensis in sua bibliotheca Sancta^c et fuisse tum temporis apices, cum litteris eheui, pro uocalibus antiqui utebantur: ex Francisco Raphaelengo superius citato, satis constat. Vnde puncta hodierna, et uocales idè sunt.

^b in lib. 1
de ferm.
Domini
in mon-
te.

^c lib. 2.
verb. io-
ta. pag.
159.

Quid vo-
calis, &
quomo-
do profe-
ratur.

Vocalis est littera, quamprimum apta in uocem arterialem prodire, adhibita sua uniuscuiusque uarietate: solo namque hiatu ex intimis uisceribus, nullo extraneo assumpto instrumento profertur.

Vocalis
à syllaba
differt.

Vocalis differt à uoce, siue syllaba, quia syllaba nihil aliud est, quàm coherentia litterarum & punctorum, quæ rictum oris pro diuersitate litterarum aperit, ut א א & similia.

Syllaba
quid

^d lib. 1.
ethimo.
cap. 15.

Vel (si uis) syllaba est applicatio litteræ ad punctum; uno namque spiritu sub uno accentu consonans, & uocales proferuntur. Et^d secundum Isidorum uocalis, abusive dicitur syllaba,

cum

cum syllaba proprie sit ex multis litteris, syllaba enim græcè, latinè est conceptio, siue complexio; à litterarum complexione. Vnde apud hebræos una littera cum uocali, seu uocalis, littera adiuncta, syllabam constituit. Aliquando fit syllaba ex duobus consonantibus, et uocali, ut אב au id est pater: & aliquando ex tribus consonantibus, & uocali, ut אבירא kofete, id est ueritas, & etiam sine consonantibus ipsa uocalis per se syllabam constituit, ut statim uidebimus: hebræi uero solummodo in alphabeto collocant litteras habitu uocales; & uoces actuales, siue syllabas extra uersum illius, ut א kamets, quæ est littera A, et uox actualis, siue syllaba אבירא kamets: licet latini uocum notas, cum cæteris litteris insertas habeant.

Vocalis
abussive
syllaba.

Vocalis
cum una
littera
apud he-
bræos syl-
labam con-
stituit.

Puncta
cur vo-
cales.

^a cap. 7.

^b lib. 1.
etymol.
cap. 3.

Discrimi-
nen in-
ter con-
sonantes
& vocales.

Puncta, uocales dicuntur, quia sonum, qui intelligi possit sine ulla prorsus adiectione reddunt, & sic uocem, aut syllabam per se nulla adiecta consonante constituent, uti Aristo. de arte poetica^a, et Isidorus^b tradunt. Quæ ratione uocales à consonantibus differunt, quippe quia consonantes diuerso motu linguæ, uel impressione labiorum efficiuntur, & per se minime sonant; sed iunctis uocalibus, quæ quidem se habent ad instar luminis, littera uero ad instar co-

I lorum;

Similitudo litterarum, & vocalium.

Elementorum nomina profertur, ipsa vero elementa nequaquam.

Punctorum denominatione.

Cat. 1. 11.

Dan. 10. 11. & 1. 44.

Esa. 24. 26. Cat. 3.

lorum; & ideo rectè Priscianus, & Valensis, dixerunt consonantes esse litteras, quæ vocibus adiunctæ instrumentorum adminicula in pronuntiando requirunt. Hoc denique est quod Socrates in cratilo Platonis cum hermogene loquens aiebat: elementorum nomina proferruntur, ipsa vero elementa nequaquam: quod hic locum habet, quia sola potestas, et vis litteræ dictionibus inseritur, vox autem ipsius de foris subiungitur. Qui alia circa vocalium, & semivocalium diuisionem, & prolationem studiosius videre desiderat, consulat Goropium Beccanum superius citatum, cuius Metaphysicas opiniones in presenti referre, non est huius instituti.

Puncta variè denominantur: dicuntur enim נקודות nekuddoth; ob eorum tenuitatem, et ob paruitatem à verbo נקד nakad, idest punctare, uti in canticis legimus^a ibi: vermiculatas argento, idest cum puncturis argenti. Vocantur etiam רשמים rescamim, idest impressiones, notationes, vel signationes, à verbo ראשם rasciam: hoc est, signare, imprimere, & notare: uti apud Daniel.^b Rursus appellatur תנועות tenunghoth, idest motiones, aut motus, quibus littera mouetur, & profertur à verbo תנוע nuangh, idest mouere, ^c unde secundum Leuitam Eliam^d puncta

Et mouent litteram sicut anima corpus id quod repetimus inferius: dicitur etiam punctum à verbo נקד sekad, uerbo arameo, ut uidere poteris in thesauris^a quod significat pungere. Vnde non est verum, quod apex dicatur punctus vocalis, ut dicebat^b Zamoren cū apex dicatur rascio, seu rasgo, hispane, ut iam diximus supra hoc eodem capite.

^a colum. 3101. & in dictionario Synchaldaico f. 145. col. 2.

^b Cōtra Zamorensem libro 1. suarū in sti. c. 3.

Puncta simplicia, & composita.

^c Cat. 2. & 6.

Comparatio punctorum breuium, & longorum.

De punctorum diuisione. Cap. X.



Puncta, seu vocales apud Hebræos in duplici sunt differentia, quædam enim sunt simplicia, quædam uero composita. Puncta simplicia bipartuntur, in longa, siue magna, & breuia, siue parua. Omnia uero simplicia sunt numero decem: quinque longa (quæ nuncupantur תנועות גדולות tenuoth ghedoloth, idest motiones magna & uocalibus longis latinorum correspondent) quinque alia breuia sunt, & dicuntur תנועות קטנות tenuoth chetanoth, idest motiones parua. Elias leuita in suis canticis^c quinque puncta longa, uiros personatos appellat, et מלכים melahim, idest Reges: breuia, seu parua, pigmeos, & עבדים nghauadim, idest ministros, & seruos: siquidem ministrant, & seruiunt Regibus, hoc

I 2 est

Varie-
tas au-
ctorum
circa vo-
calium
numerū

est maioribus, & longis vocalibus; ea etiam la-
tinis uocalibus correspondent. Sed hac in re non
est parua auctorum uarietas, qui aliqua ex ijs
punctis in numerum uocalium admittunt, alia
vero plane excludunt: nos tamen ueriores am-
plexabimur traditionem. Vocales igitur longae
his litteris continentur פיתוחי חותם pitusche scho-
tam, id est sculpturae sigilli, & sunt ו י וֹ - hoc est
a, e, i, o, u. Vocales breues sequens tabella de-
monstrabit.

^a Iud. 21
21.

^b Psalm.
10. 9.

Vnde di-
cat cha-
teph pa-
tach.

Puncta uero composita sunt tria duntaxat;
& dicuntur composita, quia ex duabus uocali-
bus una efficitur. Dicuntur etiam puncta ra-
pta, quae ab hebraeis שחאפיים schataphim appellan-
tur à uerbo חטף chataph, id est rapere festināter
& cum celeritate, ut in lib. Iud. ^a & lib. Psalm. ^b
Et sic dicimus chataph patach, hoc est uocalis
rapida, importans A, breuissimum. Ob
idq; puncta composita, quae rapi-
da sunt, iure breuiora nun-
cupantur.



De

De figura & potestate punctorum.

Cap. XI.



Hic igitur nomina, & potestates uoca-
lium inter se distant, At in earum
cognitione tota huius linguae san-
cta doctrina uersatur. Accipe igitur
dilucidam omnium descriptionem.

VOCALIS LONGAE.

Potestas	Nomina	Figura
A	Kamets קמץ	⋈
E	Tfere צרי	⋈
I	ChireK חיריק gadol גדול	⋈
O	Holem חולם	⋈ 1
V	SciureK שורק	⋈ 1

Haec quinque magna uel longa sunt: sequun-
tur aliae quinque breues.

Vocales

Vocales breues.

Potestas	Nomina	Figura
A	Patach gadol, hoc est Magnum. פתח גדול	א
E	Segol dicitur etiam Patach Katon, פתח קטן id est paruum, quoniam solet loco ipsius substitui.	א
I	Chiric Katon, id est, paruum, vel חיריק קטן כלא יוד, chiric beho Iod, id est chiric sine iod.	א
O	Kamets malepum cuius forma non differt a forma Kamets vocalis longae; sed differt tantum prolatione. קמץ	א
V	Chibbuz vocatur etiam שלש נקודות, scilicet lofe nekudoth, id est, tria puncta: ab hoc tamen breuium vocalium numero excludimus scilicet, non quod vocalis desinat esse, quando mouet, vt cap. 14. dicemus. Sed quia iuxta communem omnium traditionem simpliciter loquendo vocalis dici nequit, vnde separatim praecitato cap. eius naturam enucleabimus. קבוץ	א

PVN-

Puncta composita.

Potestas	Nomina	Figura
O	Chateph קמץ Kamets קמץ	א
A	Chateph קמץ patach פתח	א
E	Chateph קמץ segol סגול	א

* Vocales longae apertae ore.

Sed et notandum primo est, haec quatuor puncta kamets chateph, kibbutz, uau su-
rech, et uau holem permutabilia esse, et ab Hebraeis נקודות אחרות nekudoth achaioth: puncta nempe, germana siue sororia appellari: quoniam frequenter unum pro alio substituitur.

Breues semiclauso ore proferuntur, et puncta composita etiam.

* Secundo notandum, uocales longas plenam, et apertam, ac uiam prolationem habere, et ideo apertae ore proferri. Breues autem, siue paruae humili sono, quasi semiclauso ore, et uoce semimortua, et ideo semiuocales, et semisonae dicuntur. Quo modo etiam puncta composita proferenda sunt. Nec ideo puncta minora, seu uocales breues, reddunt alias uoces a longis distinctas substantiali distinctione: sicut apud Gracos,

Puncta maiora, et parua non constituunt uoces distinctas, nisi quia una vox est longa, altera breuis.

Gram-

Grammaticos O, Omicron, & ω, Omega, substantialiter minimè distinguuntur: nec apud Latinos A, in dictione, Arma, & ab, aliquid differunt: nisi quod prius est longum, & alterum breue: & ita apud Hebræos eæ decem uocales longæ & breues; uoces habent distinctas sensibili distinctione, uti optime Pagninus in suis institutionibus^a.

^a lib. 1. infi. hebra. cap. 14. in fi.

Puncta ad pedes consonantiũ subscribenda.

Litteræ consonantes ante uocales regulariter proferræ.

¶ & ydiuerse profertur.

Ratio diuersitatis prolationis y & ¶.

Quædo litteræ ¶ & y in fine debet scribi.

Tertio notandum omnia puncta semper subscribenda ad pedes consonantium (excepto holem, & sciurek) quia holem ponitur supra ad latus, & sciurek in uentre uau, ut in tabula ostensum est.

Quarto notandum omnes litteras consonantes regulariter ante uocales proferrædas (exceptis duabus litteris ¶ y chet, & gain) in quibuscum in fine dictionis habent sub se patach, uocalis ante consonantem, contra uocalium naturã, proferræ debet: ut ¶ ¶ ruach, idest spiritus, & nõ rucha dicimus. Similiter etiã ¶ ¶ sciomehang, idest audiens proferemus, et nõ sciomengha. Et ratio est, quia patach nõ est de essentia horum nominum, & similium ad syllabas multiplicandas: sed solũ ut ex gutture proferræ possint. Vbi cumque autem has litteras ¶ & y in fine dictionis positas non præcesserit kamets, aut patach,

tunc

tunc temporis, ut bene proferræ possint necessario debet illis addi, & subscribi patach: (quod euenit post quatuor uocales longas, nempe tere, chirek gadol, cholem, & sciurech:) qui dicitur ab hebræis גְּנוּבָהּ פְּתַח patach ghenuna, patach suffuratum, uel patach necessitatis. Et tunc accētus in penultima syllaba apponi debet, ut יֵשׁוּעַ Iesciuhng masciach, idest Iesus Christus. Præterea alia ratio huius prolationis ¶ et y contra uocalium naturam à dicto Zamorensi Hispano assignatur: ut nempe sit ad distinguendum masculinum, tam à fœminino absoluto, quàm à pronomine etiam fœmineo, quod semper habet ה he litteram in fine, & profertur hoc modo יֵשׁוּעָה Iesciugha, idest salus^a. Similiter etiam רִּחוּחַ ruchah, idest spiritus eius, rei fœmineæ.

Patach suffuratum.

Alia ratio prolationis chet, & ajn, post patach.

Pronomen fœmineũ semper habet ¶ litteram in fine.

Quinto aduertendum, quod superior adnotatio de - patach suffurato, seu necessitatis, etiã habet locum in littera ה he, habente punctum in uentre: tunc etenim patach, illi etiam subscribi debet, ut in nomine אֱלֹהִים eloah, idest Deus^b. Profertur enim Eloah, & non Elohã^c. Quod uerum est, nisi huiusmodi ה præcedat Kamets. Nam tunc illi minime subscribetur - patach iuxta normam superiorem, ut patet in di-

^a Exod. 14. 13.

^b Iob 12. 4.

^c Hebræi tamẽ cõmuniter proferrẽt eloha, & nõ eloah.

K ctione

etione ruhca רוחה spiritus eius.

Postremo aduertendum est, unam quãque harum vocalium longarum, habere in se actum, vel potentia, aliquam ex litteris otiosis, siue hebeui, ut פקד Pakad, idest visitauit, in illo puncto longo, est occulta littera otiosa & vel etiam ה ut in dictione לה lehca, ut patet in Exod. ^a ibi, לה פסל lechah phesel, idest tibi sculptile, ubi in pe illo non ponitur daghesc propter unam ex litteris heeui sub Kamets contentam in dicta dictione לה. Idem in Psal. ^b videbis ibi, בתחנתך bechafdecha batachti, idest in misericordia tua speraui, vel confisus sum, quod idẽ est; qui enim sperat confidit in eũ a quo sperat, et e cõtra ^c. Ac proinde post huiusmodi dictiones non sequitur daghesc in sequenti littera, quia cum in huiusmodi vocalibus subintelligatur littera quiescens merito excluditur per ea, quã inferius adnotabimus ^d.

De forma, & significatione punctorum. Cap. XII.



Vantum autem hæ omnes vocales forma, caractere, situ, & significatione inter se distet, nemo iam est, qui non intelligat. Et ut primo de

Daghesc non sequitur post litteras affectas vocalibus longis propter heeui in eis virtute contentas.

^a Exod. 20.4.

^b Psalm. 13.6.

^c De his litteris quã latet in vocalibus longis vide Quinque in suis inft. pag. 15. & Ifac-cũ pag. 14. & Guillel-

mum Gilbertum de litteris hebraicis. vide quã scribimus infra lib. 4. cap.

mo de kamets dicamus, habet sanè lineam parvam extensam, & sub ea punctum illi coniunctum: ut kamets. At dicitur קמץ Kamets, idest contractio vola: vel pugillus, hispane punñado, italicè pugno, ut apud Leuit. ^a leges ibi, בקמץ be-kumtso, idest in pugillo suo, deriuatur à verbo קמץ kamats, idest congregare, hinc קמץ pugillus: siquidem habet formam, & similitudinem pugni. Et si alij hanc vocalem ita nuncupari credant, quoniam collecto ore obscure profertur, sono quodam medio inter A, & O, qua in re non aduertunt vocalem Kamets sicut, & reliquas longas, aperto ore semper proferri, ut superius adnotauimus ^b.

Tsere habet duo puncta equalia, & mutuo adiacentia hoc pacto .. deducitur à verbo צור id est angustare: inde צורה idest figura angusta, & quia .. tsere angustam figuram hanc habet ideo eo nomine appellatur, et si alij aliud excogitent.

Chirek est duplex, gadol, idest magnum, & Katon, idest paruum: chirek magnum est quando punctum ad pedem subscribitur subsequente iod otioso, hoc modo יִ: sicuti etiã passim reperies in sacris biblijs quã plurimis in locis qui sese legenti offerent: et tunc est chirek gadol, hoc

K 2 est

kamets vnde deriuatur.

^a Leuit. 6.16.

^b cap. 11 notatio. 3.

De tsere denominatione

De duplici chirik.

est vocalis longa, & dicitur chirech cum iod. Et quando ponitur sub littera punctus, ut dicitur chirech sine iod, vel chirech Katon, idest paruum, & est vocalis brevis sub quibuscunque litteris ponatur. In hoc ergo hinc magnum à paruo differt, quia magnum sequitur iod paruum nō sequitur. Dicitur autem חירק chirech à verbo חרק charak, id est stridere, inde חורק chorech, idest stridens, uti in Psalm. a legitur ibi, חורק iacharok, idest stridet: & in Thren. b ibi, חורקו וַיִּחָרְקוּ וַיִּחָרְקוּ וַיִּחָרְקוּ, idest striderunt: ac proinde merito à dentium stridore, quem in pronuntiatione efficit ipsa uocalis, nomen accepit.

Chirek denomi natio.

Ps. 112 10.

Thren. 1. 16.

De duplici cho lem.

Job 39 7.

Exod. 26. 33.

Vncinorum forma vau similis, his pane dicitur vncin^o, garfio, seu escarpia vitā, & salutē redem- ptoris si gnifica- bat.

Cholem reperitur cum uau, & sine uau, solū cum puncto posito supra dictionē: ut & et utrumque est longum, & dicitur alterum cholem cum uau, & aliud cholem sine uau, cum est cholem cum uau dicitur plenum, cum est sine illo dicitur deficiens. Vnde cum cholem duplicem formam habeat; derivatur à uerbo חלם chalam; quod est pinguescere, & incrassari, uti apud Job c ibi חלם iachlemu, idest pinguescent filij eorum: habet enim uocalis ista formam incrassatam, & pinguem: quippe, quæ ex iod & uau, conficitur, ad similitudinem uncinorum, de quibus apud Exod. d uidebis. Pinguem etiā

ex eo

ex eo significationem habet, quod antiquitus uitam, & salutem redemptoris significaret: ut alij tradunt.

Sciurec etiam est vocalis longa, quæ habet semper punctum in ventre: hunc in modum & deducitur à uerbo שיער sciarak, idest sibillare, propter sibillationem eius, uti Guido Fabritius a adnotauit. Poteest etiam dici, quod deducatur à שיער scorek, idest propagine, & surculo, cuius effigiem representat. Hæc de significatione, & derivatione uocalium magnarum.

Sciurec.

Deriuatio Sciurech.

a in Dictionario Syro chaldæo.

Nunc de breuibus, & primo de - patach, quæ est uirgula recta sine ullo puncto, ut uides, & dicitur secundum antiquos פתח גדול patach gadol, idest magnum, ut iam supra diximus b: non quia sit punctum longum, seu uocalis magna; sed ad differentiam * segol, quam uocabant etiam antiqui patach paruum. Deriuatur à uerbo פתח patach, idest aperire; aperto namque ore, ut Fabritius loco nuper adducto scribit, profertur. Differt tamen - à - , licet utraque sit uocalis, quia una breuis est, & alia longa, licet aliquando - contra naturam punctorum minorum, siue breuium (quorum prolatio corripitur) producat, et dilatetur existēte post se scena quiescēte: ut וְכִתְּבָהּ לְחֶבְרֹן Zabcar

Patach.

b cap. 11

Segol patach paruum.

Discrimen inter &

Patach cōtra naturā suā produci tur.

K 3 ti, &

ti, **זכרני** *Zahcarnu*, idest recordatus sum, et recordati sumus: etiam si cum littera gutturali sceua sub se habente adiungatur, ut **שמחתי** *samachta* latatus es, **שמעני** *sciamahngnu*, idest audivimus: adhuc enim ut in locis illis; **ו** simili- bus patet, dilatatur. Differt etiam - א - quia distinguit nomen a verbo, nam in verbis, ut inferius videbimus, prima vocalis scribitur per **ו** secunda per - ut in verbo **פקד** *pakad*, idest visitavit. In nominibus vero habentibus in duabus syllabis vocalem A, illud A, per duplex vel per duplex - vel per - et scribitur, et non per - et - ut patet in dictione **דאור** *dauar*, idest verbum.

Aliud di-
scrimen
inter
& - , qd
distinguit,
modo pun-
tuatio-
nis, no-
men a
verbo.

Vnde se-
gol, &
quo mo-
do dica-
tur.

Bulla au-
rea a pri-
marijs
portati
solita
qd sit.

פתח קטון *patach Katon*, idest *patach* paruum, cuius forma constat ex tribus punctis in modum trianguli depictis, ut **ק**: **ו** deducitur a **סגולא** *segula*, vel a **סגולתא** *segulta* verbis chaldaicis, idest botrus. Vnde secundum Fabritium, **ו** alios post Eliam leuitam, *segol* nomen obtinuit, eo quod formam botri habeat. Sed melius est, ut dicamus, quod proprie deducitur a verbo hebraeo **סגל** *sagal*, unde **סגולה** *segulla*, pro re peculiari, eximie, **ו** peculiariter dilecta, **ו** subinde pro lapide pretioso, *bullae* enim aureae, quae a primarijs uiris super petus gestabatur tribus gemmis seu unionibus in modum

modum triquetri siue trianguli vel cordis distin-
cta, de qua alias Plinius^a, Asconius Pedia-
nus in tertia uerrina, et Alexander ab Alexan-
dro^b optime scripserunt. Sed **ו** haec nostra opi-
natio ex libro Paralip.^c satis comprobatur, ibi
ו super haec, quae obtuli in donum Dei mei de
peculio meo aurum, et argentum, idest proprium,
scilicet, bulla optima ex auro **ו** argento, quam
etiam obtuli, ita ut nihil mihi reseruarem, quan-
do etiam propriam bullam obtuli (ait David
Rex) ibi ergo peculium, bullam hanc dedu-
ctam ex dictione hebraea, significat: ea uero
tria puncta: **ו** segol referunt hanc regum, **ו**
principum bullam, non uero botrum.

Segol autem differt a **ו** tsere, licet utraque vo-
calis representet E, quia **ו** tsere est longa, **ו** segol
breuis, **ו** etiam circa sonum differunt, quonia
ו segol morosior est sono **ו** tsere, in quibusdam di-
ctionibus. Praeterea differunt in significationis
varietate, **ו** El namque cum **ו** tsere significat
Deum; cum **ו** segol significat articulum **ו** el,
datiu casus; ut **ו** el haisc, idest viro illi.

Accedat quoque sceua, cuius forma his duo-
bus punctis: rectis, uno supra aliud praesigna-
tur, in quo quidem differt a **ו** tsere. Dicitur,
ו sceua, a verbo **ו** sciana, quod est ad aqua-

^a lib. 33.
histor.
natur.
cap. 1.

^b lib. 2,
dierum
genera-
liu. c. 25

^c 1. Para-
lip. 29.3

Segol
differt a
tsere.

Aliud di-
scrimen
inter se-
gol, &
tsere.

El cum
signifi-
cat Deu
cu . . si-
gnificat
articulu
datiu
casus.

De sce-
ua deno-
minatio-
ne.

tum, uel aequatum fuisse. Constat siquidem, uocalis illis duobus punctis uno supra aliud aequaliter, & perpendiculariter positus. Vel etiam dicitur aequatum, uel aequale, quoniam nō plus faueat uocalibus longis, quam breuib; sed pariter utrisque praeponatur, uel postponatur. Et si alij à uerbo שׁב scub, idest reddere existimēt deduci, quia litterā quodammodo reddere facit, & ad praecedentem trahit, sicuti apud Arabes gisme, uti Isaacus aduertit^a. Alij à captiuitate quasi sit captiuus, cum dicatur עֶבֶר עֲבָרִים gheued ghabadim, idest seruus seruorum: & minister aliarum uocalium, cum nunquam per se inueniatur, sed cum alijs punctis. Verum prior deriuatio aptior, & proprior est. Praeterea Kamets chateph, quod superius diximus sola prolatione à differre, cum sit uocalis, breuis, nempe o, breue, suam deriuationē obtinebit ab his quae de Kamets superius diximus, & inferius etiam dicemus de punctis raptis.

^a lib. 1.
pag. 10.

De denomina-
tione kib-
buts.

^b 3. Reg.
20. 1. &
Prouer.
13. 11.

Ultimo loco decima uocalis קִבּוּץ Kibbuts accedit, quae ad formam scale sic depingitur, ׀ : & dicitur à uerbo קָבַץ Kabbats, idest congregare^b: congregantur namque labia huius puncti prolatione, ut in prolatione ׀ gallici; & ideo cōmuniter dicitur ab hebraeis קִבּוּץ קִבּוּץ Kibbust scepha-

scephat aim, idest congregatio labiorū. Appellatur etiā קָבַץ שֵׁשׁ scialosc necudoth, idest tria puncta. Et hinc uidetur effluxisse communis dictio hispana, Chiton, quae utuntur cum aliquem tacere, et minime labia mouere uolunt: & ita importat, clausurā labiorum: & pro, Ki, dicunt hispani, chi. Inter קִבּוּץ & ׀ sciurec discrimen est: quia ׀ sciurec est uocalis longa, קִבּוּץ est breuis. Praeterea nunquam potest poni in fine dictionis, nisi alia litera sequatur. Sed ׀ sciurec, ut uidebimus^a potest poni in quacunq; parte dictionis, uidelicet in principio, in medio, uel in fine: haec de punctorum significatione, forma, & deriuatione sint satis.

De punctis compositis. Cap. XIII.



Vincta composita tria esse superius ostendimus: primum est kamets chateph, idest kamets rapidum, differt à kamets simplici, & pu- ro: quia Kamets simplex sonat A, uocalem longam, sed sonat, o, breue, & est punctū rapidū, & tam uocalis cōposita est, quā et patach chateph, & chateph segol, et proprie poni posset sub gutturalibus loco sceua secundū Bona uenturā Bertram.^b Vnde cessant quae Isaacus hinc

Congregatio labiorum.

Verbū hispanū

Chiton

a kibbuts deriuatur.

Discrimen inter ׀ & ׀

vau scurek, &

kibbuts

׀ vau scurek est

longa,

kibbuts

est breuis

^a lib. 6. cap. 8.

׀ vau scurek potest

poni in

quacunq;

parte dictionis, kibbuts nō.

Discrimen inter ka-

mets simplex, &

chateph

kamets:

^b in sua aramea comparatione, pag. 17.

^o pag. 18 hinc inde hac in re excogitavit^a licet non soleat regulariter poni. Aduertendum tamen in aliquibus casibus purum, & simplex absque compositione poni; & nihilominus tunc non est vocalis longa, sed breuis, nempe, o, breue, & rapidum quod dicitur Kamets chatuph, ut ex usu lectionis colligitur, et Pagninus, Quinquarbo- reus atque Isaacus tradunt. Sunt tamen signa aliqua consideranda quae denotant simpliciter scri- ptum esse Kamets chatuph, et regulariter fore, ut uocalem, o, breuem legendum. Primum est, quando sceua: sequitur post nisi accentu in- terueniente infra illud quia tunc debet legi ut compositum, & sonabit, o, uerbi gratia חכמה hcohcma, idest sapientia, dicemus enim hcohc- ma, ut patet in Ecclesiastico^b & Neem.^c וְכֵרָה^c sed in dictione פָּחֶדוּ pachedu, quia accentus po- nitur infra Kamets dicemus pachedu, & non pockdu, idest uisitauerunt, ut in Thre.^d וְכֵרָה^d זָכֶרָה, idest recordata, et licet in lib. Ruth^e in il- la dictione אֶרְצָה^e, idest in terrā sit sceua post il- lud non erit, o, breue, cū eo in loco non sit natura- le sed accidentarium, ut puta, loco siue motio- nis parus, propter accentum distinguentem, ut tradit Quinquarbo- reus^f de Kamets chatuph. Verū enim uero licet hic canon iuxta hebraorū tradi-

Casus in quibus Kamets simplex legi pro Kamets rapidum ue chatuph kamets.

^b Eccl. 7. 12.

^c Neem. ult. 14. & 19.

^d Thre. 1. 7.

^e Ruth. 2. 10.

^f pag. 14

traditionem uerus sit, nihilominus (auctore do- ctissimo Alfonso Zamorese^a) huiusmodi post- uel ante sceua, ut simplex libere à latinis om- ni secluso errore legi ualet.

Secundo simplex legitur pro cōposito in fine dictionis quādo sequitur machaph, quae est uirgu- la cōnectēs duas dictiones, ut וְיִשְׁמְרוּ iscmor lo, idest custodiet eū, et וְכֹלֵרֵת colerets, idest omnis terra nō dicemus cal, sed col, ut in Ps.^b leges ibi וְכֹלֵרֵת col omni, idest omnes inimicos. In duo- bustamen locis scriptura col sine accentu praedi- cto, aut uirgula machaph legitur, ut simplex, nimirum Psal.^c ibi, omnia ossa mea. et Prou.^d ibi, omnes fratres pauperis. Vide tamen quae con- gerit thesaurus^e & quae nos dicemus^f. Quando uero machaph sequitur post * uel ה non legitur kamets chatuph, sed kamets tantum, ut patet in illa dictione Gen. 3 וְשָׂכַח לִי usciachali, idest & osculare me, & non legemus usciascoli, & in Samuele^b ibi meza-na וְיִמְצָא נָא, idest inueni- nunc, & uulgata affer mihi.

Tertio quando holem mutatum est in i, quā- uis tamen scribatur illud legi debet, ut compo- situm, & non ut simplex; ut patet in dictione קֹדֶשִׁים qua non legitur kada scim, sed koda scim, idest sancti, eius singulare est קֹדֶשׁ Kode sc, idest sanctus,

^a in suis institu- tionib. in prin.

kamets simplex legi pro Kamets chatuph quando sequitur machaph.

^b Psal. 3. 8.

Col in duobus locis scri- pturae le- gitur, ut simplex.

^c Ps. 34. 10. & 87. 7.

^d Prou. 19. 7.

^e colum. 1. 170.

^f lib. 6. cap. 7.

^g Genes. 22. 35.

^h 1. Sam. 20. 35.

Cholē muratū in v.

sanctus, vel sanctitas: at in plurali holem huius dictionis mutatur in Kamets, & ideo legi sicuti Kamets chateph.

kamets in finib. verborum precedente accente proferitur, ut:

Quarto in finibus verborum precedente accentu, simplex legitur, ut: Vnde dictio illa וַיִּקְרָא^a vaiakom, legi debet, deest & surrexit: id quod euenit etiam in futuris quiescentium secunda.

^a Gen. 4. 8. & Num. 22. 21. & 13.

Quinto quando unum sequitur post aliud, debet etiam secundum Fabritium germanum legi pro: ut in dictione בָּרָא baro, id est creauit^b. Sed eius opinatio usu & consuetudine hebraeorum facile refellitur; nam huiuscemodi kametsim semper proferuntur, ut duplex AA, et dicitur bara: veriustamen diceret simplex legi pro: quando sequitur daghesch post ipsum in littera seq. ut in Psalm. ^c ibi, כָּלוּ תְּפִילוֹת דָּוִד colu tephiloth dauid, id est finit & sunt, siue consumatae vel absolutae orationes David: ita etiam reperies apud Psalm. ^d Quibus sic visis.

Nullum discrimen inter kamets chateph, & chateph kamets, utrumque constituit o breue.

Notandum primo secundum Eliam leuitam, & alios, discrimen esse inter kamets chateph, et chateph kamets: nam primum dicunt esse, o, breuissimum, secundum uero, o, breue. Sed uerius est nullum inter utrumque dari discrimen in prolatione, sed in figura solum: idemque esse Kamets

mets chateph, & chateph Kamets, o, nempe breue, ut dictum est, ad stipulatur quoque Isaacus in sua grammatica^a.

^a lib. 1. Pag. 18.

Præterea notandum: & solū differre à patach - & segol in eo quod - & sunt uocales breues, et sonāt a, et e, breue, ut ostensum est. Poniuntur autē hæc tria puncta composita sub gutturalibus, ut docet Elias leuita^b, licet duo solum, scilicet - et: regulariter poni soleant. Kamets chateph inuenitur etiam sub gutturali, ut apud Esaiam in dictione יִתְּחַרְחֵוּ iethaorehu, id est designabit seu delineabit illud^c, & in Psalm. ^d ibi, וּקְרוּ לִבּוֹ ukrou libbò, id est, & ad prælium cor eius uulgata, & appropinquauit cor illius. Vide thes. in radice קָרַב. Et præter ista puncta bene possunt gutturales alia recipere, ut inferius uidebimus. Puncta uero raptas siue composita propter ipsas gutturales præcipue adinuenta sunt. Nam cum sub se sceua, ut plurimum minime patientur, nec etiam in medio dictionis, opus fuit ut sceua componeretur cum his uocalibus, ut easdem gutturales (quæ minus uocis habent, quam alie consonantes) moueret: non quidem uirtute sua (quamuis præcipuas partes in compositione huiusmodi obtineat) sed uirtute eius motionis seu uocalis, à qua componitur. Ac pro

Discrimen inter: & segol, & feghol chateph

Puncta composita sub gutturalibus.

^b Car. 10

^c Esa. 44. 13.

^d Pl. 54. 22.

^e colum. 2538. et 2533.

Puncta composita propter gutturales præcipue inuenta.

inde

inde sceua proferrī solet sono vocalis, cui in compositione adiungitur: ut ^a חַלְהֵם halehē, idest super eos ubi sceua nō legitur ut sceua, sed legitur ut patach cui adiungitur. Similiter eodem loco apud Mich. ^b ibi, חֶכֶךְ hechekech, idest apprehendit te, ubi chateph non legitur per sceua, sed per segol cui adiungitur.

Solet tamen quari, cur gutturales non admittant sceua simplex, & ab ipsomet composito moueantur, nimirū quando componitur cum patach et segol. Cui interrogationi fiet satis si dicamus gutturales ex gutture, et ex intimis pulmonibus iuxta ipsarum naturā proferrī: quā prolationem efficere nequit sceua; quia est uox ebes, obtusa, & tam exilis, ut vix, vel nunquam audiatur, unde excogitanda fuerunt, vocales, quæ id efficerent. Atque eo modo punctum sceua produceretur, & gutturalis dilataretur: quod optime fit cum patach et segol, & non cum tsere, aut chirec, cum in istis diuersa ratio sit.

Notandum rursus, quod licet punctum compositum -: propter gutturales præcipuè inuentū fuerit, nihilominus tamen in aliquibus casibus -: secundū ea quæ tradit Quinquarborus^c inuenitur sub alijs litteris, quæ gutturales nō sunt.

Primo quando in eadem dictione est littera dupli-

Rō quare gutturales nō admittunt sceua simplex, sed compositum.

^c pag. 13

duplicata; quoniam tunc prima littera habenti sceua additur patach, ut sit chateph patach -: ut in dictione חַלְהֵם vegalalu, idest deuoluerēt ubi prima littera duplicata, quæ est ל lamed habenti sceua additur patach, & fit hoc modo -: Et idem fit in dictione חַלְהֵם tsilale, idest umbra. Quod etiam fiet quando accentus rethoricus qui dicitur חַלְהֵם ghanghia, ^b est sub littera ה he, habente sub se - & post se cum sceua, quoniam tunc in plurali adiungi debet puncto - patach sceua, ut patet in dictione חַמְדָּבְרִים hamadaberim, idest loquentes, & חַמְדָּבְרִים hamadaberim, idest sepelientes. In singulari vero numero minime additur sceua punctus - licet post he cum - subscriptum sequatur mem cum sceua, ut חַמְדָּבְרִים hamedaber, idest loquens, et חַמְדָּבְרִים hamadaber, idest enuncians.

Secundo patach - additur sceua, quando וּוֹוֹ sciurek apponitur dictioni habenti in initio sceua mobile subsequente alia syllaba, seu voce: ut in dictione חַחֵבֵהוּ zehau si additur וּוֹוֹ sciurek dicemus חַחֵבֵהוּ zehau haarets, idest et aurum terra. Quod tamen minime sibi locū uindicabit, ubi prædictū sceua fuerit, sub aliqua ex litteris כַּבֵּר ut colliges ex dictione חַבֵּרֵבֵרֵב uduar idest et uerbū וְכַרֻּבֵב chrub, idest & cherubim.

Tertio

Patach chateph ponit in dictionibus habentibus litteras duplicatas.

^a Genes. 19.3.

Idēquādo accētus ghāghia ponit sub ה sequēte littera ח cum: Idēquādo ghāghia accētus rethoricus adest sub littera ה.

^b de quo infra c. 23.

Secūdo ponitur quando וּוֹוֹ addit i principio dictionis habētis mobile subsequente alia syllaba.

Tertio i
deriua-
tis à ver-
bis be-
rehc, &
ahcal.

Tertio chateph patach reperitur in deriua-
tis à verbo בִּרְחַב brehc, idest benedicere posito ac-
centu sub littera ר, & in deriuatis à verbo אֲכַל
ahcal, idest comedere, & ita dicimus וְאֲכַלְתֶּם

Ezech.
4. 12.

vaauaraha, idest & benedixi, & וְהִתְבָּרַכְוּ ve-
iethbarahu, & benedicentur, & תֹּאכְלֶנָּה tocha

Iob 35
25.

lenna^a, idest comedent. Quibus accedit, quod
etiam -: reperitur aliquando sub alijs litteris, ut

Cant.
12.

apud Iob^b leges ibi, רֹטַפִּישׁ rutaphasc, idest succu-
lentus fuit. Adiunge qua in Masoreth tradun-
tur, & ab Elia^c in suis canticis scribuntur; ex

Post cha-
teph pa-
tach nō
ponitur
daghesc
nec a--
liud -:
nec an-
te ipsam
venit.

quibus colliges in aliquibus verbis à superiore
regula recedi.

cap. 15

Notandum quoque quod post -: nec punctū,
quod dicitur daghesc, de quo inferius^d dicemus,
nec aliud chateph poni potest; nec sceua simplex

chateph
segol vt
pluri--
mumpo-
nit sub

venit ante -: Nec post ipsum, quia tunc daren-
tur duo sceuaim, qua simul legerētur, quod gra-
ue est absurdum.

prima li-
tera ver-
borum
quiescē-
tium a-
leph.

Præterea chateph segol .: .: ut plurimum po-
nitur sub prima littera uerborum quiescentium

lib. 4.
cap. 2.

aleph: hoc est uerborum, in quibus & prima litte-
ra uerbi quiescit; ut in infinitiuo, & cum litteris

cap. 4.

nuncupatis *Bihclam*, quarum superius satis
meminimus^f, & in imperatiuo singulari, ut

אֲסֹפֶה esotph collige, אֲסֹפֶה beesotph in colligendo
ut vi-

ut videbis in seqq.^a, et in litteris accidentalibus^a lib. 4.
futuri habētibus. .: .: prima littera uerbi cum. .: .:
cap. 2.

subscribitur, ut patet in futuro illo אֲסֹפֶה eesoph,
idest cōgregabo, ut suo loco apertius ostē demus^b

Vbi tamen littera accidentalis huiusmodi ha-
buerit pathach-primā littera uerbi habebit cha-
teph pathach, ut in cōiungationibus videbimus.

Ultimo notandū, qđ nomina propria incipiē-
tia ab אֱלִי et אֱלֹהִי eli et elo, ut אֱלִיעֶזֶר Eliezer וְאֵלִישָׁע
Elisciahng, idest Eliseus, & similia, & incipien-
tia ab אֱלִי ut אֱלֹהִי eloha, idest Deus, habent pun-
ctum compositum .: .: ut vides. Attamen
in nomine Elijahu habente tserē nō admittitur
sceua, ut אֱמַר אֱלִיהוּ amar elijahu, idest dixit
Elias. Nomina uero propria ab aui, & achi inci-
piētia, ut Abimelehc, Abisciai, Achinoā cū -:
subscribi debent, ut אֲבִימֶלֶח Auimelehc. Habes
ergo quando et quibus in locis puncta composita
collocanda sint.

b infra li-
bro 4. c.
2. & lib.
3. c. 9.

Que no-
mina p-
pria ha-
beāt pu-
ctum cō-
positum
chateph
segol.

Depuncto sceua. Cap. XIII.



si plures sceua simplex à uocalium
numero merito excludant, tamen
quādo ponitur in principio dictionis,
& alijs in locis, in quibus profertur,
mouet dictionem, et syllabam per se constituit
(quod tamen est proprium aliarum uocalium)

Sceua in
ter voca-
les adnu-
merari
debet,
quando
mouet.

L ac

ac proinde tunc temporis: ut E, breue haberi reputarique potest, ut patet in verbo דֵּנָר denar.

Quando vero ponitur in medio dictionis, denotat litteram cui subscribitur colligendam esse à littera eam præcedente: ob idque non constituit per se syllabam cum in medio ponitur. Hinc

^aCant. 6
Sceua ñ
adificat
sibi do-
mum.

est quod Elias leuita dixit^a sceua nunquam adificare sibi domum, hoc est non esse vocalē, ut potest quæ in carmine per se possit constituere pedē, nisi cum vocali societur uti in lib. de poesi hebræorū videbimus. At cum plerunque sceua quiescat; (ut diximus) trahit quidē litteram sub qua ponitur ad præcedentē syllabam, ut בגדו bigdo, idest vestis eius עִפְקוֹד ephkod, idest visitabo, מִרְיָם Miriā, idest Maria. Ex quibus causis antiqui grammatici sceua noluerunt vocalē constituere, cum propriū uocalis sit semper mouere. Et propterea uideamus nullam monosyllabam dictionē cum solo sceua reperiri, alia namque uocales ad hoc sunt necessaria, et etiā in carminū compositione (ut Elias dixit) syllabam nequit per se solū constituere; et si aliquando munus uocalis sceua subeat, non ideo uocalis dicetur. Sicuti cum pincerna æconomi officium aliquando sumit, non ideo æconomus fit. Et tandē si sceua uocalis foret, nunquam eius platio ad prolationē aliarum litterarum declinaret,

ut vi-

ut uideamus in guttur alibus et alijs in casibus à Pagnino relatis^a et nos inferius scribemus. Sūt tamē plures casus, in quibus sceua est in medio dictionis profertur, ut uocalis E, ita ut sit breuissimū E,

Primo, quando est sub littera notata puncto daghesch, ut יְחֵכֶם itechem, idest, nobiscum. לְמַדּוּ limedu, idest docuerunt, et non limdu, וְפִקְדוּ pikedu dicemus, idest uisitauerunt, et non pikdu.

Secundo, quando duo sceuaim simul concurrunt in medio dictionis, primū quiescit, secundū profertur, ut יִפְקְדוּ iphkedu, idest uisitabunt. Et tunc si littera, sub qua secundū sceua fuerit, sit ex litteris, quas dicimus beghab chephath, debet notari puncto daghesch, ut יִחְכְּבוּ ihcteuu, idest scribent, וְיִשְׁכְּרוּ ishckeru, idest inebriabunt.

Tertio profertur sceua, cum est sub littera gemminata (appello gemminatam quando sunt dua similes) ut duo כִּכּ aut לל et similes alia, ut patet in dictione הָרֵרֵי harere, idest montes, הָלְלוּ halelu, idest laudate, et non hallu quod uerum est etiam si uocalis longa in huiusmodi duplicata dictione minime præcedat, quidquid alij opinentur. At quando sceua sub prima littera gemminata, profertur, utraque illarum litterarum in prolatione sonat. Si tamen secunda littera gemminata habeat sceua, il-

^aLib. 1. i
lit. c. 6.

Sceua
sub litte
radaghe
sciata p
fertur.

Quando
duo sce-
uaim si-
mul con-
currunt.

Tertio
quando
littera ē
sub litte
ra dupli-
cata.
Quid sit
ita dupli-
cata.

in abscondito cor meū. *Vulgata* habet, et letatum est in abscondito cor meū. et recte quidē, quia qui letatur in rebus prosperis & secundis (illud enim significat Solis splendor, et Luna claritas) ipse profecto maxime seducitur. Ob id vulgatus aperuit nobis elegantissime, qua in re ista cordis seductio existeret. Vide similem lectionem apud

* cap. 16
11. &
Num. c.
21. 1.

Geneseos et Numerorum libros^a. Non desunt tamen qui existiment ex duobus sceuaim in fine dictionis ultimum legi, praesertim si subscribatur littera habenti daghesc. Nec etiam desunt eruditi grammatici, qui sceua in fine dictionis omnino legi putent etiā si littera ultima careat puncto daghesc, de qua re Pagninus, Quinquarboreus & alij varia senserunt. Ego vero, re maturius considerata, non possum non sequi sententiam eorū qui asserunt ex duobus sceuaim sceua in fine semper legendum, ex eo quod ex huiusmodi lectione vitatur illa maxima difficultas prolationis, quae insurgit si illud ultimum sceua nō profertur; si enim profertur, datur nō parua prolationis venustas. Item admissa hac lectione & prolatione solum contrauenitur uni regulae, qua statutū est ne sceua in fine dictionis legatur; si vero nō admittitur, cōtrauenitur duabus regulis, nā regula est ut ex duobus sceuaim secundus

tundus quiescēte primo legatur, & altera, quod sceua in littera daghesciata legatur. Et si aliquādo littera finalis sceua subscripta sine daghescre periat, hoc eueniet quādo nō est ex classe begad chephath, et propterea tunc nō ponitur daghesc: esset enim daghesc forte, quod aliquid aliud denotaret. Accedit in fauorē huius prolationis frequentissimus hebraeorum usus, qui semper ex duobus ultimū proferunt. Vnde necessario dicendum quod sicuti duo sceuaim in principio dictionis nunquam admittuntur, quia de necessitate ambo legerētur: ita duo sceuaim in fine non possunt ambo non legi. Ac proinde ut hac absurda vitentur, secundus semper legitur.

^a Genes.
29. 11.

^b Prou.
7. 25.

^c Prou.
22. 21.

In fine dictionis omnis littera (exceptis quiescentibus) si nullum habet punctum, censetur habere sceua: licet in ea nō inueniatur expressum. In aliquibus tamen expressum reperitur, ut apud Genes.^a ibi, פוּי idest potum dedit, & in Prou.^b ibi, וּפּוּי idest declinet, & Prou.^c ibi, וּפּוּי idest rectitudinem seu veritatem. Et sub 7 ultimū, et sub alijs litteris begad chephath. Quod fit ut littera in fine posita ad precedentem reddat. Apud Syros omnis littera in quacunque parte sit dictionis, quae caret puncto, cum sceua: subintellecto profertur, ut videbimus in elemen-

Omnis littera in fine dictionis, exceptis quiescentibus censetur habere sceua si nullum habet punctum.

Omnis littera apud Syros caret puncto cum profertur.

Duplex sceua, ap-
parés sci-
licet &
occultū

Sceua
sub gut-
turalib.
ponit in
tribus ca-
sibus.

Sceua
sub gut-
turalib.
accentu
præcedē-
te.

• Prou.
24. 12.

• Genes.
19. 13.

Secūdo
quando
chiric p-
cedit gut-
turalem

• Genes.
18. 18.

• Tobie
cap. 34.

Tertio i
verbo si-
gnifican-
te absco-
sionē vel
spem.

tario Syriaco. Vnde iam collige apud hebræos
duplex reperiri sceua in fine apparens, quod ali-
quando exprimitur, & subintellectum, vel oc-
cultum, ut in פקד pakad subintelligitur, et sit ap-
parens cum quid additur dictioni, ut פקדתי pa-
kadta, idest visitasti. Vnde fit ut omnis littera
begad chephad daghesciata in fine dictionis posi-
ta semper sit cum sceua, licet tunc non debeat le-
gi per superius adnotata.

Vltimus notandum, quod licet verum sit gut-
turales abhorrere sceua: tamen sceua simplex
sub gutturalibus inuenitur in casibus sequentibus.

Primo quando litteram gutturalem præce-
dit accentus grammaticus, ut in Prouer. ^a ibi;

לֹא יָדַעְנוּ לֵאמֹר לֹא יָדַעְנוּ לֵאמֹר לֹא יָדַעְנוּ לֵאמֹר לֹא יָדַעְנוּ
lo iadahngnu Ze, idest non nouimus
huc. et etiã in dictione שְׂלַחְנוּ scialachnu, idest mis-
simus, et in dictione אֲנַחְנוּ ^b anachnu, idest nos.

Secundo quando chiric sub littera seruili præ-
cedit gutturalem, ut in Gen. ^c ibi, יְהִי ihie, id-
est erit, תִּחְיֶה tichie, idest viues. De qua re pecu-
liari, scribimus lib. 1. Tobie ^d.

Tertio sceua sub gutturalibus ponitur, ut in
Masoreth habetur auctore Elia, in omni verbo
significante absconsionē, et spem, ut יֵאָבֵד iahn-
glumu, idest calabūt, et אֲחִסֶּה achse, idest sperabo.

Quarto quando post gutturalem sequitur,
aliqua

aliqua ex predictis litteris כּבֵּד בֵּגַד begad che-
phath cum daghesc, ut in Esai. ^a יַחְבֹּט iach-
bot, idest, excutiet, & in Exod. ^b in dictione
נִהְדָר nehdar, idest magnificus; vel quando se-
quitur littera capax solus daghesc fortis, licet
non affecta, vel annotata eodem daghesc, ut
רַחֲמֵי רַחֲמֵי רַחֲמֵי rahngiathi ^c, idest socia mea, vel amica
mea, ubi ^d iod, est littera capax daghesc for-
tis, ut videbimus ^d et in hoc exemplo statim sub-
sequitur ^e iod, post ^f gutturalem. Quæ sententia
& si alijs placuerit, mihi tamen non accidet,
quia sic sceua semper sub gutturalibus esse pos-
set, cū oēs litteræ præter gutturales, capaces sint
daghesc fortis. Huiusmodi punctū sceua pro pun-
cto raptō substituitur, utpote chateph segol, vel
chateph patach: nã littera præcedēs perinde notat
ipsam gutturalem ac si ipsa punctū raptū haberet.

Vltimo aduertendū sceua reperiri aliquãdo
sub gutturalibus in nominibus pprijs, et aliquã-
do chateph patach, et si hac in re inuariabilis re-
gula præscribi nequeat, si Elia superius citato
credimus: ut patet exemplum נַחֲמָן nahngman,
Naman. אַהֲרֹן Aharon, & similia. Aduer-
tendum tamen est, sceua istud his in casibus re-
latis sub gutturalibus repertum, non ideo profe-
rendum esse, ut ex ipsis exemplis colliges.

Notan-

Quarto
qn post
guttu-
ralem se-
quit be-
gad che-
phath.

^a Esai. 27
12.

^b Exod.
15. 11.

^c Cat. 1.
9.

^d cap. 15.

Sceua
sub gut-
turali ali-
quando
pro pun-
cto rap-
to substi-
tuitur.

Sceua
liquãdo
in nomi-
nibus pp-
rijs re-
peritur.

Sceua se-
quente
guttura
le profer-
turiuxta
punctū
guttura-
lis.

Pf. 119.
175.

pag. 11

Notandum praterea quod quando post sce-
ua sequitur littera gutturalis, etiam si non sit in
initio dictionis, motus, & pronuntiatio eius litte-
ra sub qua est sceua, debet fieri secundum pun-
ctum gutturalis litterae, & si non adsit accentus
qui dicitur ghangia: ut patet in dictione מלאכי
malachim, idest angeli. Similiter dicemus תחי
tichi, et non techi, hoc est uiuet anima mea^a, &
idem in dictione חכי nam dicemus chihci, & non
checki, idest accipe, & eodem modo חכח cu di-
cemus, & non chehcu accipite, יחי dicemus ibi,
erit, & non iehi. Et hinc videmus interpretes
sacros scripsisse Ruben pro ראובן Reuben, & Iu-
da pro יהודה Iebuda: considerarunt enim sceua
ante gutturales, ad modū uocalis ipsi gutturali
adiunctae proferri debere. Nec ideo approbāda est
sententia cuiusdam dicentis, sceua ante guttura-
les esse mobile, non enim tunc proprie ex se moue-
tur, sed motioni alterius adhaeret, & seruit, &
late & bene tradit Isaacus^b. Si tamen guttu-
ralis, quae sequitur post sceua sit annotata, et sub-
scripta kamets, tunc sceua profertur ut - pathac
& non ut Kamets: verbi gratia גחגה ghangha-
ra dicemus, idest increpatio, & non ghenghara
גחרי dicemus nangharim, & non neharim, id-
est pueri, & id genus alia. In initio autem di-
ctionis

ctionis sceua sub gutturalibus nusquā reperitur.

Rursus notandum sceua positum in prin-
cipio dictionis habens post se chiric, siue cum
iod siue sine illo, adistente accentu gahngia,
vel non: siue sequatur gutturalis, siue non se-
quatur, legi & pronuntiari debere taliter ut
eius lectio, & pronuntiatio semper declinet ad
chiric. Ut in dictione ביום idest in die. dice-
mus namque ביום, & non beiom יחל יחלcel,
idest expectabit, & non dicemus iehahcel. Simi-
liter dicemus ביד ביד, & nō beiad, idest in ma-
nu. Si uero sceua, iungatur segol, vel - patach
in principio dictionis: tunc prolatio ipsius sceua
declinabit ad segol vel ad patach, ut יחל יחל dice-
mus heie, idest esto et יחל יחל hcaie, idest uiue. Non
desunt, qui sceua legendum putant ut - quando
post ipsum sequitur aliud quodcunque punctum
ut in dictione ברכה barahca, idest benedictio:
sed nihilominus secundum Pagninum in suis in-
stitutionibus^a cum sceua est in principio, & post
ipsum sequuntur puncta praedicta segol, vel pa-
tach legi, & proferri debet, ut segol, hoc est ut e-
breuissimū, vel sicut patach - uti dictū est. He-
brai tamen nō seruant ijs temporibus illos modos
legendi sceua sub gutturali vel ante: atque ideo
eam prolationem obsoletam iam testatur Bo-
nauer-

Prolatio
sceua de-
clinat ad
chirik
quando
post ip-
sum se-
quitur chi-
rik.

Prolatio
sceua de-
clinat ad
segol vel
patach
si iungi-
tur il-
lis in prin-
cipio di-
ctionis.

^a cap. 6.
in fine.

Sceua p-
fert, ut
e breuis-
simum,
cū pun-
cta
illi ad-
iungant

*nauentura Bertramus in sua aramea compa-
ratione^a. Quando autem littera, cui subscribi-
tur sceua habet accentum dictionis, tunc sceua
legitur pro vocali, A, ut אִשְׂרָיִל^b idest beatus: di-
cemus enim asciare, & non ascre. Nec mirum
est quod sceua tam diuerse pro diuersis punctis
substituatur cum mercurialis & versatilis natu-
ra sit, imò & seruilis.*

*Postremo aduertendum in initio dictionis nun-
quam duo sceuaim concurrere posse: ac proinde
si utraque littera in initio dictionis posita sub-
scribenda esset, duplici e, tunc temporis una per
sceua, & altera per segol, vel tsere subscribere-
tur. Et ob eandem rationem solet etiã mutari pri-
mum sceua in chiric, quiescente secundo sceua, ut
לְמַלְכִים, pro לְמַלְכִים idest regibus. Similiter si se-
cundum sceua subscribi debeat sub iod tunc tem-
poris mutatur utrumq; sceua in chiric quiescen-
te iod; ut pro יְהוּדָה dicemus יְהוּדָה idest & Iu-
da. & pro וְיַגְלֵה וְיַגְלֵה scribamus וְיַגְלֵה idest &
reuelabitur, & וְיַגְלֵה וְיַגְלֵה, & erit, pro וְיַגְלֵה וְיַגְלֵה
Hac igitur de sceua ad legitimam quippe lectio-
nem, prolationemq; non parum necessaria, &
utilia; latius prenotare volumus. Reliqua de
mutabilitate ipsius alibi proprior tractandi lo-
cus sese offeret.*

De

De daghesch & Raphe. Cap. XV

Rater puncta, de quibus superius di-

*ximus, adhuc hebraei habent unū
quod vulgo דַּגְהֶשֶׁךְ daghesch nuncu-
pāt, cuius Etymologia apud ipsos
adhuc est incerta. Dicitur tamen quasi den-
sans constringens, aut pramens litteram. Et
ideo Isaacus^a putauit dici daghesch, à דַּגְהֶשֶׁךְ ut
מִשְׁכָּה דַּגְהֶשֶׁךְ idest mensura, comprehensa & agi-
tata, iuxta ea quae R. Sal.^b tradit. Vnde su-
mi solet gadusc, pro adimpletione mensurae su-
pra os suum, ita ut redundet, quales erant om-
nes sanctuarij mēsuræ; vide thes.^c verbo דַּגְהֶשֶׁךְ et
Syrochaldaicum verbo דַּגְהֶשֶׁךְ. unde mēsurā triti-
ci, quae ab hebraeis dicitur דַּגְהֶשֶׁךְ gadusc, apud ipsā
hispaniā baticā vulgari sermone dicitur Cadix,
mutato, g, in c, litterā, inter quas non est parua
affinitas. Licet ergo daghesch vocalis minime
sit, et supra litterā consonantem, vel sub ipsa mi-
nime ponatur: sed tantum in ventre, siue in me-
dio litterae: tamen ipsam fortificat, acriorem,
atque redundantem eius litterae prolationē red-
dit, ac si esset geminata & agitata, ut מִמְנֵנוּ
i. à nobis in ablatiua, דַּגְהֶשֶׁךְ scibber, idest
confregit, quod videtur quaedam litterae et pro-
lationis*

^a cap. 3.
pag. 16.

Sceua ap-
positum
litterae in
qua repe-
ritur ac-
centus,
legitur
vta,

^b Ps. 1. 1

Sceua ē
naturae
versati-
lis.

Duo sce-
uaim in
initio
concur-
runt.

Quid da-
ghesch.

Etymo-
logia.

^a pag. 12

^b Eccl. 8.

^c colum.

372.

^d pag. 31
col. 3.

lacionis multiplicatio, & augmentatio.

daghesch vnde de riuatur. Existimauerim tamen dici posse ^{דגה} daghesch Genef. 48.16. deriuari à verbo ^{דגה} dagah, hoc est multipli-
cari et augeri, ut in Gen. ^א legimus ibi ^{דגה} ue-
idgu, hoc est, & instar piscium sint in multitudine
nem in medio terra, & iuxta vulgatã, & cre-
scant in multitudinem super terram. Quibus
verbis vulgatus piscium multiplicationem,
comprehendit. Scio aliquos docuisse, da-
ghesch antiquitus ragesc proferri solitum ob
affinitatem litterarum ^{דגה} & ^{דגה} & ideo deriuari
à verbo ^{דגה} ragesc quod est congregare & tu-
multum facere. Quæ sententia omnino placeret si
antiquã illam prolationem aliunde nobis osten-
dissent. Duplex daghesch cõmuniter cõstituitur.
sed põt triplex poni. Nẽpe daghesch forte, daghe-
sch lene, & daghesch decoris, quam partitionem
maioris elucidationis gratia admittere poteris.

DE DAGHESCH FORTI.

daghesch forte vnde deriuatur. **D**aghesch forte dicitur ^{דגה} daghesch cha-
zak, id est forte, à verbo ^{דגה} chcazak id est
roborare. Vnde ^{דגה} fortitudo, seu corroboratio.
nomen adiectiuũ, quod tribuitur tam rei, quam
personæ. Corroborat autẽ adeo daghesch istud,
ex natura sua litteras: ut gemminat & videan-
tur,

tur, ut iam annotauimus. Ponitur vero in me-
dio tantum dictionum, in omnibus litteris, et ali-
quando etiã in litteris beg ad chephath, exceptis
litteris gutturalibus, & ^{דגה} resc: cuius ratio est,
quia cum gutturales ex gutture & ex intimis
præcordijs, iuxta suam peculiarem naturam sa-
tis complete proferantur: nulla alia quacunq;
fortificatione aut multiplicatione opus habent.
Nec quicquã iuuat, sonum gutturalium uoca-
libus similem considerare (ut aliqui considerant)
ad hoc ut ipsæ, daghesch abhorre dicantur, cum
gutturales reuera consonantes sint, ob idq; sonus
ipsarum uocalibus similis, eas uocalium naturã
assumere minime cogit. Vnde fortificatione mul-
plicationeq; minime egentes, facile daghesch à
suis liminibus excludunt.

Reperuntur tamen aliqui casus secundum Casus i quib. da ghesc forte re- peritur in guttu- ralibus cõtra ip- sarũ na- turam.
Masoritas Isaacum ^a & Bonauenturam Ber-
trammum ^b & alios non paucos, in quibus daghe-
sch forte reperitur in litteris ^{דגה} aleph, & ^{דגה} resc
contra propriam ipsarum naturam, licet non-
nulli scripserint gutturales nunquam daghesch
admittere. Cuius tamen oppositum uidebis a-
pud Leuiticũ ^c, ubi littera ^{דגה} Aleph, quæ præci-
pua littera gutturalis est, cum daghesch re-
peritur ibi, ^{דגה} tannu lechem, id est,
affere-
a Pag. 8. b Pag. 14 Sanctes p. 8. & 9 c Leuit. 23. 17.

daghesch forte in medio ponitur & in lit- teris hic exprel- lis.

Guttura- les da- ghesc ab horrent ob pecu- liarẽ ip- sarũ na- turam. Ratio cur gut- turales daghesch abhor- rent.

afferetis panem; *vulgata* habet, feretis manipulos spicarum, ex illis nam que panis conficitur, unde non est multum ut spica pro pane in scriptura usurpetur. Idē apud Gen.^a ibi, וְבִיאוּ לָנוּ

^a Genes. 43. 25.

וַיֵּאיוּ לָנוּ, et attulerunt nobis; *vulgata*, obtulerūt q₃ nobis. Idē et apud Ezr.^a ibi, וְבִיאוּ לָנוּ

^b 1. Ezr. 8. 18. vi de etiā

וַיֵּאיוּ לָנוּ, idest & attulerunt nobis. *vulgata*: et adduxerūt nobis. Sed nō uideo Aleph his in

Iob 33. 21.

exēplis ita scriptū nec quomāmodo proferrī possit aut fortificari, aut aliquid denotare, qđ proprie daghesh operatur: & si grāmatici cōmuniter

Resc cū daghesh

referāt Aleph daghesciatū, eo quod forsā in antiquis biblijs ita esset. Idē reperitur in litera ר resc

^c 1. Reg. 1. 6. 10. & 24.

ut apud libros Reg.^c et in Prou.^d et in Cāt.^e ibi, וְשֵׁרֶשֶׁתִּי

^d 4. Reg. 6. 32.

שֵׁרֶשֶׁתִּי scerrosci, idest caput meū. Etiā reperitur ר Resc cū daghesh in monosyllaba dictione

^e Proue. 14. 10.

precedente lōga dictione, ut in Ps.^f ibi וְהִבַּחְתָּ אֶת־רַנְּחִי אֶת־רַנְּחִי, idest dilexisti malū. Accedat locus Hier.^g ibi וְהִבַּחְתָּ אֶת־רַנְּחִי

^f Cant. 5. 2.

meum ab rangh, idest ne facias ei quicquā mali. *Vulgata*, nihilq₃ ei malifacias, loquitur de Hieremia. & idē apud Aba

^g Psalm. 52. 5.

cū leges^h ibi, וְהִבַּחְתָּ אֶת־רַנְּחִי machasta Rosc, idest trāsfixisti caput. *vulgata*, percussisti caput de domo

^h Hier. 39. 12.

impj, qui etenim transfigit, percutit, cum trāsfixio sine percussione minime fiat. Sed est aduertē

ⁱ Abac. 3. 13.

dū, quod in his locis i quibus ר in medio reperitur cū daghesh proferrī debet cum R, duplicato, licet

Resc in medio qualiter pferendū.

alias

alias in medio per simplex r, proferatur, ut *superius* admonuimus hoc eodem libro^a: ubi autem ה (qualiter a gutturalis est) videris cum puncto in ventre ה vel in fine ה non existimes esse daghesh: sed mappik, de quo *inferius* b.

^a Cap. 3.

daghesh forte ppter varia muner adinuēū.

Notandum ulterius, daghesh forte propter varia munera adinuentum fuisse.

^b cap. 19

Primo ad supplendam litteram deficientem, tam in verbis aliquibus, quam in nominibus, & quibusdam prepositionibus, ut suis proprijs locis dicemus. Et patet in verbo הִגִּיד higgid, idest nunciavit, ubi daghesh in ghimel positum, ostendit litterā deficere, scilicet נ nun, pro הִנְגִיד hinghid. Et patet etiam in nomine מַצָּה maZZa, idest lis. pro מַנְצָה mantzah, & in prepositione מִבֵּית mibbeth, idest ex domo pro מִן־בֵּית min beth ubi deficit nun.

Primo ad suppleđum defectū litteræ deficientis tam in noib. quam in verbis.

ponitur ad suppleđum defectū litteræ duplicatae.

Secundo etiam adinuentum est ad supplendum defectum littera duplicata, de quo Elias in suis elementis^c, & tunc ponitur in tertia littera thematis, siue in secunda duplicata: quia daghesh representat, atque significat id quod ante, & non id quod post se sequitur. Et ad supplendum defectum ה tau, ut in quarta coniugatione, quando ה tau, & ו theth conueniunt.

^c Elem. 11. oratio 2.

daghesh quid ante se & non qđ post se significat, seu representat.

M Ter-

Tertio apponitur ut ostendatur gravitas, & vehementia coniugationis: ut in coniugatione secunda & quarta videbimus. Et etiam apponitur ad mutandā dictionis significationē, ut in dictione אָמַח amah, quasi in littera מ mē habet daghesc significat cubitum; si non habeat significat ancillam, et idem in dictione יָמִים iamim, si ne daghesc est dies: cum daghesc est maria in plurali.

*Quarto apponitur daghesc post ה notifi-
cativum, seu demonstrativum, de quo inferius dicemus ^a. Idem quando ה est vocativum, quia tunc etiam ponitur daghesc post illum, ut*

patet in dictione הָדָדֹר haddor, idest o atas: nisi sequatur gutturalis, ut in dictione הָאִישׁ haish,

idest, ille vir. Et etiam post וָוָוָוָו, idest, quando conuertit prateritum in futurum, & futurum in prateritum; ponitur daghesc; ut

וַיֹּאמֶר וַיֹּאמֶרֶר, idest, & dixit וַיֹּאמֶרֶר, idest, & dixit, fœmina. Idē post וְשֵׁין relatiuum. Adde, idem etiam accidere ubi ה he,

demonstrativum abiicitur. (quod sanē accidit, ubi dictioni additur una, ex his consonantibus כָּלָל ut statim dicemus ^b sub quibus ponitur punctus, qui alias erat sub illo ה) Nam

tunc temporis daghesch forte apponendum est, ut osten-

daghesc forte ponitur ad ostendendam coniugationis vehementiam, & ad mutandum significationem.

daghesc post he notivum, & vocativum.

^a Lib. 6. cap. 8.

Post veriuū ponitur daghesc

Post scē relatiuū ponitur daghesc


daghesc ponitur post he demonstratiuā abiectū.

^b lib. 6. cap. 9.

ut ostendat ה deficere: ut patet in Psalm. ^a ibi: כַּשְׁמֶנְהַטוֹב cascemenhattou, idest, unguentum optimum pro כְּהֵשֶׁבֶן vulgata unguentum optimum; unguentum in capite appellat quod idem est, cum unguentum in caput summi sacerdotis, de quo ibi agit, non effundebatur, nisi praeciosissimum & summē odoriferum, ideo non qualecunque unguentum fuisse ait, sed illud bonum, cum demonstratione. Vides quomodo illud ה abiicitur propter litteram כ & punctum patach, quo, he, erat subscriptum, ponitur sub caph & sequens littera, ו daghesciatur.

Quinto ponitur etiam daghesc forte aliquando loco alicuius litteræ eheui, ut in Reg. ^b ibi: בְּבֵיתוֹ בְּבֵיתוֹ idest, in cibum domui suæ ubi pro aleph ex quiescentibus ponitur daghesc in littera caph ut dicat בְּאֶכְלֶת maacholeth. Ponitur etiam daghesc, quando punctum fit breue, cum sit longum, ut inferius scribemus ^c. &

præsente daghesc; quæuis vocalis longa transit in suam breuem, & cholem in chibul.



M 2 De

^a Psalm. 132.2.

daghesc forte ponitur loco litterarū eheui.

daghesc ponitur loco Ali cuius litteræ eheui.

^b 3. Reg. 5. 11.

daghesc ponitur quando punctum breue fit longum.

^c lib. 3.

daghesc præsente, punctū longum vertitur in breue.

De daghesch leni. Cap. XVI.



Aghesc lene dicitur קלך chalak vel קל Kal, idest lene, eo quod leniter præmit litteram, eam, tamen ita roborans, ut proferenda sit in suo vigore, ut si dicamus בֵּית beth. nam sine puncto daghesch dicemus וֵבֵית: at quia punctum in ventre habet, illam fortificans & corroborans, legi debet Beth non tantum aspere & fortiter sicut

Ca. 15.

legeretur cum est daghesch forte, de quo superius^a verum cum multa sparsim de daghesch leni tradantur, operæ pretium erit ea omnia ad dilucidandas annotationes reducere. Quapropter notandum primo, daghesch lene solū in litteris כּפּתּ בּגּדּ begad chephath, idest in litteris contētis in duabus his dictionibus poni. Unde fit ut hæ litteræ begad chephath sine daghesch, sonent medie, ut græcis χ, θ, φ, & ut dixi cum daghesch integræ sonent, ca, pa, ta, & quamuis aliqui putent תּ tau sine daghesch proferendū ut דּ daleth, et ita illud Gen. בּיבּי mispechod legendum, hoc est familia, sed falluntur cum eo in loco, & semper proferri debeat, ut תּ, & ita legitur mispechoth.

Litteræ begad sine daghesch quomodo proferendæ.

Genes. 10. 18.

Secundo notandum, quod daghesch nunquam potest

potest esse nisi lene in initio dictionis, ut in Gen. אִבִּי berescith, idest in principio.

Genes. 1. 1.

Tertio notandum daghesch lene in fine et medio minime poni, nisi post sceua quiescens: ut patet in dictione תִּזְכּוּר תִּזְכּוּר תִּזְכּוּר תִּזְכּוּר תִּזְכּוּר, idest recordaberis, in qua vides daghesch bis positum, videlicet in prima littera dictionis, quæ est תּ tau, & in medio in littera כּ caph post sceua quiescens, et utrunque daghesch est lene. & idem in dictione דְּבַרְתָּ דְּבַרְתָּ דְּבַרְתָּ דְּבַרְתָּ דְּבַרְתָּ, idest locutus es. ubi in fine scilicet in littera תּ tau ponitur daghesch post sceua quiescens: & in dictione מַלְכִּי מַלְכִּי מַלְכִּי מַלְכִּי מַלְכִּי, idest rex meus, & in dictione לִשְׂבּוֹר לִשְׂבּוֹר לִשְׂבּוֹר לִשְׂבּוֹר לִשְׂבּוֹר, idest ad conterendum.

Daghesch lene in medio ponitur post sceua quiescens.

Casus in quibus litteræ begad post sceua quiescens non recipiunt daghesch.

Iudic. 7. 6.

Sunt tamen aliqui casus in quibus post sceua quiescens litteræ præfectæ כּפּתּ בּגּדּ begad chephath non recipiunt daghesch, ut in libro Iudicum^b, et Danielis^c & Psalm.^d & Num.^e de quibus latius consules Pagninum^f.

Daniel. 6. 10.

Psalms. 76. 4.

Num. 21. 4.

Quarto notandū, quod quando præcedit sceua mobile, hoc est sceua, quod profertur: nulla ex prædictis litteris, nec ei cohærens recipit daghesch, ut patet Deut. אִבִּי beanghal, idest in babil, & apud Esai. אִבִּי checharchemis nomen ciuitatis circa flumen Euphratem, & in dictione דְּבַרִּים דְּבַרִּים דְּבַרִּים דְּבַרִּים דְּבַרִּים, idest verba. In dictione tamē שְׂתֵי שְׂתֵי שְׂתֵי שְׂתֵי שְׂתֵי, idest duo

Lib. 1. suarū institutionum hebraicarum. cap. 8.

Litteræ begad non recipiunt daghesch post sceua mobile, vel vocalē magnam. Deute. 4. 3. Esai. 10. 9.

M 3 post

ua mobile, vel vocalē magnam. Deute. 4. 3. Esai. 10. 9.

post sceua mobile ponitur daghesch in litteris begad chephath, euphonia gratia, ut in libris Reg.^a & in alijs locis, quae videre poteris in nouissimo thesauro linguae^b sanctae verbo שְׂנֵה scianah. Sed si aduerteris inuenies in dictione שְׂנֵה scete; sceuare uera mobile non esse, sed quiescens propter aleph suffuratum, seu furto ablatum, quod praecedit litteram שְׂנֵה scin, licet non scribatur, ut aduertit Pagninus nunc citatus^c. Quibus addendum est etiam post puncta principalia, quae reddunt uocales longas minime poni daghesch, quia cum necesse sit, ut uox praecedens daghesch cadat in sequentem litteram dagheschatam, id quod praecedenti uocali longa fieri nequeat (quia uocalis longa prolationem suam in sequentem litteram non extendit, imò eam penes se retinet) ideo tales uocales & uoces, quae syllabam retinent nunquam praecedere debent: sic post puncta principalia non sequitur daghesch, licet tunc temporis daghesch aliquualiter setiatur, sicut quando est daghesch lene, ut in dictione שִׁסְרָא sifera, quod est nomen proprium, et in אֹמְרִים omerim, id est dicentes, & similibus; id quod magis est propter uocalem longam, post quam sceua profertur, ut superius dictum est. Ratio autem quare post sceua quiescens, admittitur daghesch; post mobile uero minime

^a 3. Reg. 3. 16.

^b colum. 1438.

^c pag. 16

Daghesch post uocales longas non ponitur

Ratione quare post sceua quiescens ponitur daghesch, & post mobile minime

nime: illa esse uidetur, quia ubi sceua quiescit consonans non bene dirigitur, si sine daghesch remanet: quando uero est mobile cum tunc consonantis prolatio dirigitur: atque augeatur, cessat omnis necessitas apponendi daghesch.

Secundo notandum quod daghesch lene in principio dictionis, non collocatur in dictis litteris begad chephath, quando talis dictione uenit, post aliquam ex litteris quiescentibus שְׂנֵה eheu, quia tunc dictione illa leni spiritu est proferenda: ut לֹא כִסִּיתִי lochisithi, id est non operui, quod ideo est, ut quidam opinatur, quia dicta littera eheu sunt littera nominis Dei, ac proinde omnis alia littera illis humiliatur ob reuerentiam, suum vigorem amittens, quod probant ex illo textu Malach.^a ibi, a faciebus nominis mei. vulgata, & a facie nominis mei pauebat. & ex Psal.^b ibi, timebunt qui habitant terminos a signis tuis, ubi dictione אוֹתוֹת othoth significat signa, & litteras: & ita sit sensus, timebunt littera in extremis dictionum a signis tuis, id est a litteris nominis tui. Caterum si hac ratio solida esset, semper littera כַּפֶּת בֶּגַד be gad chephat, eandem reuerentiam litteris quiescentibus praestarent, quam minime praestant, cum in plerisque casibus post quiescentes suum robur ac vigorem retineant, hoc est daghesch recipiant:

Daghesch lene non ponitur post litteras eheu, cuius ratio una refellit, & alia a signatur

Zamoré de orthographia hebraea regula 3. lib. 1. post Reuclinu lib. 2. de accentibus heb. fol. 67.

^a Malac. 3. 5.

^b Psal. 64. 8.

Damnatur ratio antiquorum.

M 4 unde

Rō pre-
stās. qua
re post
Et apud Ionã^a ibi בְּשַׁלְּי bešcielli, idest propter me. ^b לְ דַתִּי, ^c אֲשֶׁר אֲשַׁמְרֶנּוּ accusatiui communiter notans personam patientem vide thes. ^b מִן, idest à, vel ab, ^c עִם nghim, idest cum, ablatiui. Inter hos articulos, & nomen sequens semper ponitur makaph cū segol, ut ^c אֶתְּ הָאָדָם eth haadã idest hominẽ. Aliquando ponitur ^c אֶת cum t fere etiam si habeat makaph vide thesau. ^c Tres primi articuli separabiles nempe ^c אֵל el, ^c שֶׁל scel et ^c אֶת eth, habet segol. Nominatiuus vero, & vocatiuus non habent articulos separabiles, sed solum inseparabiles, ut inferius videbimus. Cognoscitur tamen vocatiuus aliquando in scriptura, per dictionis geminationem, ut in Gen. ^d Abraham Abraham, & Hier. ^e terra terra. Præterea notandum, quod cum his articulis separabilibus, potest simul poni articulus he, inseparabilis per omnes casus; ita tamen quod semper postponatur ut ^c אֵל הַיָּשׁוּעַ scel haisc, idest viri ^c אֵל הַיָּשׁוּעַ el haisc viro, & sic de aliis. Aliquando articulus ^c אֶת substituitur pro ^c אֶת eth, uti R. David Kimhi notat ex Psalm. ^f ibi ^c אֶת אֲשֶׁר אֲשַׁמְרֶנּוּ Asaperah el chok, idest prædicã seu recitans, aut annuntiabo, seu recitabo illud præceptũ: cui, 70. consonãt: Dicentes ^c אֲשַׁמְרֶנּוּ אֶת הַדְּבָרִים הַאֵלֶּה sayma, idest prædicabo illud præceptũ, vide thesaurum pagnini nouissimum in radice ^c אֶתְּ chakakak

mul poni possunt inseparabiles, si tamen postponantur. ^f Psal m. 2. 7.

kak^a & in dictio. ^b אֶתְּ saphar^b et in radice ^c אֶתְּ a-
la^c. Alia loca in quibus ^c אֶתְּ pro ^c אֶת sumitur, ad-
ducit Io. Frosterus in suo diction. ^d Videri possunt
quæ scribimus in nostra antienturia tertia ^e Vn-
de cū nostra vulgata habet, prædicans præceptũ
eius, debet explicari, nõ de quolibet præcepto; sed
de singulari & excellenti præcepto, quod per em-
phasim præceptum dicitur. Articuli inseparabi-
les sunt ^c הֵּ he, ^c לָ lamed, ^c מֵ mem, et ^c בֵּ beth. Primus
^c הֵ he seruit nominatiuo, & genitiuo, interdum
omnibus casibus. Sed tunc per separabiles cogno-
scitur nomen cuius sit casus, ut ^c אֵל הַאֱלֹהִים el hae-
lohim, idest Deo: quo in loco, haelohim, esse datiu
casus, per articulu ^c אֵל separabilem cognoscimus;
qui quidẽ ^c אֵל est datiu. Articulus ^c לָ lamed est da-
tiu; aliquando genitiui, & accusatiui, ut vide-
bis inferius ^f de litteris seruilib. ^c לָ Lamed, ^c מֵ Me et
^c בֵּ beth, ablatiui casus sunt. Sciendum tamẽ hos ar-
ticulos aliquando esse præpositiones, & relatiua,
ut superius hoc eodem libro dictum est, & om-
nes fere id adnotare solent. Pro punctis aut quos
hi articuli habere debent, notanda sunt sequẽtes
regule.

1 Prima regula, à quavis littera nomen inci-
piat, articuli inseparabiles ^c אֵלְּ subscribuntur cū
pathach, & mem cum hirek, & ponitur daghesc
in litte-

^a Pagin. 784.
^b Pagin. 1832.
^c Pagin. 102.
^d Pagin. 31.
^e Cap. 2. confutatio. 3.
Articulus he seruit interdum omnibus casibus. Articuli inseparabiles.
^f Lib. 6. cap. 9. & Cap. 6. Articuli ^c אֵלְּ scribuntur cū pathach & mem cum hirek posito daghesc in littera sequenti, ut denotet præcedentem esse articulum.

in littera sequenti, ut ostendat precedentem litteram esse articulum additum nomini. Et ideo subscribuntur cum pathach, quoniam littera prima nominis venit cum puncto daghesc, quem non potest precedere punctus principalis, ut **הַמֶּלֶךְ** hamelech, idest Rex: **לַמֶּלֶךְ** lammelech, idest regi: **בַּבַּיִת** babbaitb, idest in domo, & sic de aliis similibus, tam in singulari, quam in plurali.

Gutturales litterae faciunt, ut praedicti articuli cum camets & tsere subscribantur.

Secunda regula, quia gutturales non recipiunt daghesc, neque rresc, quando ab illis nomen inceperit, loco pathach recipiunt Kamets, et loco hirek tsere, quia daghesc est punctum: & additum pathach efficit Kamets: additum vero hirek fit tsere. Exemplum huius regulae accipito.

	Tempora à עתים		à עת
Plur.	dicemus הַעֲתִים בְּעֲתִים מֵעֲתִים	Sing.	dicemus הַעֵת בְּעֵת מֵעֵת

Quando vero lamed vice propositionum ponitur, etiam si sequatur gutturalis, cum sceua subscribitur, ut videbis in exemplis adductis per

Lib. 1. Pagninum^a & videnda sunt etiam quae scribitur libro primo Tobia.

Tertia

3 Tertia regula; duo articuli ל lamed & ב beth recipiunt sceua tribus in locis. Primo in regimine genitivi, ut cap. sequenti explicabitur, & est exemplum apertum **בְּדֶרֶךְ הַיָּם** bederech haiam, idest in via maris **לְקוֹל שָׂרַי** lekolsarai, idest Sara. Secundo quando iunguntur nominibus propriis aut locorum, ut **לְנוֹעַם** Noe **בְּמִשְׁכַּח** bemosceh i. cum Mose, ut in Ge.^a Et in Nu.^b dummodo illa nomina propria, non incipiant à sceua, ut in regula sequenti. Tertio, quando post nomen substantivum sequitur adiectivum, dummodo sit, absque articulo he, ut **לְגוֹי גָּדוֹל** legoigadol, idest in gentem magnam. Nam quando habet articulum he, sequitur regulas superiores, ut **בְּקִבְרֵי הָרְחֹב** baccheuer harachau, idest in sepulchro lato, vel longo.

Articuli ל & ב recipiunt sceua in tribus locis.

^a Gen. 7. 1. ^b Num. 12. 1.

4 Quarta Regula, tres articuli, lamed, beth, & mem, quando preponuntur & adijciuntur nomini incipienti à littera habente sceua, subscribuntur cum chirek, ut **בְּגִבּוֹל** biguul, idest in termino, vel in confinio, **לְגִבּוֹל** liguul, idest termino, seu confinio, **מִגְּבּוֹל** Miggheuul, idest à termino, vel à confinio. Sed si prima nominis littera erit iod, cum tamen alias ex natura sua sceua esset habitura, tunc illud sceua amittitur, & iod qescit in chirek, ut **בִּיהוּדָה** bihuda, i. in Iuda **בִּיהוֹשֻׁעַ** bihoscuang, i. in Iosue. Aliquando tamen illud

Articuli lamed & beth quomodo subscribantur ubi nomen incipit à sceua.

sceua

scena remanet, & littera articuli subscribitur pathach, ut in nomine Dei Ieoua, tunc enim cū articulis dicemus ביהוה Baïhoua, i. in domino, ליהוה laïhoua, idest domino. Et cū articulo mem dicemus מיהוה meïhoua cū tsere sub littera mem idest à domino. Et ratio est, quia cum mem sit loco prepositionis מן min, & illud nū ex min auferatur, cuius causa littera sequens deberet affici dagesc, ut illum defectū nun designaret: Et tamen propter nomē Ieoua nō soleat addi daghesc: ideo illud daghesch ponitur sub littera mem cum chirek, & sic efficitur tsere.

daghesch ponitur in littera post mem articulus recipit in se, nec in se, nec post se.

Quinta regula, quando articuli habent pathach, in littera sequenti ponitur daghesc, uti iam dictum fuit regula prima. Beth vero articulus recipit daghesc in se & post se. Lamed cum est articulus nullum neque in se neque post se recipit daghesc.

De Regimine. Cap. XII.

Regimē constructum, & coniunctum dicitur, & status sintacticus. Regimē quid.



Nomini adhuc accedit regimen, quod & constructum, & etiam coniunctum, & sintacticus status appellatur. Id quod est, quando veniunt duo substantiua nomina, nam tunc ultimum semper est in genitiuo,

uo, & primum illorum siue in plurali, siue in singulari sit, dicitur regere secundum, & ideo appellatur regimen. Genitiuus vero, qui regitur dicitur שמ הןסכך scem haniscmahc, idest nomen coniunctum à verbo סכך samach, quod quidem significat cōiungere. In singulari masculino non habet diuersam formam litterarum ab ea, quā habet in statu absoluto, sed punctorum duntaxat, ut pote mutando longa puncta in breuia, sicuti loco suo dicemus. In fœminino singulari, cum finitur in he precedente kamets, mutatur he, in tau, & kamets in pathach, ut תורה tora, lex, in regimine dicemus תורת. In alijs vero nominibus nulla mutatio fit, nec etiam in plurali fœmineo. In plurali vero masculino regimen formatur à suo plurali, mem excluso, & chirek verso in tsere, ut ex שירים scirim cantica, dicemus שירי scirè, & sic iod precedente tsere est nota regiminis pluralis. In duali, quia finitur in aim, ferè nulla est diuersitas, sed mutatur pathach in tsere, & punctum chirek cum mem ultimo, excluditur, remanente iod quiescente ut à שמים sciamaim, idest cœli, dicemus שמי sceme, & à ידים iadaim manus, dicemus etiā ידי. iede manus, & à ימים ימי ieme dies, vide tamen thesaurum

Nomen coniunctum dicitur genitiuus, qui regitur, In fœm. sing. finito in he precedente kamets mutatur he in tau & kamets in pathach. Regimē quomodo fiat in plurali masc. Iod precedente tsere est nota regiminis pluralis masculini. Regimē in duali quomodo formetur.

S nouissi-

^a Pagin. 928. ^a nouissimum Pagnini ^a quibus omnibus adhuc
 Regim^r est addendum, quod regimen non admittit ar-
 non ad- titulum ⁿ & quod in sacra scriptura reperiun-
 mittit ar- tur aliqua nomina coniuncta, quae tamen ve-
 ticulum he. niunt instar absolutorum: quoniam licet sint in
 Nomina, quae genitiuo, censentur esse in statu absoluto, ut in
 licet sint in genitiuo abso- ^b Psalm. ^b ibi mansuetudinem iustitiae: & Deut. ^c
 luta cen- ^b ibi non plantabis tibi lucum omnis arboris, &
 sentur. ^d Esai. ^d ibi iram indignationis suae. Et aliquan-
^b Psalm. do vice versa absoluta veniunt instar coniun-
 45. 5. ctorum, ut in Esai. ^e plantationes fideles, &
^c Deute. in Reg. ^f & fecit fenestras obliquas, & Esai. ^g
 16. 21. ^d Esai. 42. ^h ibi vitulam triennem. Aliquando Regimen ha-
 25. bet post se plura coniuncta in genitiuo, ut in li-
 Nomina abso- bro Iob ^b ibi non videat rivulos fluminis torren-
 lura ali- tis mellis, & Butyri. Et in Psalm. ⁱ ibi filij e-
 quando cen- phraim armati mittentes arcum. Et Esai. ^k
 rur con- ^j ibi conuiuium pinguium vindemiae, pinguium
 iuncta & ^l medullatorum, vindemiae de fecata. Et in
 in genitiuo. ^m sine ibi monumenta sublimium Murorum, & c.
^e Esai. 17. 10. ³ Reg. 6. 4. Praterea notandum, quod forma regiminis
 3. 4. genitui habere solet, quaedam substantiua,
^g Esai. 36. 5. Regimē non sequente genitiuo, sed litteris seruilibus. ut
 Regimē habet a- ^l Eccles. ^l ibi שִׁבּוּל מְקוֹם יִשְׁבּוּל idest locus quo cadet. Et
 liquādo post se in libro Reg. ^m בְּגִבְעוֹת הַרְיָה idest montes in Gelboe.
 plura cō- ⁿ Sic
 iuncta ge- nitiuo ^h Iob 20. 17. ⁱ Psal. 78. 9 ^k Esai. 25. 12. Regimen habere solet que-
 casu- dam substantiua sine genitiuo cum seruilibus loco eius. ^l Eccle.
 11. 3 ^m 2. Reg. 1. 2.

Sic etiam Iob ^a fines sermonibus. & inferius ^b aliquid repetetur. Reliqua circa regimen ad
 scriptura intelligentiam, vide latius apud
 santes Pagninum libro secundo suarum in-
 stitutionum ^c & in thesauro lingua sanctae ver-
 bo נַחַל nahcal ^d & verbo מַנְהָה ^e

^a Iob 18
 2.
^b Lib. 6.
 cap. 2.
^c Ca. 14.
^d Colū.
 1578.
^e Colū.
 1415.

De pronomine. Cap. XIII.

Pronomen authore Isidoro ^f vice
 nomini ponitur, ne fastidium ge-
 neret dum iteratur. Nam cum
 dicimus Moses scripsit genesim,
 addimus pronomen; & ipse scri-
 psit leuiticum; sicque varietas significacionis tol-
 lit fastidium, & ornatum inducit. Pronomē ab
 hebraeis dicitur ^g חִנּוּי chinnui, i. cognominatio oc-
 culta, nam nomine Petri dico, tu, à verbo ^h כַּנְיָה ca-
 na, quod est occultare nomen alicuius, & uocare
 noīe occulto, et nō proprio, ut in li. Iob & Esa. ^b
 ubi de Ciro dicitur, quod assimilauit eum, idest
 cognominabit eum nomine occulto. Et Esai. ⁱ vi
 de latius nouissimum thesaurum. ^k

Prono-
 men
 quare
 inuen-
 tum.
^f Lib. 1.
 Ethym.
 cap. 7.
 Prono-
 men ab
 hebraeis
 vnde di-
 catur.
^g Iob 32
 21.
^h Esai. 45
 4.
ⁱ Esai.
 44. 5.
^k Colū.
 1188.

PRONOMINVM, aliud est pri-
 mitiuum aliud deriuatum, aliud demonstra-
 tiuum, & aliud relatiuum.

Prono-
 minum
 diuisio.

Pronomen primitiuū quid sit.

Pronomen derivatiuū quid sit.

Pronomen compositum seu derivatiuū significatiuū rei possessionem quando nominibus affigitur.

Deriuatiui pronominis sex termini. Pronomina derivatiua affixa.

Primitiuum dicitur à latinis definitum; quoniam certam diffinit personam, ut אֲנִי ego, אַתָּה tu, הוּא ille, הֵן hic vel iste, ab hebraeis נִפְרָד niphrad, idest separatum, siue simplex, quod non componitur cum nomine. Est enim dictio per se, ego, tu, ille, iste, vel hic. Deriuatum dicitur נִסְמָח nismahc, idest coniunctum siue compositum, & possessiuum: quippe, quia nos possidere aliquid ostendit: ut cum dico, meus, diffinio aliquid esse meum: & ita uerbum meum significat, quod est meum, uel illius; quod non habet locum, quando pronomina uerbis iunguntur: quoniam tunc actum significant, ut uisitauite, uisitasti me. Sunt autem huius derivatiui pronominis sex termini. Meus, tuus, suus, noster, uester, & illorum: qua in compositione reperiuntur, & inde casus obliqui formantur. Dicuntur etiam huiusmodi deriuatiua pronomina, affixa, quoniam unam, & eandem dictionem constituent cum nomine, cui adiunguntur seu affiguntur: Si enim à דְּבָרִי deuari, hoc est uerbum meum, tollas illud iod, quod pronomen, constituit, nihil significabit per se. Sed si illud iod affixum fuerit nomini, tunc significat meum.

Prono-

Pronomen demonstratiuum est duplex. Nam aliquando demonstrat rem distantem, ut ille, illa, & aliud, quod demonstrat rem propinquam, ut hic, hac. Aliquando etiā hic, et hac, demonstrat rem longinquam, ut Psalm. ^a ibi iste Sinai, & in Deute. ^b ibi montem bonum istum, uide in thesau. ^c

Pronomen relatiuum dicitur infinitum ab Isidoro superius citato, quoniam non est certe persona, sed de absentibus dicitur, & incertis, ut quis, qua, quod. Et apud hebraeos est אֲשֶׁר ascer, utriusque generis, numeri et casus, & loco illius aliquando ponitur solus articulus & hoc est scin se^{3.25.} Colū. ⁵⁶¹ Qua praemissa distributione, et partitione pronominum, de primitiuis, & aliis aliqua specialius adnotāda sūt, de illis uero, qua cū uerbis componuntur inferius ^d dicendum nobis erit, sed nunc primum de primitiuis agendum.

Pronomen demonstratiuum duplex. Aliquando pronomenum demonstratiuum rei propinquo-
ris demonstrat rem longinquā.
^a Psalm. 61.9.
^b Deute. 3.25.
^c Colū. 561
Pronomen relatiuum quid.
^d Lib. 3. cap. 11.

De Pronomine Primitiuo.

Cap. XIII.



Rimitiua igitur pronomina sunt quatuor, ut dictum est nempe, ego, tu, ille, hic, in quibus prima persona pronomen, tam in singulari, quam in plurali est commune utrique

Pronomen prima personae est commune utrique generi, & utrique numero

S 3 gene-

Pronomen secundæ personæ distinctas voces habet pro utroque genere, & in utroque genere distinctas voces habet pro utroque numero, singulari, scilicet & plurali. Nam in singulari, masculina terminatur in ה he ociosa, & in feminino in תא subscripto scæua cum da-ghesc. In plurali autem masculina in ם ם & femina in ם ם et ה ם. Pronomen primitivum tertie personæ, etiam habet voces distinctas, in singulari, & plurali, tam masculino, quam feminino, nam in singulari desinit in scurek sequente aleph ociosa, in femi. desinit in vocali chirek sequente iod, & aleph, vel sequente vau & aleph ociosis. In plurali mascul. desinit in ם ם vel ה ם; femi. vero in ם ם vel ה ם. Quartum pronomen quod respōdet nomini Latino, hic, hæc, hoc, habet etiam voces distinctas, in singulari enim masc. ם ם vel ם ם; in fem. ם ם vel ם ם. In plurali eadem est vox utriusque generis, nempe ם ם eleb idest hi, & hæ. Discrimen autem inter masc. & fem. desumitur & cognoscitur in plurali ex nomine adiuncto: ut in libris numerorum, a vide ibi exempla, quæ sequuntur.

Secundo notandum, quod licet primitiva pronomina habeant unicam tantum terminationem pro singulari, & aliam pro plurali, ut ex prædictis colligitur, nihilominus tamen habent suos cum articulis cuiusque casus.

Num. 26. 27. & 35.

Pronomina primitiva habent suos casus quos efficiunt

suos casus obliquos, quos efficiunt cum articulis cuiusque casus iuxta formam pronominis. Vnde pronomen primitivum ego, deservit aliquando pro omnibus obliquis, ut in lib. Reg. a ibi עֲבָדְךָ לִי קָרָא 26. aningau decha lo kara, idest ego servum tuum non vocavit, hoc est, me servum tuum non vocavit. Et in Eccle. b sicut accidit stulto etiam ego, idest mihi eveniet. Articuli, quibus obliqui casus efficiuntur sunt ה ם pro accusativo, ל et el pro dativo, ם pro genitivo, ם & ם pro ablativo. Vnde casus obliqui primæ personæ sequuntur terminationem sui nominativi, & ita in, i, terminatur, ut ם ם; vel in, u, ut ם ם idest nos. In singulari omnes casus terminantur in i, ut ם ם mei, & similes: in plurali vero terminantur in, ם, ut ם ם nostrum, & sic de reliquis. Obliqui secundæ personæ terminantur in littera ם qua in masculino per kamets ם & fem. per scæua ם subscribitur. In plurali vero masculino omnes voces terminantur in ם ם & fem. in ם ם. Obliqui casus primitivi nominis tertie personæ, licet prima pluralis tam mascul. quam femi. aliam terminationem habeat: nihilominus obliqui in masculino desinunt in, ם, sequente vau ociosa, præter ablativum pluralem, ut ם ם illius, & similia: & in feminino in, a, per Kamets sequente he m apicca-

23. Reg.

26.

b Eccle.

2. 15.

Articuli obliqui primæ personæ Casus obliqui primæ personæ sequuntur terminationem sui nominativi. Articuli obliqui secundæ personæ terminatio. Obliqui tertie personæ

Aliquan- do vox masculi- na pro- nomini- tertie, p- fœmin. accipit.
 to, ut *illius fœmina vel sua.* In plurali autem masculino, in *omnes casus terminantur: & in fœmin. in .* Aliquando vox masculina pluralis huius pronominis, quæ est *id est ipsi, accipitur pro fœmin. ut in lib. Ruth.^a*
^a Ruth. 1.22. *idest ipse, seu illa venerunt. Et etiam vice versa, ut aliqui dicunt, sed non reperitur in scriptura. Relatiui vero pronominis primitiui, obliqui casus, fiunt cum additione prædictorum articulorum ad summ nominatiuum, ut *id est huius & reliqua similiter.*
 Tertio notandum quod plurale huius relatiui pronominis in scriptura ponitur frequenter, sine nomine substantiuo, & sine uerbum per modum suppositi, vel appositi, ut in Numer.^b *his diuidetur terra.* Præterea aduertendum, quod licet ista duo pronomina, *et .* quæ sunt secunda & tertia persona, atq; demonstratiua, cū adiunguntur nominib. substantiuis, possint recte in nominatiuo eisdem ipsis nominibus præponi, & post poni, nihilominus tamen in casibus obliquis, semper illis postponitur addito articulo . Peculiare enim est lingua hebreæ, prius substantiuum proferre, quam eius adiectiuum, vel pronomen, aut participium ut *uir iste* *mulier ista*
 ponuntur. Hebræi prius ponunt substantiuum quam adiectiuum.*

ista, & in plurali *uiri isti.* *mulieres ista.* Eodem modo in pronomine *uir ille.* *mulier illa, sic etiam dicemus* *uiro isti,* *mulieri ista: quæ habent etiam locum in nominibus adiectiuis & genitiuo, quoniam etiam illis hæc duo superiora pronomina & postponentur, ut in Deute.^a* *montem bonum istum.* Et in libr. Genes.^b *ibi dominus somniorum iste, quo loco Vulgata transferens (somniaior uenit) Omnia comprehendit. Reliquum est ut horum pronominum tabellas describamus.*

Post nomina adiectiua prædicta pronomina postponuntur.
^a Deute. 3.25.
^b Genes. 37.19.

Pronomen prima personæ primitiuum.	
Ego	אני vel אנכי
Nos.	אנחנו נחנו אננו

^c Jerem. 42.6. *Solum inuenitur Jerem.^c Licet ibidem hebræa biblia in margine notet, uariam lectionem.*

Prono-

Pronomen secundæ personæ primitivum.

Tu masc. gen.	אתה
Vos masc. gen.	אתם
Tu foem. gen.	את
Vos foem. gen.	אתן vel אתנה

Sed adnotandum est, quod hæc vox foeminea תא accipitur masculinè; tribus in locis sacræ scripturæ, ut in Nu. ^a ibi, ככה את עשה, sicut tu facis. Vulgata, sin aliter tibi videtur Et in Deute. ^b ibi & tu loqueris nobis. Et Ezech. ^c ibi & tu cherub extensus & protegens vide in thesaur. latius ^d ubi etiam leges hoc pronomen תא scribi pluribus in locis sine he in fine.

Pronomen tertiæ personæ primitivum.

Ille masc.	הוא
Illi masc.	המה vel הם
Illæ foem.	היא vel הן
Ille foem.	הנה vel הן

Pronomen primitivum Relativum tertiæ etiam personæ singularis.

Hic masc.	הוא vel זה
-----------	------------

ו Ali-

vox hæc תא in scriptura cum sit foem. accepit masculinæ trib. in locis. ^a Num. 11.15. ^b Deut. 1.27. ^c Ezech. 28.14. ^d Colū. 197. ^e Colū. 196.

ו Aliquando est communis generis, ut in Esai. ^a ibi ו עם id est populum istum, in quo masc. & foem. comprehenditur.

^a Esai. 43.21.

Hæc foem.	היא vel זאת
-----------	-------------

Plurale commune.

Isti & Istæ.	אלה
--------------	-----

Recipit articulos separabiles, ut alia nomina, & est commune masc. & foem. ut in Numer. ^b

^b Num. 26.27. & 30.

Terminationes obliquorum.

Primæ sing.	הוא
Primæ plur.	הם
Secundæ sing. masc.	ה
Secundæ sing. foem.	ה
Secundæ plur. masc.	הם
Secundæ plur. foem.	הן
Tertiæ sing. masc.	הוא & זה
Tertiæ sing. foem.	היא
Tertiæ plur. masc.	הם
Tertiæ plur. foem.	הן

Relativi tertiæ personæ.

Sing. masc.	הוא vel זה
Sing. foem.	היא vel זאת
Plurale	

Plurale commune.		
Isti & Istæ	אלה	אלהם
<i>Exemplum obliquorum primitivi pronominis prima persona sing.</i>		
Genitiuus sing. mei	לי	של
Datiuo mihi	לי	לי
Accusatiuo, me	אתי	אתי
Ablatiuo, à me	מפני	מפני
Pluraliter		
Geni. Nostri	לנו	שלנו
Dat. Nobis	לנו	לנו
Accus. Nos	אתנו	אתנו
Ablat. à nobis	מפנו	מפנו
<i>Exemplum obliquorum primitivi pronominis secunda persona.</i>		
Geni. masc. sing. tui	לך	שלך
Geni. foem. sing.	לך	שלך
Dat. masc. sing. tibi	לך	לך
Dat. foem. gen.	לך	לך
<i>Hæc vox foem. aliquando accipitur masculinæ, ut inferius adnotatum videbis.</i>		
Accus. te masc.	אתך	אתך

Accus.

Accus. Te foem.	אתך	אתך
Abla. à te masc.	מך	מך
Abla. à te foem.	מך	מך
Pluraliter.		
Geni. Vestri masc.	שלכם	שלכם
Geni. Vestri foem.	שלכן	שלכן
Dati. Vobis masc.	לכם	לכם
Dati. Vobis foem.	לכן	לכן
<i>Si iste datiuus subscriberetur cū ttere sub כ, esset potius coniunctio illativa, quæ dicitur propterea.</i>		
Accus. Vos masc.	אתכם	אתכם
Accus. Vos foem.	אתכן	אתכן
Abla. a vobis masc.	מכם & מכן	מכם & מכן
Abla. à vobis foem.	מכן	מכן
<i>Obliqua primitivi pronominis, tertie personæ singularis.</i>		
Geni. Sui masc.	לו	שלו
Geni. Sui foem.	לו	שלה
Dat. Sibi masc.	לו	לו
Dati. Sibi foem.	לה	לה
Accu. Se masc.	אותו	אותו
Accus. Se foem.	אותה	אותה
Abla. A se masc.	מנהו	מנהו vel מנהו vel מפנו

מפנו

Ablati-
ui huius
discri-
men &
ablatiui
singula-
ris pri-
mæ per-
sonæ.

מִמֶּנּוּ *hic ablatiuus est omnino similis ablatiuo singulari primi pronominis primæ personæ, sed ex lectione sententiæ & contextura orationis eorum discrimen assequeris.*

Abla. A se, foem. מִמֶּנּוּ מִמֶּנָּה

Plurale.

Geni. Illorum	שלָהֶם
Geni. Illarum	שִׁלָּהֶן
Dati. Illis masc.	לָהֶם
Dati. Illis foemi.	לָהֶן
Accuf. Illos	אֹתָם vel אוֹתָהֶם
Accuf. Illas	אוֹתָן vel אֹתָהֶן
Ablat. Ab illis masc.	מֵהֶם
Abla. Ab illis foem.	מֵהֶן

Obliqua pronominis relatiui tertiæ personæ singularis.

Geni. Huius masc.	שֵׁל זֶה
Geni. Huius foem.	שֵׁל זֵאת
Dati. Huic masc.	לָזֶה
Dati. Huic foem.	לְזֵאת
Accuf. Hunc,	אֶת־זֶה
Accuf. Hanc	אֶת־זֵאת

Abla.

Abla. Ab hoc. מִזֶּה
Ablat. Ab hac. מִזֵּאת

Plurale.

Geni. Horum. מֵהֶם מֵהֶן

Istud plurale מֵהֶן Aliquando reperitur cum לere sine he, & aliquando ut hic, vide thesaurum Pagn.^a

Geni. Harum	שֵׁל זֵאת
Dati. His masc.	לְזֶה
Dati. His foem.	לְזֵאת
Accuf. Hos	אֶת־זֶה
Accuf. Has	אֶת־זֵאת
Abla. Ab his cōmune	מֵהֶן

Postremo notandum, quod in his obliquis secunda personæ terminatis in ך quando fuerit finis periodi, mutantur, & ponuntur foeminae terminationes, pro masculinis, ut Deute. ב לְתַתִּיךָ idest ad dandum tibi, & in Prouerb. c תְּנִיחָה אֶתְךָ idest reget te. Et idem fit quando componuntur Alij articuli, seu prepositiones, aut aduerbia, quæ sub noīe מֵהֶן comprehenduntur, cum eodem pronomine secunda personæ singularis, ut pro מֵהֶן dices מֵהֶן idest tui: pro לְךָ dices לְךָ tibi similiter לְךָ In te pro לְךָ in te & עִמָּךָ tecum, & hac

^a Colū.
102.

Prono-
mina o-
bliqua
secundæ
personæ
termina-
ta in ך
in fine
periodi
licet ma-
sculinae
fiat ter-
minatio
nis, com-
mutant
pro fo-
eminæ.
^b Deute.
7.17.
^c Prou.
6.22.

de pri-

de primitiuis sufficiant.

De deriuatiuis. Cap. XV.

Nomi- nis com- positio cum p- nomine est plus necessa- ria, quā verborū compo- sitio cū prono- minib. ^a Lib. 3. cap. 11.

Prono- mina de- riuatiua efficiun- tur addi- tis ter- minatio- nibus.

Prono- men ma- sculinū forma- tur à sin- gulari ad- dito iod & fœ. à suo sin- gulari murato ^h in ^h & ^h d. ^b Ca. 17.



Ominum cōpositio cum pronomi- nibus, plus cognitu necessaria est, quā cōpositio verborum cū pro- nomnibus, ut inferius dicemus.^a

Quippe, quia nominis significatio, siue sententia aliter, quam per compositionem exprimi hebrai- ce nequit, ut ^h ^h ^h lex mea. Sententia vero ver- borum fit, & per additionem accusatiui prono- minis verbo facta, ut ^h ^h ^h Deus visi- tauit me & per eandem compositionem, ut ^h ^h ^h idest visitauit me. Vnde oportet, ut de huiusmo- di compositione agamus, & circa pronomina de- riuatiua, composita, aut affixa, adhuc adno- temus regulas sequentes.

Prima regula, hebraei cum uolunt deriuatiua pronomina seu affixa, efficere, non utuntur aliis nominibus, ut in alijs idiomatibus fit, sed additis quibusdam duntaxat literis in terminationibus, pronomem formant: ut ^h ^h idest spiritus, si uolu- mus dicere spiritus tuus dicemus ^h ^h. Fit autē pronomem seu affixum masc. à singulari cuius- uis nominis, addito iod punctato chirek'. & ali- quando punctis permutatis, ut hoc eodem libro ^b dicemus

dicemus. Fœminina similiter formant à suo sin- gulari; at quando desinunt in ^h he, mutant illud in tau, ut à ^h ^h idest iustitia, fit, ^h ^h idest iu- stitia mea.

2 Secunda regula: pluralia etiā à pluralibus for- mantur, idest post totam terminationem pluralis nominis, adduntur terminationes pluralis pro- nominis: ut apparet in fœmineis nominibus, quæ habent singulare masculinum, & plurale fœmi- ninum, & è contra; ut ^h ^h Pater, & in plurali ^h ^h patres, iuxta uocem fœmineam. Et in com- positione pronominis singularis facit. ^h ^h aui pa- ter meus, et in plurali ^h ^h patres mei. Quod pro- nomē quomodo in plurali cum, ^h ^h u post ^h ^h beth, reperiat, uidere poteris thesau.^a & infra ante caput sextum decimū. Ponetur eius compositio per omnes casus cum compositione nominis ^h ^h bechor, idest primogenitus, quod in plurali induit formam fœmineā, hoc modo ^h ^h bechoroth, idest primogeniti, & in compositione plur. facit ^h ^h primogeniti mei.

3 Tertia regula: in plurali pronominis semper ponitur, iod ante terminationem ipsius prono- minis, ut inde intelligatur, discrimen, quod est inter singulare, & plurale huiusmodi, ut ^h ^h deuarenu uerbum nostrum, in plurali uero dici-

T mus

Prono- mina de- riuatiua pluralia à plurali- bus for- mantur.

Colū. 12. & se.

Prono- men in plurali habet in- terpositū iod ad decernē- dum sin- gulare à plurali.

mus & deuenem, sed iod interposito, ut דברינו
uerba nostra.

Terminations deseruiētes affixis, alia sūt à terminationibus deseruiētib; uerbis, & ad uerbis.

Terminations varię deseruiētes affixis.

Quarta regula, alia sūt terminationes deseruiētes quando nomina pronomibus adiunguntur. Alia quando cum pronomibus, aduerbia, aut uerba cōponuntur. Quādo aut nomē coniungitur pronomi, sequētes terminationes deseruiūt.

Terminationes primæ personæ tam mascul. quàm fœmin.	
Singul. com. ך' & ך'	Plur. com. ך' & ך'
hoc est iod post chithach	hoc est iod post pareth
Secundæ personæ.	
Singul. mascul. ך'	Singul. fœm. ך'
Plur. masculin. ך' ך'	Plur. fœmin. ך' ך'
Terminationes tertiæ personæ.	
Masculin. ך'	Fœmin. ך' & ך'
Plurale.	
Pl. masc. ך' et ך' et ך'	Plur. fœmin. ך' & ך'
Ha terminationes deseruiunt quando nomen coniungitur pronomi; cum uero uerbis, aut aduerby; deseruient sequentes.	

Pri-

Primę sing. com. ך' & ך'	Primę plur. ך' ך' ך'
Secundę masc. fin. ך'	Secundę fœm. fin. ך'
Secundæ masc. pl. ך' ך'	Secundę fœm. pl. ך' ך'
Tertię masc. sing. ך' ך' ך'	Tertiæ fœm. singula. ך' ך' ך'

Istud ך' cum daghefc nota tertiæ personæ pronominis in singulari, ut patet Psalm. a ibi תעטרנו coronabis eum, scilicet iustum. Sine eo est nota primæ personæ pluralis, ut ך' ך' ך' id est expectauimus. Thren. b

Tertię plur. mascul. ך' ך' ך'	הם & ך' & ך'
Tertię plur. fœmin. ך' ך' ך'	הן ך' ך'

Tabula præcedentium regularum. Affixum seu compositum pronomen primę personæ, quę est communis generis.

Verbum meum	ך' ך'
Verba mea	ך' ך'
Verbum uestrum	ך' ך' ך'
Verba uestra.	ך' ך' ך'
Secundæ personæ masc.	
Verbum tuum	ך' ך'
Verba tua	ך' ך'
Verbum nostrum	ך' ך' ך'
Verba nostra.	ך' ך' ך'
Fœmin.	
Verbum tuum	ך' ך'
Verba tua.	ך' ך'

Nunc daghefc est nota tertię personę singul. sine eo ē nota primæ personę plural. a Psalm. 5. 13. b Thren. 4. 17.

Pronomina quatuor tertiæ personæ formantur à regimine plurali.

Ca. 18. regula 8. in fin. Singulare secundæ personæ hêt accentû in ultima & in fine periodi sceua mutatur in segol cum accentu. Singulare istud differt à plurali interiecto, iod sceua subgutturali mutatur in chateph pathach. Gutturales amât

Verbum vestrum	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבַרְכֶּן
Verba vestra.	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבַרְכֶּן
Tertiæ personæ masc.		
Verbum suum	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרָו
Verba sua	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרָיו
Verbum eorum	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרָם
Verba eorum.	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרֵיהֶם דְּבָרֵימוֹ
Fœmin. tertiæ personæ.		
Verbum suum	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרָהּ
Verba sua.	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרֶיהָ
Verbum earum	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרָן
Verba sua.	ⲛⲉⲛⲁⲛⲁ	דְּבָרֵיהֶן

Quatuor hæc pronomina הם הם כן כן הם הם formantur à regimine plurali, de cuius forma scribemus inferius^a.

Primo est aduertendum, quod illud singulare secundæ personæ דְּבַרְכֶּךָ verbum tuum, habet accentum in ultima, & quando ponitur in fine periodi, sceua mutatur in segol cum accētū: quia est aliquāto productior: & differt à plurali דְּבַרְכֶּם solo iod, quod est nota pluralis. Si tamen littera sub qua futurum est illud sceua fuerit gutturalis, mutatur sceua in chateph pathach, quod punctum amant gutturales loco sceua, ut à

ut à nomine רוח spiritus, efficiemus in pronomine secunda persona רוחך spiritus tuus, pro רוחך & ita loco sceua ponitur chateph pathach sub ח cheth

Secundo aduertendum, reperiri aliqua nomina simplicia, qua terminantur ad normam horum affixorum primæ personæ, & solum littera contextu, & sententia ab illis discernuntur: ut in Genes.^a ibi אֲחִינוּ בְּנֵי אִשָּׁה filius asina, non bene diceretur secundū Zamoren.^b filius meus asina sua. Sed quidquid ille dicat illud בְּנֵי בְנֵי, est pronomen & ita vult dicere fili mi asinam suam alligabit. Ita transfert etiam noster vulgatus dicens, o fili mi asinam suam quantumcūq; Olearius lusitanus consentiat Zamoren. item apud Hierem.^c ibi אֲפֶרַח לֹא חִלּוֹנֵי, id est & aperuit sibi fenestras & non intelligamus aperuit sibi fenestras meas, sed ut nostra habet Vulgata, qui aperit sibi fenestras. Similiter nomina in iod terminata adiuncta genitiuo, licet habeant formam pronominis, ut simplicia nomina, sunt accipienda. Sine genitiuo vero, ut composita cum pronome: uerbi gratia, cū dicimus אֲבִי יִשְׂרָאֵל Aui Isciai, i. pater Isai אֲבִי אַבְרָם frater Abram. Tollentes enim casum genitiu erunt affixa, uidelicet pater meus, frater meus. Habent tamen aliquam difficultatem hæc duo nomina, in cōpositione tertiæ

Nomina simplicia ad normam affixorū terminantur.

^a Genes. 49. 11. ^b Lib. 2. cap. 6. suarum instit.

^c Hierem. 22. 14.

Nomina simplicia in iod finita genitiuo adiuncta quando sunt pronomina.

persona, si quidem nō servant normam aliorum. Unde dices אביו idest pater eius, vel illius, & in ge. fœm. אחיה. Similiter dicemus אחיו uel אחיו i. frater eius, & in ge. fœm. אחיו frater eius fœmina. Ex quibus colliges regulā generālē, nēpe, pronomina nominibus affixa possessionē significare. Ostēdunt nāq; rem per nomē expressam, in possessione et potestate esse illius, quā habet affixum; ut vestis illius, uerbum illius. Hinc radicē trahit commune Iuristarum axioma asserentium, pronomina tuus, suus, dominium importare condictio.

<i>De compositione nominis fœminini cum pronomine.</i>		
Primæ personæ communis gener.		
Lex mea	אני	תורת
Leges meæ		תורות
Lex nostra		תורתנו
Leges nostræ.		תורותינו
Secundæ personæ masc.		
Lex tua	את	תורתך
Leges tuæ		תורותיך
Lex uestra		תורתכם
Leges uestræ.		תורותיכם

Se-

Secundæ personæ fœmin.		
Lex tua	את	תורתך
Leges tuæ		תורותיך
Lex uestra		תורתכן
Leges uestræ.		תורותיכן
Tertiæ personæ masc.		
Lex sua	הוא	תורתו
Leges suæ		תורותיו
Lex eorum		תורתם
Leges eorum.		תורותיהם & תורותיהם
Tertiæ personæ fœmi.		
Lex sua	היא	תורתה
Leges suæ		תורותיה
Lex illarum		תורתן
Leges earum.		תורותיהן
<p><i>Similiter uariabis nomina illa, quæ habent singulare masculinum & plurale fœmininum, aut è conuerso; ut à nomine בכור idest primogenitus, quod est sexus masculini in singulari, sed in plurali obseruat formam fœmineam uidelicet בכורות primogeniti. Sic efficitur pronomen primæ personæ.</i></p>		

T 4 Primoge-

Primogenitus meus	בְּכוֹרִי
Primogeniti mei	בְּכוֹרוֹתַי
Primogenitus noster	בְּכוֹרֵנוּ
Primogeniti nostri.	בְּכוֹרוֹתֵינוּ
Secundæ personæ masc.	
Primogenitus tuus	בְּכוֹרְךָ
Primogeniti tui	בְּכוֹרוֹתֶיךָ
Primogenitus vester	בְּכוֹרְכֶם
Primogeniti vestri.	בְּכוֹרוֹתֵיכֶם
Fœmin. secundæ.	
Primogenitus tuus.	בְּכוֹרְךָ
Primogeniti tui.	בְּכוֹרוֹתֶיךָ בְּכוֹרוֹתַי
Primogenitus vester.	בְּכוֹרְכֶן
Primogeniti vestri.	בְּכוֹרוֹתֵיכֶן
Tertiæ personæ masc.	
Primogenitus eius.	בְּכוֹרוֹ בְּכוֹרְהוּ
Primogeniti sui.	בְּכוֹרוֹתָיו
Primogenitus eorum.	בְּכוֹרֵם
Primogeniti eorum.	בְּכוֹרוֹתֵיהֶם vel בְּכוֹרוֹתֵימוֹ
Tertiæ fœmin.	
Primogenitus suus.	בְּכוֹרָהּ
Primogeniti sui.	בְּכוֹרוֹתֶיהָ

Eodem

Eodem modo ab hoc nomine אב pater formatur plurale secundum terminationem fœmin. אבות patres, & in compositione sic dicemus, in prima persona.

Pater meus.	אָבִי
Patres mei.	אָבוֹתַי
Pater noster.	אָבֵינוּ
Patres nostri.	אָבוֹתֵינוּ
Pronomen secundæ personæ masc.	
Pater tuus.	אָבִיךָ
Patres tui.	אָבוֹתֶיךָ
Pater vester.	אָבֵיכֶם
Patres vestri.	אָבוֹתֵיכֶם
Fœmin. secundæ personæ.	
Pater tuus.	אָבִיךָ
Patres tui.	אָבוֹתֶיךָ
Pater vester.	אָבֵיכֶן
Patres vestri.	אָבוֹתֵיכֶן
Pronomen tertiæ masc.	
Pater suus, vel illius	אָבֵי אָבִיהוּ
Patres eius	אָבוֹתָי
Pater eorum.	אָבֵיהֶם
Patres eorum.	אָבוֹתֵיהֶם אָבוֹתָם & אָבוֹתֵימוֹ

Tertiæ

Tertiæ foemin.		
Pater suus.	אביו	אביו
Patres sui.	אבותיו	אבותיה
Pater earum	אביהן	אביהן
Patres earum.	אבותיהן	אבותיהן

De mutatione punctorum. Cap. XVI.

Mutatio- nes pun- ctorum confuse tradūtur ab autho- ribus.



Utationes punctorum confusè ni- mis pertractantur ab authoribus cum ea tractatio (summopere a- lias necessaria) dilucidissimam e- xigat traditionem. Idcirco materiam hanc, à prima radice exordientes, hoc capite adnotabi- mus loca in quibus puncta mutari debeant; & que mutationi huiusmodi obnoxia sint. Primo igitur sciendum in quatuor locis unum punctum pro alio poni. In regimine genitivi, i. formatione pluralis, in cōpositione pronominis, siue cum ver- bo, siue cum nomine: ultimo quando est finis pe- riodi. Quid vero sint, formatio pluralis, & com- positio pronominis, & regimen, satis dictum ma- net superius^a. Finis periodi dicitur quādo est me- dia clausula, siue comma, quæ ipsis hebrais est^a & appellatur אתנחל athnahc, aut quan- do clauditur integro puncto tota periodus, quam ipsi notant hoc signo^b, cui cōmuniter ad- iungi

Pūctum pro alio pūcto in quatuor locis po- nitur.

^a Cap. 9. 12. & 13 cum seq. hoc li. 2. Quid fi- nis pe- riodi.

iungi solent duo pūcta, post dictionē predicto ac- cētū affectam, ut נחמו נחמו, i. populus eius. Et noīant סוף פסוק de quibus satis dixim^a superius. Vicem periodi habent quidam accentus, nempe Zachef Katon, reuiab, segula, pasech, & scil- sceleth; quorū figuras require superius.^b Non ta- men hi oēs accentus mutant pūcta (excepto ath- nahc & soph passuch) qui sēper pūcta mutāt. Et mutatio eadē quæ sub his duobus fit, in alijs et fa- cienda erit, ubi pūcta permutari cōtingerit. Vn- de finis periodi hac in re existimabitur, quādo a- liquis horū accētuum dictionē afficit. Præterea adnotandū est quod quādo in fine periodi, fit mu- tatio (quia tūc fit pausa) uocalis brevis trāsit in lō- gā, & hoc in prima syllaba ex duab. ultimis, ut pro שמש scemesc, i. sol, dices in fine clausula: שמש Vnde ex segol breui, factū est Kamets. lōgū. Ca- terū in regimine, quia duo noīa quodāmodo fiūt unū: mutāt puncta lōga in breuia, & hoc in ul- tima syllaba primi noīs, ut ש קרש cum Kamets sub ק, in regimine dicemus קרש יהיה sanctua- rium domini: loco Kamets ponitur pathach in ul- tima syllaba primi nominis. Regimen ergo, & periodus contrarias habent mutationes.

^a Libr. 1. cap. 20. Accētus habētes vicē pe- riodi. ^b Libr. 1. cap. 21. Finis pe- riodi qñ existima- bitur. Vocalis brevis fit longa in fine periodi in prima syllaba ex duab. ultimis. Pūctum longum in breue mutatur in regi- mine in ultima syllaba primi no- minis. Pūctorū contra- rias mu- tationes habent regimen & perio- dus.

Secundo notandum ad uniuersum mutatio- nis negotium, tã in noībus, quam in verbis, quod Kamets

Kamets, tserere, segol, in omnibus nominibus, demptis monosyllabis, quando sunt in prima syllaba si debeat fieri mutatio, mutatur in sceua, et cho-

Mutatio facienda in sceua si sub guttura libus fiat det

fieri in chateph pathach

daghefc ponitur quando littera finalis mutatur in me-

diam nisi precedat kamets.

daghefc ponitur in littera remanenti

quando littera amittitur &

hoc cum littera et remanet

in medio. Lib. 1. cap. 15.

le in chateph kamets, hoc in uniuersum uerum inuenies, ut דָּבָר verbum in plurali דְּבָרִים verba מֶלֶךְ Rex מְלָכִים reges קָדְשׁ Sanctus in plurali קְדוּשִׁים sancti.

Tertio notandum, quod omnis mutatio, que fit in sceua, quando facienda fuerit, sub guttura libus loco sceua ponitur chateph pathach, tam in nominibus, quam in uerbis. Quare hoc semel sit animaduersum, ne in quauis regula illud idem repetere cogamur, ut חָכִים sapiens in plurali חֲכָמִים sapientes pro עֲנָנִים nganim, idest nubes, pro עָנָנִים.

Quarto notandum, quod quando littera finalis mutatur in media, ipsa media recipit daghefc nisi precedat kamets, ut דֶּרֶבֶר derabim via a דָּרָךְ via, quoniam tunc etiam si finalis mutetur in mediam, daghefc non ponetur propter precedens kamets. Et quando amittitur aliqua littera, in remanenti ponitur, ut abunde demonstrauimus de daghefc. forti. Hac autem amissio, accidit quando ex uerbo duplicato, idest quod geminat aliquam litteram, nomen deducitur, ut ex קָכָךְ chakak, idest sculperere, deducitur nomen, קוֹךְ chok, idest preceptum, in quo amissum est unum

koph

q koph & in remanenti ponitur daghefc cum est in medio; ut חֻקִים chukim, idest precepta. Præterea, quando punctum longum mutatum est in breue, ponitur etiam daghefc in sequenti littera, quoniam punctum correptum cum daghefc iatur, eandem vim habet cum longo, ut קָפִיד caph id est palma seu manus, קָפִים capaim palma לבֵּי corda. Quod procedit in his in quibus punctum longum est mutatum in correptum: sed ubi punctum mutatur in sceua, prædicta locum non habet. Si quidem post sceua mobile daghefc minime ponitur in littera sequenti, ut dictum fuit, ut דָּבָר verbum דְּבָרִים verba. Vbi uero necessarium fuerit ut ponatur daghefc in aliqua littera precedente uocali longa (cum illud post uocalem longam non ponatur) mutari debet tunc temporis, quauis uocalis longa in breuem, sua speciei; ut kamets in pathach, & tserere in sceua, & cholem in chibuts, ut clarius ostendemus cap. sequenti in regulis monosyllaborum. Exemplum accipe, a דָּךְ dak subtilis fit דָּכִים dakim, idest subtiles: quoniam finalis Koph mutatur in mediam, ideo recipit daghefc, et Kamets mutatur in pathach. Sic ex תּוֹם tom perfectio, fit תּוֹמִים perfectiones, hcolem in chibuts mutato.

daghefc ponitur in littera seq. quando punctum longum mutatur in breue. Punctum correptum cum daghefc eadem vim habet cum longo. daghefc non ponitur in littera sequenti. etiam si punctum longum in correptum mutetur quando illud punctum est sceua. Ca. 15. daghefc necessario ponendo, uocalis longa debet mutari in breue sue speciei.

De muta-

De mutatione monosyllabarum.

Cap. XVII.

Regula monosyllabarum. Monosyllaba in regimine mutant kamets in pathach in aliis casibus nihil. Lib. 2. cap. 16. not. 1. Mutat Kamets in kibbutz in compositione pronominis Gutturales monosyllaba extra regimen. Mutat Kamets in pathach. Nomina tria monosyllaba mutant suum pathach in chirek cum daghesch in littera sequent. in plurali & in compositione pronominis.



Ro huius capituli expeditiori intelligentia, aliqua regula proponenda sunt.

Prima igitur sit. Monosyllaba habentia Kamets in regimine mutant in pathach, iuxta naturam ipsius regiminis, de quo supra iam adnotatum est. In alijs locis, scilicet in plurali, pronomine & periodo; nihil mutant, ut sequenti exemplo demonstratur.

שר שאלום Sar scialom, idest princeps pacis cum pathach: pro שר cum kamets quoniam in regimine Kamets conuerti debuit in pathach.

Sed in plurali; in compositione pronominis, & in extremo periodi suum Kamets immutabile semper seruat; ut שרים Sarim principes: שרי Sari princeps meus. ראה שר Raa sar, idest vidit princeps. Sed כל idest omne; mutat Kamets in Kibbutz in compositione pronominis; ut כלנו i. omnes nos: כלם omnes illi; כלכם idest omnes vos. Si tamen secunda littera fuerit gutturalis, etiam extra casum regiminis potest cum pathach subscribi, ut אח frater פח pach laqueus.

Secunda regula (quam recentiores quidam tradidere) tria nomina monosyllaba habentia pa-

tia pathach illud mutant in chirek cum daghesch in littera sequenti, in plurali, & pronomine, ut גת torcular גתים ghittim torcularia, יתה torcular meum, בתה filia, בנות filiae, בתה filia mea. Similiter in monosyllaba פח bucella panis, פחים bucella et פתה bucella mea. Sed tamen decipiuntur, cum ultra praedicta tria monosyllaba, alia non pauca reperiantur, quae etiam illud mutant in chirek, cum daghesch in littera sequenti: ut כמים idest tributum, ut in Genes. in plurali format כמים ut in lib. Reg. & פוסתים idest postis, in plur. אפוסתים alia require, a R. David Kim. in libro Michlol tract. de Monosyll. Vnde vera regula est, quod monosyllaba habentia pathach, in plurali & in affixo illud retinet ut plurimum cum daghesch in littera sequenti, ut סל idest canistrum, in plur. סלים, & רל pauper in plur. רלים pauperes & שק idest saccus, in plur. שקים sacci, & in affixo שקו saccus eius.

3 Tertia regula monosyllaba habentia tsere; in regimine mutant in segol, ut יהוה nomen domini. Aliquando tamen mutant tsere in pathach ut קן i. nidus, et in regimine קן צפור nidus auis. In alijs locis fere nihil mutant, ut גר peregrinus, גרים peregrini. Multa tamen in plurali, & pronomine mutant tsere in chirek cum daghesch in littera

a Genes. 49. 15. b 1. Reg. 5. 13. c Amos. 9. 1.

Monosyllaba habentia tsere mutant illud in chirek tsere in plura. & pronomine posito daghesch in littera sequent.

littera sequenti, ut פ. finis, in plurali פים. fines, et פ. finis meus. ע. negbeth tempus, etiam format plurale, & pronomem eodem modo, ut ע. tempora ע. tempus meum. Quam normam seruat alia similia nomina ut פ. palatum; פ. sagitta: לב. cor: ע. calamus, ע. neghez capra, ג. vexillum: ש. dens, מ. mater. Sed ל. el, Deus in plurali habet chateph segol לים. elohim. Duo tamen sunt monosyllaba, quae semper cum segol scribuntur; articulus, nempe ל. el, & dictio פ. idest ne forte & פ. chen idest sic, & פ. hen idest ecce, sequente tamen machaph, aut dictione monosyllaba. Vide Kimchi loco citato ubi reperies nomina & aduerbia mutantia tere in segol intercedente machaph.

Monosyllaba quae semper cum segol scribuntur.

Monosyllaba habentia chirik nihil mutant nisi ע.

a Psalm. 137.

Quarta regula: nomina monosyllaba habentia chirek nihil mutant, in plurali, nec in extremo periodi, regimine, & pronomine. Vnde א. שיר idest canticum dicemus, in plurali אים. scirim cantica, & in pronomine א. שיר canticum meum, & in regimine א. שיר יהוה canticum domini. Hanc eandem formam seruabunt nomina similia, ut א. ש. ifc vir, א. דין iudicium א. סיר sir, olla: dempto ע. nghir ciuitas: נא in plurali format אים. ciuitates. Et א. יום dies, in plurali אים. iamin, dies, & א. ראש Rosc caput, et in plurali אים. rascim

rascim, capita. Quibus adiungenda sunt monosyllaba habentia sciurek, quia in nullo casu aliquid mutant, ut א. תicio, א. גור catulus, & similia.

Monosyllaba habentia sciurech nihil mutant.

Sexta regula monosyllaba habentia cholem ut א. lux, א. ח. signum, & similia nihil mutant nisi in duobus casibus, uidelicet si desinunt in littera finali, aut descendunt a verbo duplicato, quia in his mutant cholem in kibbutz in plurali, & pronomine, si quidem in his casibus ultima littera singularis habet necessario daghesc, et quia illud non ponitur post uocalem, longam merito cholem mutatur in kibbutz, quae breuis est. In regimine, & periodo nihil mutant. Accipe ergo exemplum ex verbo א. ע. fortificare, nomen ex illo verbo descensum est א. ע. fortitudo, monosyllabum cum cholem, in plurali efficiet אים. fortitudines, in pronomine א. ע. fortitudo mea, & similiter a verbo א. ח. perficere dicitur א. ח. perfectio, & in plurali אים. perfectiones & in pronomine א. ח. perfectio mea, & in regimine א. ח. perfectio hominis.

Monosyllaba habentia cholem nihil mutant nisi in duobus casibus

V

Demu-

De mutatione bissyllaborum.

Cap. XVIII.

Pro quorum explicacione sunt etiam sequentes regule plurimum notanda.



Prima regula nomina bissyllaba habentia Kamets in prima & in secunda, vel aliam quamcunque vocalem longam, in periodo extremo nihil mutant, quippe, quia ambae vocales sunt longae, & periodus gaudet vocalibus longis, ut דבר verbum נחש serpent, שם impius. In plurali autem, pronomine, & regimine, prima vocalis mutatur in sceua; secunda vero minime, nisi in duobus casibus; nempe in regimine, & in pronomine plurali tam faemin. quam mascul. secunda personae, ut דברכם & דברכן verbum vestrum, habet enim istud pronomine hac in re regiminis naturam. In his igitur duobus casibus et in regimine, secunda vocalis si est kamets, aut tsere, mutatur in pathach, si fuerit alia vocalis non mutatur; ut דבר verbum, in plurali דברים verba, in pronomine דברי verbum meum, in regimine דבריך verbum.

Bissyllaba habentia kamets in prima & in secunda nihil mutant in fine periodi. Periodus gaudet vocalibus longis. Bissyllaba mutant primam vocalem longam in sceua in plurali pronominis & in regimine: secundam vero minime nisi in duobus casibus. Bissyllaba mutant secundam vocalem longam in regimine & in pronomine plurali secundae personae deuaech & deuarchen. Si fuerit alia vocalis quae non sit longa non mutatur.

bum Isaia. Hac regula semper est vera in masculinis, & faeminis substantiuis. Substantiua, vero, & adiectiua cognosces ex superius traditis hoc libro, et etiam ex significacione, ut קרה excelsa, quod adiectiuum est, & nihil mutat in plurali suo, קרה excelsa. At vero שנה annus substantiuum est fae. & in regimine mutat Kamets primum in sceua, & secundum in pathach, ut שנה in regimine plurali שנה anni.

Secunda regula bissyllaba, quae habent tsere in prima, & Kamets in secunda, mutant omnino, ac si essent prima regula. Et ideo in periodo extremo nihil mutant, quia ambae sunt longae, ut לבב cor. In alijs casibus tsere in sceua transit immutata secunda, ut in plurali לבבים leuauim, idest corda, & in compositione pronominis לבבי leuau cor meum. Secunda vero vocalis Kamets, in regimine mutatur in pathach, ut לבבך idest cor hypocrite. Si habent aliam vocalem in secundo loco, quae non sit Kamets, nihil mutant praeter ea, quae dicimus regula quarta.

Tertia regula: bissyllaba habentia in prima pathach, & in secunda iod cum chirek, in fine clausulae mutant pathach, in Kamets, in reliquis locis mutant pathach in tsere excluso chirek quod

V 2 erat

kamets & in reliquis mutant pathach in tsere excluso chirek quod erat sub iod.

Hac regula semper est vera in masculinis & faeminis substantiuis. Adiectiuum intelligitur etiam ex significacione. Bissyllaba habentia tsere in prima & kamets in secunda mutant omnino ac si essent prima regula. Bissyllaba habentia in prima pathach & in secunda iod cum chirek in fine clausulae mutant pathach in

a Genes. 19:32. b Etai. 5. 12. Cant. 4. 9. Reg. 30:12. c Iob 2. 13. f Esai. 16. 3. s Exod. 12:42. Tria nomina in plurali varian. Bissyllaba habentia duplex segol aut segol & ttere aut pathach & segol mutant in plurali primū segol in sceua & secundū in Kamets. In affixis si prima vocalis est ttere mutatio fit in segol aut chirek, si prima est segol mutatur in chirek aut pathach.

erat sub iod, ut איל ailes, elim arietes, אילי aries meus, in regimine איל, quamuis sit punctum longum. Sic וין vinum; format plurale וינים vinas, et in regimine וינן ut in Genes. Esai. Cant. לילה laila nox, in plurali לילות leloth, noctes, ut in lib. Reg. Iob in regimine לילה Esai. Exod. גיתות githoth, in plurali גיתות, Zethim oliua, & in regimine גיתות & pronomine גיתות oliua mea. Excipiuntur tria nomina, quae in plurali variant, ut בית bath. domus, ביתים domus fortitudo, חיל fortitudines, עיר pulli a simi pulli, in affixis seu pronomine, regimine, & periodo mutant vocales ut dictum est בית domus eius.

Quarta regula: bissyllaba habentia duplex segol, id est unū in prima, & aliud in secunda, aut segol & ttere, aut pathach & segol: in plurali mutant primum, in sceua, secundum in kamets, ut ויך via, ויךים via, similiter איל i. liber, in plurali אילים libri, זרע semen, זרעים semina. In regimine singularis numeri nihil mutant. In periodo mutatur segol in Kamets. Alia puncta nihil mutant, ut שמש sol, in fine clausula שמש. In affixis seu pronomibus, si prima vocalis est ttere, mutatur in chirek, aut segol, si segol, mutatur in chirek aut pathach, secunda autē saepe transit

transit in sceua. Aliquando in kamets, ut ספר liber, ספרים liber meus: si incipiant à ה vel ע obtinet segol in prima, ut ערך ordo, in pronomine ערכי ordo meus; sic etiam חלק pars, חלקי pars mea. Quae mutant segol, ut מלך Rex, מלכים Rex meus, בגד vestis, בגדים vestis mea, secunda vocalis in his omnibus semper mutatur in sceua. Alia uero mutant secundam vocalem in Kamets, ut עבד seruus, עבדים serui eius, ויךךים via, ויךךיםךךים via tua.

Quinta regula: bissyllaba, quae habent cholem in prima, & segol in secunda, in plurali, & affixis mutant cholem in chateph kamets: & segol aliquando in sceua, aliquando in kamets, ut קדש sanctus, קדשים sancti, קדשיו sanctus eius, חודש mensis, חודשים menses, חודשי mensis meus. Si autē littera, sub qua est segol, sit gutturalis, transmutantur puncta, nam in prima erit Kamets, in secunda chateph Kamets, ut אהל obel tentorium, & in regimine pluralis אהלים tentoria, אהלי tentorium meum. Et si habeant aliud punctum post cholem, nihil mutant, ut כוכב stella, כוכבים vincator, כוכבך galea.

Sexta regula: à nominibus masculinis formantur aliquando feminina addito ה he in fine precedente kamets, & mutantur puncta

Bissyllaba habentia cholem in prima & segol in secunda mutant in chateph kamets & segol aliquando in sceua aliquando in kamets. A Nominibus masculinis formantur aliquando feminina addito ה he in fine precedente & facta punctorum mutatio ne secundum regulas praedictas.

Regula generalis quod chateph kamets & tserere mutatur in sceua.

Nomina trisyllaba aut quadrifsyllaba per duas ultimas vocales regulantur.

Duo sceuaim in capite dictionis non concurrant.

secundum regulas precedentes, ac si formaretur pluralis. Seruit tamen illa regula generalis Kamets, tserere, & segol, quando sunt in prima mutantur in sceua, et cholē in chateph Kamets. Nec fere vnquam est alia mutatio, ut גדול magna, איש vir, in fœminino אישה virago ac si dicas vira.

Septima regula: omnia nomina trisyllaba, aut quadrifsyllaba, per duas ultimas vocales regulantur ac si essent bissyllaba habentia duplex segol, ut מלך rex, de quo in quarta regula. Quæ habent hcolem, et segol, mutant, ut קדש de quo in quinta regula. Quæ habent duplex Kamets, primum illorum, in plurali, pronomine, & regimine mutant in sceua. Et si in prima littera illius dictionis fuerit aliud sceua, hoc sceua prima littera fit chirek, ne duo sceuaim concurrant in capite dictionis; si non fuerit sceua in prima illius dictionis, solum mutatur primum kamets in sceua ut dictum est. Exempla eorum, quæ habent duplex segol, & mutant, ut תפארת corona, תפארתתי corona mea, similiter אדרת magnificentia, אדרתתי magnificentia mea quæ mutant ut מלך. Exempla eorum, quæ habent duplex kamets & sceua in prima ברכה benedictio, ברכתתי benedictio mea, sic etiam צדקה iustitia, צדקתי iustitia mea. Exem-

plum

plum habentium cholem, & segol, ut קצרת chetoreth suffimentum, קצרתתי suffimentum meum. Omnia alia nomina, quæ in dictis non sunt comprehensa regulis, nihil mutant.

Octava regula: quando in regimine plurali in prima littera est sceua, et in secunda kamets, hoc Kamets transit in sceua, & quia in prima erat etiam sceua, ne duo sceuaim concurrant in initio dictionis primum sceua mutatur in chirek. In nominibus vero quarta regula mutatur non solum in chirek, sed etiã in pathach, aut segol, ut דברים verba, in regimine sic formare debet דברי mutato Kamets secunda littera, in sceua; sed quoniã duo sceuaim non possunt cõuenire dicemus דברי verba et non דברי Nomina quarta regula, ut מלך Rex, מלכים Reges: in regimine non מלכי dicemus, sed מלכי reges. Sic אלקים partes, אלקי partes, אלקים sepharim ספרי sifre libri. Fœminea nomina in regimine plurali iuxta regulam generalem nempe Kamets, tserere, & segol in sceua, Similiter etiã nomina monosyllaba, quæ in plurali fiunt bissyllaba mutant hoc modo, ut בנות filia in regimine בנות ציון filia Sion דג dag piscis, דגים pisces דגי in regimine. Ab hoc regimine formãt ut quatuor pronomina de quibus meminimus supra cap. decimoquinto.

De mutatione regiminis pluralis quã prima littera est sceua & secunda habet kamets.

Fœmina nomina in regimine plurali mutant. Monosyllaba quæ in plurali fiunt bissyllaba hoc etiã modo mutant.

V 4 Postre-

Postremo aduertendum est, hebræos confusio-
num studiosissimos, metaphoras quasdam, &
confictas ponderum, trutinarum, & proportio-
num rationes adinuenisse, ut difficilem hanc pun-
ctorum mutationem nobis traderent difficilio-
rem, & obscuriorem, uti apud Leuitam, & plu-
res alios videre est. Quæ quidem nominum pon-
dera, nihil aliud sunt, quam quædam generales
regulæ orthographiæ, quibus sanæ vniuersam om-
nium nominum mutationem metuntur, & pō-
derant, ea reducunt ad duplex Kamets, uel ad
Kamets, & tsere, uel ad duplex segol, & simi-
les formas, atque differentias punctorum. Nos
vero metaphoricis hos terminos à nostra hac
pertractatione lubenter explosimus, ne huius a-
dunationis dilucidationem obscurarent. Quæ in
re etiam recentiorum intricaciones consulto repu-
diauimus. Quantum vero hanc nostram dili-
gētiam boni consulere debeas studiose lector, res
ipsa facillime tibi demonstrabit. Hæc igitur
satis sint ut ad uerborum regu-
las & doctrinam sequen-
ti libro accedamus.

פ'ל'ק

LIBER

LIBER TERTIVS

DE VERBO.

De uerbi diffinitione, & di-
uisione. Cap. I.

Verbum est dictio cum tempore si-
gnificans actionem, uel passionem,
uel aliud quodpiam accidens. In
quo differt à nomine, quod qui-
dē li. preced. a diximus, esse dictio-
nem significantem sine tempore. Dicitur uerbum
apud hebræos, ^{ל'ק'ל} derivatum à uerbo ^{ל'ק'ל}. Anti-
quitus namque, hoc ipso uerbo panghal coniuga-
bant: & in uerborum quoque exemplis, nomi-
numque similitudinibus dandis, eo utebantur.
Ac proinde ab eo coniugationes denominaban-
tur. Est autem ^{ל'ק'ל} idem, quod operari, seu age-
re, atque ideo uerbum, actionem, passionem, &
alia accidentia proprie complectitur. Tres uero
litteras, triplicis illius imparisque numeri myste-
rium (quo Deus sane gaudet) et partitionem, se-
ctantes uerbo attribuerunt. A, tertia persona præ-
teriti singularis incæperunt, uel quoniam illa ser-
uilibus carens litteris, est propria radix uerbi
à qua

Verbū
quid.
Verbū
in quo
differt à
nomine
Lib. 2.
cap. 2.
Verbū
quare
panghal
diceba-
tur.
Verba
quare à
tertia p-
sona plu-
ralis inc-
cipiant.
Verbū
primum
in ora-
tione in-
cipit à
tertia p-
sona.
Thema
seu ra-
dix di-
citur ter-
tia per-
sona.

cuparunt, quam omnia imperfecta, uel econuer-
 so, nullum aliud quidam praeſtarunt reſponſum,
 quam quod ſic priſcis magiſtris, ob varias uer-
 borum ſignificationes, et accidentia placuit. Sed
 propria ratio (ut puto) eſt quia inuenerunt uerba
 quorum nulla littera thematis inter coniugandū
 amittebatur: & alia quorum littera thematis
 amittebatur, unde merito prima perfecta dixe-
 runt, cum illis nihil ex ſua radice deeſſe uidiſſent:
 poſteriora imperfecta, ob illam deſicientiam uel
 quieſcentiam litterae. Illa uero ratio, Pagnini.^a
 de motu locali ſimpliciter & corruptione, aut pri-
 uatione magis ad Phyſicorum & Philoſopho-
 rum ſcholam, quam ad elemētariam hanc inſti-
 tutionem pertinet.

^a Pag. li.
 3. cap. 2.

De alia uerborum diſtinctione.

Cap. II.

Verba
 tranſiti-
 ua & in-
 tranſiti-
 ua.



Onſideranda eſt adhuc alia uer-
 borum diſtinctione: nam quaedam
 ſunt tranſitiua, alia inſtranſitiua
 (qua & neutra à latinis tractato-
 ribus grammaticilibus et hebraeorum magiſtris
 dicuntur.) Alia nuncupantur actiua & alia com-
 munita, & deponentia, & alia paſſiua.

In tran-
 ſitiua
 neutra
 ſunt.

Verbum tranſitiuum, quod בעל עומר dicitur, i.
 uerbum

uerbum exiens, eſt cuius operatio extra proficiſci
 tur: ut שמר custodiuit, בקר uisitauit. Custodia e-
 nim & uisitatio; ſunt operationes tranſeuntes, à
 custodiente, & uisitante, in custoditū, & uisita-
 tum, & ſic de alijs ſimilibus.

Verbum
 tranſiti-
 uum qd

Intranſitiuum nuncupatur בעל עומר i. uerbum
 abſolutum, & immanens: operatio namque il-
 lius, non tranſit extra, in paſſum ab agente diſtin-
 ctum, ut הלך luxit, כשך corruit, הלך ambulauit
 עמד ſtetit, ישב ſedit, & ſimilia. Quibus conſequū-
 tur, uerba ſignificantia motū, aut ſitum, intran-
 ſitiua fore, cū ab agente in paſſum minime tran-
 ſeant: ſed in ipſo agente manent, ut patet in proxi-
 mis exemplis. Hac tamen in re ſunt adnotanda
 ſequentia.

uerm
 intransi-
 tiuum
 quid.

Primo, uerba tranſitiua habere duo prae-
 cipua officia: nēpe extra progredi ex natura ſua,
 licet oratione noſtra ſtare cogatur, ut cum loqui-
 mur, ſed ſubiſtimus interloquendum ut dixit,
 locutus eſt, & ita tranſfert actionem ſuam in al-
 terum tantum. Secundum officium eſt tranſire
 in alterum, & ab illo in tertium. Et ſic dicitur
 tranſitiuum tertij: ut cum facio te ſcribere litte-
 ras: nam illa actio, nō ſolum tranſit in alterum,
 ſcilicet in ſcribentem, ſed & in litteras, quae ſunt
 tertium, in quod tranſit actio. Vnde ſit, quod li-
 cet in

Duo of-
 ficia uer-
 bi tranſi-
 tiui.

Tranſiti-
 uum ter-
 tij.

Verba transitiua i duo patientia. Earum que sūt transitiua in tertium, fit mentio in scriptura vno tantum expresso interdū utroque patiente a Pagn. 2.27. cū seq. Verbum cui iungitur dicitio denotans rem patientem vel pronomen passiuū est transitiuum. b Genes. 1.1. c Deute. 32.8. Verba intransitiua non suscipiūt pronomen passiuum. Pronomina passiuā. Dicitio significans rem patientem. a Ca. seq. Verba intransitiua non habent participia passiuā. Verba intransitiua habent passiuum participium irregulariter vt augeant significationem.

cet in duo patientia sint verba transitiua, ut doceo te grammaticam, nihilominus in scriptura vnius tantum patientis fit mentio, & interdum utriusque, ut aduertit Pagninus loco adducto a

Secundo notandum omne verbum, cui Iungitur dicitio, quæ rem notat patientem, ut הָאָרֶץ, uel pronomen passiuum, dicit verbum transitiuum, ut בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ i. creauit Deus cælum, & terram, ut in Genes. b ubi Bara, idest creauit, est verbū transitiuum, quoniam ei coniungitur et h, denotans rem patientē: et in Deut. c nonne est pater tuus, qui possedit te, ubi possedit habet pronomen patiens.

Tertio notandum, quod verba absoluta, & intransitiua non suscipiunt pronomina passiuā, ut me, te, se, non enim dicimus stetit te, stetit me, nec dictionem significantem rem patientem, de qua secundo notab. diximus. Nec etiam habent participia passiuā, siue participium habitus, de quo inferius, & ita à verbo עָבַד stetit non deducemus עֲבָד, nec à verbo נָפַל cecidit, cōficitur participium נָפַל, & similiter à verbo הָלַךְ ambulauit, minus dicemus in participio habitus הָלַךְ.

Sunt tamen qui dicunt, verba huiusmodi intransitiua passiuam habere irregulariter, augenda signifi-

signifi-

significationis gratia, ut הָלַךְ ambulauit הָלַךְ ambulare celerius.

Quarto notandum transitiuum, & intransitiuum, in vna, eademque coniugatione reperiri, ut cap. sequenti videbimus. Ac proinde ex intransitiuo, poterit verbum transitiuum confici, ut שָׁבַע idest sedit, quod est verbum intransitiuum, formatur verbum transitiuum שָׁבַע idest stare fecit in coniugatione tertia. Et de ea re ex veterum auctoritate multa tradit Pagninus quem uide-

Quinto aduertendum omnia verba transitiua, quorum operationem extra proficisci diximus: esse quidem actiua: nam verbum actiuum est, quod operatur, & agit, הָרַבּ verberauit, נָפַק visitauit, sicuti passiuā sunt, quæ patiuntur, ut נָפַק visitatus est, & etiam נָפַק verberatus, aut percussus est, ut in lib. Reg. b

Neutra dicuntur verba, quæ nec agunt, nec patiuntur, ut שָׁבַע idest habitare, & manere, נָפַק adhaesit, & similia. Quo fit, ut sicuti transitiua sunt actiua: ita intransitiua & absoluta merito (vti in principio diximus) neutra appellantur. Reperiuntur tamen neutra, in voce actiua, & aliquando in passiuā, semper tamen manent intransitiua, cuius rei exēpla superius sunt adducta.

Porro.

periuntur, manent tamen semper intransitiua.

verbum intransitiuum & verbum transitiuum in vna eademque coniugatione potest reperiri. Ex intransitiuo potest confici transitiuum. a Lib. 3. inst. c. 2. pag. 211. Verba transitiua sunt verba actiua verba passiuā quæ patiuntur. b 2. Reg. 11. 18. Neutra sunt intransitiua & e contra. Neutra in voce actiua & aliquando in passiuā re-

Verba commu-
nia. ^a Psalm. 119.90. ^b Psalm. 37.24. Participia vo-
cis acti-
ue & par-
ticipia vo-
cis passi-
ue quomo-
do signi-
ficent. Verba deponen-
tia quæ dicantur. ^c Esa. 26.3. Verba aliqua
carent partici-
pijs vo-
cis acti-
ue & pas-
siue loco quo-
rum ponuntur
nomina adie-
ctiva.

Porro verba communia sunt, quæ agunt, & patiuntur, ut כִּינִי quod est verbum quadratum, & significat parare aliquem & paratum esse, unde legimus in Psalm. ^a כִּוְנֵה אֶרֶץ idest firmasti seu parasti terram. Et Psalm. ^b à domino gressus viri כִּוְנִי idest parati sunt. Participia vocis actiue uerborum communium, aliquando significant passionem, & è conuerso. Participia uocis passiuæ aliquando significant actionem: ut ex כִּפֵּחַ confidit, sit participium, כִּסִּיחַ idest confisus, qui confidit, ut in Esai. ^c ibi, כִּדְ בִטוּחַ i. in te fedit, quod cum participium passiuum sit, habet significationem actiuam secundum aliquos. Quibus tamen accedit, alia esse apud hebræos uerba, quæ latinorum more, deponentia dicuntur: quippe, quæ habent passiuam, & actiua carent, & nihilominus actionem significant, ut נִשְׁבַּע qui iurauit, & נִוְתַר remansit. Sunt, & alia uerba carentia participijs utriusque uocis tam actiuæ, quàm passiuæ, loco quorum adiectiua nomina ponuntur, ut קָרַב carau, idest accessit, רָחַק rachak, idest recessit, à quibus uerbis derivantur hæc nomina adiectiua, uidelicet à uerbo קָרַב derivatur nomen קָרִיב propinquus, & à uerbo רָחַק derivatur רָחוֹק idest longinquus.

De his,

De his, quæ uerbis accidunt.

Cap. III.



Verbo, sicut & nomini plura accidunt, quorum cognitio ad hanc nostram tractationem per necessaria est. Septem igitur proprietates, uel accidentia uerbo adueniunt nempe.

1. Vox		4. Numerus
2. Modus		5. Genus
3. Tempus		6. Persona.
		7. Coniugatio.

Vox est duplex, actiua, & passiuæ, ut קָרַב, in sitauit, & נִבְרַח, uisitatus est, actiua uox, ab Elia^a parens uocatur, & passiuæ proles ab actiua, tanquam à parente producta & genita. Est tamen, aliqua uox, quæ parēs, & proles (hoc est, actiua, et passiuæ) simul est; ut statim in uerbis, quæ & agunt, & patiuntur uidebimus, & in quarta etiam coniugatione.

Modus in triplici reperitur differentia, nam alius est indicatiuus, alius Imperatiuus, & alius infinitiuus. Indicatiuus apud hebræos non solet nominari, & quando nominatur per præteritum (quod quidem est primum indicatiuum tempus)

X

expli-

Verbo plura accidunt sicut & nomini Septem uerbi accidentia Vox duplex actiua & passiuæ. ^a Elia orat. i. e. lem i. Actiua dicitur parens. Passiuæ proles. Vox aliqua parens & proles simul. Modus triplex indicatiuus, Imperatiuus & infinitiuus. Indicatiuus per præteritum nominatur

Indicati- uus vn- de dica- tur. explicatur. Et dicitur indicatiuus הורה à verbo הורה idest esse. Et syriace indicatiuus derivatur à verbo הורה syriaco, hoc est indicare, seu demonstra- re, unde serpētem (quæ hebraice dicitur nabcase נחש) ipsi syri appellant הורה hoc est nuncius, quo- niam Eua indicavit, nuntiavit q̄ fructum veti- tum, & ipsa Adamo, viro suo. Qua de causa e- tiam ipsam Euam (quam hebraei הורה à vita di- cunt, eo quod sit omnium viventium rationis par- ticipum mater) ipsi syri ab indicando dictam pu- tant, uti placuit Bart. Cephæ in libro de paradi- so, quem diligentissimus Guido Fabritius Bode- rianus in suo syro Chaldaico dictionario probat verbo הורה Verum ipsi non aduertunt tex- tum scripturæ sacræ. ut in Gen. ^b eā appellasse הורה idest Eua, ea de causa, quoniam fuit, vel est ma- ter omnium viventium, siue omnis viventis, quod idem est; idque multum distat à significatione ser- pentis. Quævis Clemens Alexandri. in orat. ad- hortatoria ad grecos pag. 9. referat signum or- giorum Bacchicorum esse, serpentē significatā per Eua, cuius nomē ait hebraice serpentē fœmi- nā significare. Fallitur tamē cū Eua, à viven- do hebraice dicta sit. Vnde non est verū eam di- xi ab indicādo. Nec in Ge. ^c est verbum הורה , sed verbū הורה chaia, quod vivere significat, quia nau- ponitur loco iod, sunt enim litteræ cheui adinuicē

^a Pag. 63
col. 1.
^b Gen. 3.
20.

^c d. ca. 3.
Genf.

permutabiles, ut iam diximus. ^a Nec puto verū, quod quidā dixit, exinde Adā appellasse Eua vi- tam ironice, eo quod ea causa mortis fuerat. Nā scriptura sacra cām impositionis huius noīs, Eua, statim exprimit, quia scilicet mater omnium viue- tium fuit, unde nō est cur aliam cām excogite- mus. Similiter falsum puto asserere, quod Adā iratus cōtra Deum nomē illuduit & ironice Eua imposuerit, eo quod Deus interitū homini inten- tauerit. Nam istud ē est cōtra scripturā, nec est verisimile primū parentē ira cōtra suum Deum qui eū iuste puniebat efferbuisse. Hæc obiter di- cta sint ppter occasiones radicis hui⁹ indicatiui.

Imperatiuus ab hebraeis dicitur הורה à verbo הורה præcipere, iubere, & imperare. Et solet in dupli- ci differētia imperatiu⁹ reperiri. Nā alius est de- precatiuis, ut miserere mei, & exaudi orōnem meā, ^b uerba mea aurib. percipe domine. Alius cō- minatorius, uel ironicus, ut in Eccl. ^c ibi הורה letare iuuenis i adolescentia tua, quasi dicat letare, et uidebis, q̄ tibi in nouissimo tuo eueniēt tibi. Et si- mile est exēplum in ppheta Amos ^d Ingredimini bethel, & puaricamini. Et in Threnis ^e ibi Gau- de, et latare filia Edō, & in Ezech. ^f Nusquisq̄ ad Idola sua ite, & colite & si alij aliter expli- cent, ut uidere poteris apud Pagninum & in thesauro nouissimo uerbo הורה .

X 2 Sed

Litteræ
cheui ad
inuicem
permuta-
biles.
^a Lib. 1.
cap. 7.
Adā ap-
pellasse
Euam vi-
tā ironi-
ce falsū.
Adam i-
ratū con-
tra Deū
Euam à
vita no-
minasse
falsū est.
Impera-
tiuus vn-
de dicat.
Impera-
tiuus du-
plex de-
precati-
uus & co-
minato-
rius aut
ironicus
^b Plal. 4.
2. & 5. 1.
^c Eccl. 1.
11. 9.
^d Am. 4.
4.
^e Thren.
4. 21.
^f Ezech.
20. 39.
^g Lib. 3.
hebraic.
inst. c. 10.
^h Colū.
3023.

Imperati-
us hēt
secundā
personā
dūtaxat
quia de
præsen-
te præci-
pimus li-
cet li-
quando
ad perso-
nam no-
tam diri-
gatur.
a Genes.
27. 27.
b Esai. 40
6. & 35.
3. & 57.
14.
Infiniti-
uus vñ.
c Cap. 2.
Infiniti-
tio nec
genus
nec nu-
merus
tribuit.
Infiniti-
uus pro
gerun-
dio quo
hebræi
carent.
d Lib. 1.
cap. 4.
Lib. 2.
cap. 6. &
lib. 3. ca.
12. Gerundijs, etiam græci carēt. f Cap. 25. Laurētius Valla vti temerarius reprehenditur.

Sed est aduertendum primo, quod imperati-
uus solum secundam personam habet, nec eo tem-
pore utimur in alijs personis, quia tātum de præ-
senti præcipimus, licet aliquando ad quemuis di-
rigatur, & non ad certam personam, ut in Ge.^a
vide odorem filij mei. Et in Esai.^b roborate ma-
nus remissas, & rursus ibi viam facite,
viam facite.

Infinitiuus dicitur קור קור a verbo קור kur, quod
est fodere venam aquæ, & inde קור קור fons, siue
vena, aut origo, & per translationem de infiniti-
uo recte dicitur, quia est fons, & origo omnium
aliorum temporum propter suam indifferētiam,
ut libro præced.^c ostēdimus. Quo fit ut infinitiuo
nec genus, nec numerus tribuatur, sicuti, & ver-
bis, licet ipse infinitiuus pro gerundio (quo hebræi
carēt additis litteris bichlā, de quibus supra^d) sub-
stituatur. Capitur autem pro omni tēpore, ut la-
te tradit Pagn.^e Quibus adde etiam Græcos ge-
rundijs carere pro quibus in infinitiuo, cum arti-
culo funguntur; ut author est Laurētius Valla^f
qui tamen audacter & temere manu, siue potius
linguam mittit, in Mesem alienam, reprehē-
dendo translationem Vulgatam, quam ipse
grammaticus latinus non intellexit quandoque
miratur

12. Gerundijs, etiam græci carēt. f Cap. 25. Laurētius Valla vti temerarius reprehenditur.

miratur eam uti infinitiuus cum litteris bichlā.

Tempora sunt tria præteritum, quod vocant
רעל id est transitum a verbo nbauar רעל transire
quia res transactas, & præteritas significat.

Præsens quod ut iam diximus, est, partici-
pium actiuum. De eo inferius aliqua notanda e-
runt. Circa præteritum vide qua adnotamus in-
ferius^a. Futurū, nuncupant רעל id est paratum
(ut quidam dicunt) sed potius dicitur imminens,
quod huic futuro tempori magis conuenit, et hæc
est una ex significationibus verbi רעל a quo deri-
uatur. Significat enim præparare, instare, &
imminere, ut videbis apud thesaurum lingua
sanctæ verbo רעל.^b

Participium quoque & præsentis tempori in-
dicatio frequentissimè deservire solet, ut in
Psal.^c pro habitās ponitur, qui habitat: Exod.^d
אומרם omerim, id est dicentes pro dicitis, ut ha-
bet Vulga latina. Et ab hebræis רעל benoni, id-
est inter mediū. Dicitur inter medium, quia est
inter præteritum, & futurum. Et deriuatur a
verbo רעל quod est intermediare, distinguere inter
unum, & aliud, ut patet in thes.^e Et est partici-
pium duplex, actiuum, præsens, & partici-
pium præteriti passiui in coniugatione Kal,
quod uocant רעל hoc est participium habitus.

Tempo-
ra tria.
Præsens.
Futurū
vnde.
a Lib. 6.
cap. 3.
b Colū.
2117.
Partici-
pium in
dicatio
tempori
præsentis
deseruit
c Psalm.
91. 1.
d Exod.
5. 17.
Partici-
pium
quare be-
noni di-
catur.
e Pagn.
col. 259.
cum se-
quenti.
Partici-
pium du-
plex acti-
uum siue
præsen-
& passiuū
siue præ-
teritum.

Participiū habent quomodo differant. Participia vna tantum personam habent scilicet absentem nisi cum additur pronomen personae secundae praesentis & pronomen primae loquentis. Participia loco adiectiuorum. Lib. 2. cap. 2. Futurū est radix omnium operationum. Futurū omnium temporum vi-

in passiva uero illius coniugationis kal, quae dicitur niphgal, unum duntaxat reperies participium, benoni dictum, quod licet similitudinem habeat cum participio paul, nihilominus in eo differunt, quod paul coniugationis Kal significat habitum perseverantiamque rei, quae fieri coepit, & adhuc sit. Vt coepit visitare, & modo est visitans, uel uisitare solitus, per modum habitus. Benoni uero niphgal significat per modum actus, ut uisitatus. Vtrumque autem unam tantum personam habet, scilicet absentem, nisi cum additur pronomen personae secundae praesentis. & pronomen primae loquentis pro seipso, ut tu uisitans, ego uisitas, quia tunc alijs personis seruiet. Aliquando autem haec participia sunt loco adiectiui, ut iam tradidimus^a.

Futurum sicut, & praeteritum radix est omnium operationum, ac proinde frequenter in sacra pagina futurum omnium temporum uices supplere solet, ut uidebis inferius. Et late tradunt Pagninus^b & frater Laurentius à willauiensis in suis phrasibus cap. de futurorum. & praeteritorum permixtione. Hae igitur de temporibus aduertere libuit, ne hinc ad sacra studia ieiuni transferemus.

Numeri uerborum duo tantum sunt singularis, &

ces supplet. ^b Cap. 12. pag. 262. ^c Fol. 76. Numerus uerborum duplex.

ris, & pluralis. Quae in re aduertendum est, frequentissime in scriptura pluralcm pro singulari, & e conuerso usurpant, late prosequitur Pagninus^a & frater Willauiensis superius citatus^b etiam uerso.

Similiter genera uerborum sunt duo, masculinum, & femininum (uerborum inquam) excepto infinitiuis, quem diximus supra genere, & numero careisse, & si alij aliter, genera adiungant.

Personae uerborum, tres sunt, tertia, secunda, & prima. Tertiam in primo loco collocant, & ab ea exordiuntur quia à radice uerbi incipiunt. Secundam statim adiungunt quia radici, unam tantum litteram addit, ut בקרה. Post secundam seriatim subsequitur tertia persona, tertium locum sortita, quia duas litteras themati, seu radici uerbi adiungit, ut בקרהי. Tertia igitur dicitur נסתר nistar, idest absens, ut בקרהו uisitauit.

Secunda dicitur נמצא nimza, idest quae praesens inuenitur, ut בקרהו uisitasti. Prima uero dicitur בקרהו בקרהו, idest quae de se loquitur, ut בקרהו uisitauit. Hic autem personarum numerus, ut ex iam superius traditis apertum fit, solum praeteritis & futuris conuenit, nam reliqua

X 4 tem-

Numerus pluralis p singulari & e contra frequentissima in scriptura usurpat. ^a Lib. 2. in st. c. 4. ^b Fol. 142. Genera uerborum duo. Personae uerborum tres, Numerus personarum praeteritis solum & futuris conuenit. Reliqua tempora à futuro & praeterito, unam personam habent.

Omnis tertia p-sona pre-teriti est brevis. Nisi illa habeat soph pa-fuk vel athnak vel Za-cheph Katon. *Psalm. 20.8. Si post tertiam personam sequan-tur di-ctio mo-nosylla-ba aut habens accentu in prima tertia p-sona erit longa. bPsalm. 10.11. cPsalm. 120.20. Omnis secunda & prima persona est pre-teriti sin-gularis cuiuscū

tempora unam duntaxat personam habent. Sciendum tamen est quod omnis tertia persona preteriti, cuiuscunque generis, & numeri, ac con-iugationis communiter est brevis, ut פקד nisi illa tertia persona habuerit soph pasuk, vel ath-nabe, vel Zacheph Katon, quoniam tunc tertia persona etiam pluralis erit longa, & pathach, in singulari atq; sceua in plurali, vertetur in Ka-mets, & וקד idest stetit, & וקדו & ceciderunt ut in Psalm. Et idem si post tertiam personam sequatur dictio monosyllaba, aut loga, videlicet habens accentum in prima syllaba, ut in Psalm. b ibi וקד idest oblitus est Deus, & Psalm. c ibi וקדו misit nex. Præterea notandum, quod omnis secunda, & prima persona preteriti singularis, cuiuscun-que coniugationis & generis, est longa, etiam si memoratos habeat accentus, ut in Psalm. d ibi וקדו idest induisti, & Psalm. e ibi וקדו idest elegi, si vero habuerit vau conuertentem preteritum in futurum, tunc temporis ac-centus ut plurimum erit in ultima, ut in Deu-ter. f ibi ושמע, & audies. et in Exod. g ibi ושמע, & audiam: sed quando ultima radicalis fuerit gutturalis, tunc habebit pathach, ut in

lib. que generis & coniugationis est longa. dPsalm. 104.1. ePsalm. 119.30. fDeuter. 6.3. gExod. 22.27.

lib. Ruth. a & in Esai. b ibi laborasti.

Tertio notandum, quod secunda pluralis semper est brevis, ut פקדו: & tertia etiam fœ. singularis. Sed cum prædictis accentibus ef-ficitur longa, ut וקדו, dereliquit apud Ezech. c & sequete etiam monosyllaba, aut dictione lon-ga, ut וקדו idest quæ sinit lanam Prouer. d & rursus e ibi וקדו plantavit vineam.

Coniugatio dicitur בנין binian, idest adifi-cium à verbo בנה bana, idest adificare; & per-translationem dicitur congregatio quadam tem-porum, & personarum, numerorum, & vo-cum. De numero autem coniugationum nõ mo-dica est controuersia, quam nos in caput sequens aptius transmittimus.

De numero coniugationum. Cap. IIII.



T si iuniores quidam, unicum duntaxat coniugationem proprie esse dicant: verius tamen est uarirose earum ordines re ipsa di-stinctos inueniri. Nam licet in-una coniugationis ratione conueniant, non ideo minus re ipsa proprie differunt. Sicuti, & Leo,

esse, & non vnà tantum contra iuniores verius est.

a Cap.7. vers.8. bCa.47. 12. Omnis secunda pluralis semper est bre-uis. Tertia fœm. breuis. cum di-ctis accē-tibus ef-ficitur longa, & sequete mono-syllaba vel di-ctione longa. eEzech. 23.8. dProuer bio. 31. 13. Ver.16. Cōiuga-tio unde & quo-modo di-catur. Coniu-gationū varios ordines re ipsa di-stinctos

ovis, lupus, & vulpes, quæ licet in unica, & eadem generica animalis ratione consentiant, essentialibus tamen, & proprijs differentijs, proprie distinguuntur. Sed his omiſſis advertendum est, inter veteres, & recentiores grammaticos, non leuem contentionem fore, de ipsarum coniugationum numero. Alijs sex, alijs septem, vel plures constituentibus. Cuius quidem varietatis, & controuersæ summa, in eo versatur, quod passiuam primæ coniugationis, separatam, & distinctam coniugationem constituent. Adijciuntibus præterea, aliam, quam vocant poel, quadratam. Quæ in re his omnibus varietatibus exploris, doctissimo Eliæ Leuitæ adhaerendum puto. Qui in suo electo libello^a satis probat, coniugationem Niphngal esse passiuam primæ, ad eamque primam esse reducendam. Coniugationem autem quadratam ad secundam planè referri. Quem doctissimus noster Martinus Cantapetrensis in suis institutionibus, Montanus quoque, & alij iuniores sequuntur. Quibus addendus est Pagninus, qui^b Thalmudistas, & alios secutus in ea est sententia, ut credat passiuam Niphngal ad primam coniugationem referri debere, & si modernus quidam aliud eidem Pagnino imponant. Nec ad rem facit, quod Niphngal, hoc est passiuam pri-

Contro-
uerſia
de nu-
mero
coniuga-
tionum
in quo
versatur

^a Orat.

1. Elem

1. & ora.

2. elem.

8.

Niphngal

passiuam

esse pri-

ma con-

iugatio-

nis &

pual ad

secundam

coniuga-

tionem de

bere re-

ferri ve-

rius est.

^b Lib. 3.

ca. 4. pa.

224.

ua primæ, & hitbpael habeant imperatiua, quæ passiuis minime conuenire possunt (cum imperare, agere sit non pati) nam ea imperatiua magis actiua, quàm passiuæ significationis sunt.

Vnde iam sine dubio constituendus est quaternarius coniugationum numerus. Et quatuor esse coniugationes post Eliam germanum loco superioris, tradit etiam Ioannes Focensis^a, Alfonso Zamoren.^b & sapientissimus Martinus Cantapretensis, Arias Montanus, Marcus Marinus, & alij iuniores, quos volui in medium adducere, ne ullus sola nostra authoritate hac in re ducatur. Ego vero rematurius cõsiderata, aduerto præcitatos authores in his coniugationibus constituendis, latinarum coniugationum ordinem, & seriem, minime obseruasse: cum latini unicuique verbo, unam tantummodo tribuant coniugationem, ut ex verbis primæ, secundæ, & aliarum coniugationum, eorundem latinorum constat. Et tamen ipsi authores unicuique verbo, quatuor aut sex, aut septem coniugationes adaptant: sicuti verbum pakad nobis ostendit. Quod quidem præmissis omnibus coniugationibus constat. Vnde quidem non latinorum, sed hebræorum ordinem eos seruasse apparet. Quotamen retento ita facile potuissent uerborum coniugationes,

passiuæ
primæ &
quarta
coniuga-
tio hēt
Impera-
tiua li-
cet passi-
uis non
conue-
niant,
quia
magis
actiuæ
quàm pas-
siuæ sig-
nificati-
uæ sunt.
Qua-
tuor cõ-
iugatio-
nes.
^a Lib. 3.
de rudi-
mentis
hebræis
fo. 186.
^b Lib. 2.
cap. 7.

ingationes, sedecim, aut decē et octo, siue uiginti-
 quatuor constituere. Tot namque modis suis in
 cōiugationibus uariare solent. Et eo magis cum
 unumquodque ipsorum, aliqua in re ab alio, in
 sua coniugatione differat. Perfectorum nam-
 que coniugatio ab imperfectis differt; & quie-
 scentia prima, à uerbis quiescentibus secunda,
 & à quiescentibus tertia, & à uerbis compo-
 sitis. Sicque coniugationum numerus iuxta
 uariam hanc variationis uerborum formam,
 in coniugando cōstituere deberent. Quod tamen
 absurdū foret, tot nempe coniugationes cumula-
 re. Quamobrem si proprie hac in re loquendum
 est, rectius & proprius dici posse crediderim;
 omne uerbum quatuor coniugationibus constā-
 re posse; quam uerborum quatuor describere con-
 iugationes, cum hebraei uerborum uarietatem
 in coniugando tantummodo considerauerint.
 Quam quidem binian, id est compositionem, &
 coniugationem in coniugando nuncuparunt. Vn-
 de qui dicit coniugationes uerborum esse qua-
 tuor, dicit, uerba omnia quatuor modis tantum
 coniugari: quod tamen à uero abhorret, cum ua-
 rijs modis ut predictum est, coniugentur. Qui
 uero affirmat, omne uerbum quatuor coniuga-
 tionibus posse constare, unico uerbo quatuor at-
 tribuit

tribuit coniugandi modos.

Quatuor igitur sunt coniugandi modi & for-
 ma, sed earum qualibet duas habet uoces, acti-
 uam, & passiuam. Quamobrem hebraei eas ap-
 pellant שמנה טורים scemona turim, id est octo
 ordines, quorum primus est קל בנין kal, id
 est edificium lene, seu coniugatio, prolatione, &
 scriptura lenis. Dicitur uero lenis, quia in ea non
 est daghesch, nec augmentum litteræ alicuius, præ-
 ter litteras radicales, & deseruientes, ad perso-
 narum numerorum, & generis distinctiones ne-
 cessarias: quod in alijs coniugationibus minime
 cōtingit. Quippe, quia illis, litteræ ה he & מ mem
 non ad præfatum ministerium, sed ad coniuga-
 tionis ipsius notitiam super adduntur. Quo fit, ut
 illarum unaqueque communi nomine appella-
 tur פעל הפיך id est uerbum graue, aut propter
 daghesch, aut propter prædictas litteras he, &
 mem, licet grauis, denominationem; alij solum
 ad secundam referant. Huic actiua coniugatio-
 ni ueluti proles parenti, passiuam coniungitur, qua
 dicitur פעל הפעול habens perpetuo nun, litteram chara-
 cteristicam à capite, uel eius loco punctum da-
 ghesch in prima littera uerbi.

Secunda coniugatio פעל הפעול id est daghescia
 ta: quo-

unaqueque illarum coniugationum. Passiua actiua, uti proles parenti
 cōiungitur. Passiua primæ semper habet nun characteristicum à capite. Se-
 cūda cōiugatio pinghel haddagusc dicitur, quia in actiua & passiuam est da-
 ghesciata.

Quatuor cōiugandi modi quorū quilibet habet duas uoces, actiuam, & passiuam. Ordines octo dicuntur coniugationes quatuor. Prima coniugatio dicitur binian kal, id est lenis. Lenis quare dicitur prima coniugatio. Litteræ ה he & מ mem alijs coniugationibus adduntur ad ipsarum notitiam. Verbum graue dicitur

Coniugatio fecunda habet significationis vehementiam. *ta: quoniam secunda littera, tam in actiua, quã in passiuã habet daghesch, ob significationis, & locutionis vehementiam. Passiuã eius dicitur* *לפגחל* *hipghal.*

Tertia coniugatio dicitur *לפגחל* *hipghil* ab ipsa forma, & est grauis, quia habet he, ut litteram characteristicam, & figuratiuam ipsius coniugationis, & significat fecit facere, eo quod significat actum verbi transire in aliam personam, ut fecit visitare infirmum. Eius passiuã est *לפגחל* *hopghnal* subscripta cum " ut inferius latius dicemus".

Quarta coniugatio est *לפגחל* *qua* *ח ה* *hith* ut peculiare, & proprium signum habet, continens in se actiuam, & passiuam. Vnde duplici munere fungitur, & reciproca est, ob idq; actiua, quã

Passiuã tertie subscribitur cū chareph kamets. *Zamoren.* huic quartã attribuit, in numerum octo vocum minime recensenda est. Quippe quã magis pertinet ad verba imperfecta, quã ad perfecta, & regularia, de quibus in his agimus.

Signum quartã coniugationis, *ח ה* *Ac proinde hac reciproca octauum ordinẽ complet, cum prædictis sex coniugationibus. Enumeratis namque passiuis sunt octo, quia hac vltima duplicem numerum complectitur, & idem est dicere, esse quatuor coniugationes, et esse octo ordi-*

Coniugationem actiuam & passiuam, & ideo dicitur reciproca. Octo ordines, & quatuor coniugationes idem est.

Coniugatio fecunda habet significationis vehementiam.
Tertia coniugatio dicitur hipghil ab ipsa forma.
hipghil ab ipsa forma.
Chara-teristica tertie coniugationis.
Coniugatio ter-
tia signi-
ficat fecit face-
re.
Passiuã tertie subscribitur cū chareph kamets.
Signum quartã coniugationis, ח ה
Coniugatio quarta habet duplicem significacionem actiuam & passiuam, & ideo dicitur reciproca.

ordines. Licet autem ordine naturali aliter ordinari deberent, uti Pagninus ostendit, tamen communis gramaticorum traditio prædictũ ordinem communiter sequitur. Imitantur namq; ordinem illum, qui Gen. b describitur siquidem ibi verba iuxta hunc coniugationis, & distributionis ordinem ponuntur. Quamobrem is ordo etiam à nobis amplectendus est; sed tamen prius admoneamus vocem passiuam secundæ coniugationis, & passiuã etiam tertie ac quartæ, authore Zamoren. non esse multum frequentes, & visitatas in sacra scriptura. Et præterea aduertendum ex duabus coniugationibus aliqua verba, aliquãdo composita reperiri, ut inferius videbimus, et colliges ex Psal. d *ירדף* *iradof*, id est persequatur, quod verbum *iradof*, est tertia persona singularis futuri posita pro imperatio, & componitur ex futuro primæ coniugationis vocis actiue, hoc est *ירדף*, & ex futuro secundæ coniugationis eiusdẽ singularis vocis, hoc est *ירדף*: nam punctus chirek sub iod positus, & vaucholem post dalet h sunt primæ coniugationis, sed patach litteræ dalet h subscriptus, & daghesch in littera dalet h positus, sunt secundæ coniugationis.

Eadem

coniugationis. Pathach sub dalet h & daghesch in littera dalet h sunt secundæ coniugationis.

a lib. 3. cap. 3.
b Gen. 1. 1.
Ordo coniugationis quomodo ordinatur à gramaticis.
Voces passiuę secundę coniugationis & tertie & quartæ, nõ sunt frequentes in scriptura.
Verba ex duobus coniugationibus composita reperiri.
c lib. 5. cap. 11. d Psal. 7. 6.
Punctus chirek sub iod, & vaucholem post dalet h sunt primæ coniugationis.

Num. 1.47.
Verba compo-
sita ex
duobus
tempo-
ribus.
Ezech. 8. 10.

Eadem cōpositio reperitur in voce passiva, ut in lib. Num. ^aibi התפקרו othpachedu, ubi he est subscripta Kamets, cū tertia cōiugationis sit, & ponitur tau qui est quarta. Reperiuntur praterea verba cōposita ex duobus tēporibus, ut apud Ezech. ^bibi משתחווים id est adorabant, uel incuruabant se, quæ compositio est ex praterito, et presente uocis passivæ, quartæ cōiugationis: quia prima littera מ est participij presentis, & n est prateriti. Ex his igitur omnibus sequens tabella cōficitur.

Duplex vox.		
Passiua verbi	פעול	Actiua verbi.
Modus.		
Indicatiuus.	הוה	
Imperatiuus.	צווי	
Infinitiuus.	מקור	
Tempus.		
Præteritum	עבר	
Participium	בינוני	
Futurum.	עתיד	
Participium habitus.	פעול	
Numerus.		
Singularis.	לשון יחיד	

Plura-

Pluralis.	לשון רבים
Persona.	
Tertia persona, abfens	נכתר
Secunda persona, inuenta.	נמצא
Prima, de se loquēs.	מדרב בערו
Genus.	
Genus masculinum	לשון זכר
Genus foemineum.	לשון נקבה
Coniugationes perfectæ quatuor.	
Prima actiua.	
Panghal actiua	פעל vel קל
Niphngal eius pas.	נפעל
Secunda.	
Pinghel haddagufca actiua.	פעל הדגוש
Punghal passiua secundæ	פעל
Hiphngal tertia	הפעיל
Hophngal passiua tertiæ	הפעל
Hithpanghel.	התפעל

Y De for-

De forma primæ coniugationis. Cap. V.

Coniugatio prima continet verba intransitiva & absoluta siue neutra.

Coniugatio prima continet verba partim transitiva, partim intransitiva.

Verba partim transitiva partim neutra siue neutra reperiuntur in una eademque significatione non est novum

Exod. 10. 5. Eccles. 2. 6. Iudic. 5. 22. Prou. 23. 35. Pagni. capit. 2. pag. 112.



Prima coniugatio regularis siue *leu*em continet significationem; ut in precedentibus dictum est. Continet etiam verba absoluta, siue intransitiva, aut

neutra, quorum quidem operatio manet in operante, ut *stetit*. Continet etiam verba, partim transitiva, seu activa, ut *audivit*: & partim intransitiva seu neutra. In una & eadem coniugatione verba transitiva, & intransitiva reperiri non est insolitum, cum id passim ex scriptura sacra lectione constet, ut in Exod. *legimus, ibi corrodet omne lignum, quod germinat in agris, quo in loco verbum id est germinat est intransitivum; & illud idem in libro Eccl. est transitivum, ibi id est germinantem ligna. Vtrobique tamen verbum est huius primæ coniugationis. Et idem patet in libro Iudic. ubi id est contrita sunt, intransitivam habet significationem: & Prouer. idem verbum id est contriverunt me, est transitivum. Eius radix est id est conterere, quod quidem ad primam coniugationem pertinet. Alia exempla pete à Pagni. ubi tamen monet, quod*

quod inuento verbo intransitivo huius coniugationis, non est opus formare transitivum in eadem coniugatione, cum possit illud formari in secunda, aut tertia coniugatione.

Transitiva huius coniugationis in secunda, eadem retenta significatione, vehementiam, & frequentiam significant; ut patet in Exod. *ibi ego ipse* id est *ejicio in kal.* Et Exod. *ibi, in manu robusta* id est *ejiciet eos, cuius thema est prima coniugationis, est significatio transitiva; & idem in secunda sine significationis mutatione, & cum maiori vehementia ponitur. Eadem tamen verba, in tertia coniugatione, sunt in tertium transitiva; ut in Cant. *ibi manus mea* id est *distillaverunt, scilicet mirram, & in tertia coniugatione id est stillabunt montes. Ham. verbum igitur id est stillare prima coniugationis transitivum, in tertia coniugatione absque mutatione significationis est transitivum in tertium. Similiter verbum transitivum id est *comedit, in prima ut in Ezech. id est comede volumen: in tertia vero significat comedere fecit, ut in eodem loco id est comedere me fecit volumen.***

Intransitiva, propria, sunt huius primæ coniugationis

ptis quæ inveniuntur in secunda.

Transitiva prima in secunda coniugatione non amittunt suam naturam, licet vehementiam & frequentiam significant.

Exod. 34. 11. Exod. 6. 1. Verba transitiva, in tertia coniugatione sunt in tertium transitiva.

Cant. 5. 5. Ham. 2. 13. Ezech. 3. 1. Intransitiva propria sunt huius coniugationis primæ, paucis exce-

• Pagin. 226. Intransitiua prima & intransitiua secunda & transitiva quo differat. Coniugatio prima hēt tres formas. siue tres terminationes. Prima terminatio prima & pathach in secunda Secunda terminatio prima & coniuugationis in secunda li-
tera hēt tſere. Secunda terminatio huius formae i secunda & prima persona reuertitur ad terminationem primae formae. Tertia forma huius coniuugationis definit in y. vau cholem in omnibus personis praeterquam in ter-

gationis, paucis exceptis, quae inueniuntur in secunda, secundum Pagninum loco praecitato differunt autem intransitiua secunda, et tertia coniugationis, ab intransitiuis prima, quia in his duabus coniugationibus, Actio uehemens, & frequens atque celeris significatur.

Præterea hac prima coniugatio regularis in præterito habet tres formas, siue tres terminationes. Prima littera semper habet Kamets, secunda aliquando pathach & est prima terminatio, & communissima, ut קָרָא. Aliquando habet in secunda littera tſere, & est secunda terminatio, seu definitia, quae quidem, post Benoni seu participium, non amplius seruit. Sed est aduertendum quod quando præteritum huius primae coniugationis habet Kamets, & tſere, iuxta secundam formam, statim in secunda persona adsumit modum variandi primae terminationis, ut יָבִיא. id est aruit; in secunda & prima persona format, in hunc modum יָבִיאַת יָבִיאַסְתָּ. In quibus personis reuertitur ad formam primae terminationis.

Tertia vero forma, quae habet Kamets & cholem, seruat cholem in omnibus personis, nisi in tertia plurali masculina, & tertia singulari feminina, in quibus loco cholem habent sceua, ut יָבִיאוּ.

personae reuertitur ad terminationem primae formae. Tertia forma huius coniuugationis definit in y. vau cholem in omnibus personis praeterquam in ter-

ut יָבִיאוּ potuit יָבִיאוּת יָבִיאוּת in tertia plurali יָבִיאוּ in tertia femina יָבִיאוּ.

Si autem verbum definit in tau, ad efficiendam primam & secundam personam, non additur aliud tau: sed unum tantum ponitur cum daghesc loco alterius tau amissi, ut שָׁבַת שָׁבַת.

Quando thema verbi definit secundo modo, id est in prima habet Kamets, et in secunda tſere, idem est præteritum, & participium: ut יָבִיאַרְוִית in præterito: & יָבִיאַרְוִית arescens in participio. Verba quae terminantur in cholem in themate, quae sunt verba tertia terminationis, carēt participio. Seruit tamen illis præteritum pro participio, ut in Ierem. a ibi, וְכִיד אֲשֶׁר אָתָּה יָגֹר מִפְּנֵיהֶם, & in manu quorum tu formidās à facie eorū, ubi vulgata ait, In manu quorum tu formidās faciem. Sed non est hic prætereundū, quod omnes primae personae cuiuscunque verbi, coniugationis, & numeri, atq; pronominum: & omnes tertiae personae pluralis, præteritorum, sunt communis generis. Et ita ultra duo genera verborū superius signata; Mascul. et Fem. hoc tertium genus est addendū. Nec ulla ulterius inuenitur varietas in his tribus primae huius coniugationis terminationibus, ergo ipsius exempla tradamus.

Y B Prima
lius. Præteritum pro participio, & aliquando futurum.

Verbū definit in ת in prima et secunda quae ex se habet ת nō recipiatur aliud, sed ponitur tantum daghesc in eodē ת Præteritum, & participium in hac prima coniugatione idem sūt quando thema verbi definit secundo modo. a Ierem. 22. 25. Participio carent verba primae coniugationis i tertia terminatione seu forma il-

<i>Prima coniugatio regularis</i> פעל קל seu קל		
<i>Præteritum</i> עבר .		
<i>Fœmininum.</i>		<i>Masculinum.</i>
פְּקְרָה פְּקְרָה	Visitavit. Visitauisti Visitauit Visitauerunt Visitauistis Visitauimus	פָּקַד פְּקַדְתָּ פְּקַדְתִּי פְּקַדוּ פְּקַדְתֶּם פְּקַדְנוּ
<i>Participium</i> בְּיָנֹכִי .		
פּוֹקְרָה vel פּוֹקְרָה פּוֹקְרוֹת	Visitans Visitantes	פּוֹקֵד פּוֹקְדִים
פְּעוּל		
<i>Hoc participium, quãuis sit ex verbis actiuis, secundum omnes grammaticos; quia tamẽ habet passiuã significationẽ, verbis passiuis illud adiungem² in fine cuiuslibet coniugationis.</i>		
<i>Futurum</i> עָתִיד		
<i>In futuris omnibus, latinorum morem seruabimus, ut facilior sit inflexio.</i>		
תְּפַקְרִי תְּפַקְדוּ	Visitabo Visitabis Visitabit	אֶפְקֹד אֹו אֶפְקֹדָה תְּפַקְדוּ יְפַקְדוּ
<i>Pluralis.</i>		
Visitabimus.		נְפַקְדוּ אֹו נְפַקְדוּהָ

<i>Fœmininum</i>		<i>Masculinum</i>
תְּפַקְדוּנָה תְּפַקְדוּנָה	Visitabitis Visitabunt	תְּפַקְדוּ יְפַקְדוּ

Habet etiam futurum istud hanc formam Alia forma huius futuri. *Notandum autem primam litteram thematicam habere sceua, & secundam habere cholem: & habere præterea litteras accidentales additas, יָהוּ, et ban. Quarum prima segol,* Litteræ accidentales huius futuri quomodo subscribantur. *reliquæ accidentales chirek. Aliquando tamen prima accidentalis aleph habet chirek, ut alia et si rarissime, ut in Ezech. ^a ibi, אֶשְׁפֹּט iudicabor. In secunda autem coniugatione aleph cum pathach, alia accidentales cum sceua ponuntur. In tertia vero coniugatione omnes cum pathach, & in eius passiuã omnes cum chataph Kamets. In quarta autem ut in prima.*

Secundo notandũ illam formã futuri, nempe Ephcheda forma futuri ubi & quando inueniatur. *אֶפְקֹדָה minime inueniri in verbis finitis in he, in alijs tamẽ omnibus verbis, in prima persona utriusq; numeri, singularis & pluralis aliquando additur he, præcedẽte kamets, ut אֶפְקֹד אֹו אֶפְקֹדָה נְפַקְדוּ אֹו נְפַקְדוּהָ*

<i>Imperatiuum</i> צוּ .		
פְּקְרִי	Visita	פְּקֹד אֹו פְּקֹדָה

Imperatiuus in omnibus a ctiuis formatur à secunda persona futuri ablato tau.	Fœmininum		Masculin.
	פְּקוּרְנָה	Vifitate	פְּקוּרָה

Formatur imperatiuus in omnibus a ctiuis à secunda persona futuri ablato tau, ut a פְּקוּרָה dices פְּקוּרָה.

Hæc forma פְּקוּרָה, solet in fine recipere הּ he præcedente Kamets, & tunc transmutat puncta, ut פְּקוּרָה ut in Psalm. a ibi נְפִישִׁי שְׁמְרָה נְפִישִׁי custodi animam meam.

Alia forma פְּקוּרָה tantum inuenitur in verbis neutris, & in his quæ secundo, aut tertio loco habent gutturalem; cum admittit he præcedente kamets, formatur sic פְּקוּרָה ut in Psalm. b ibi שְׁמְעָה יְהוָה יְהוָה idest exaudi domine.

Infinitiuus פְּקוּרָה		
Vifitare	פְּקוּרָה אוּ	פְּקוּרָה
In vifitando	פְּקוּרָה	פְּקוּרָה
Sicut vifitare	פְּקוּרָה	פְּקוּרָה
Ad vifitandum	פְּקוּרָה	פְּקוּרָה
A vifitando	פְּקוּרָה	פְּקוּרָה

Circa infinitiuum aduertendum, quod semper est idem cum imperatiuo, in omnibus coniugationibus tam a ctiuis, quam passiuis, ut vides in for-

Infinitiuus idem cum impera. in omnibus coniugationib.

in forma ipsius. Cui tamen infinitiuo adduntur litteræ accidentales כְּכֵלִים de quibus supra meminimus. a Omnes tamen in coniugatione Kal subscribuntur cū chirek: & sic formatur gerundia, ut in proposito exēplo, in omnibus alijs coniugationibus cum sceua, & mem, aliquando cum tsere, quando incipit à gutturali.

Cap. 3. & lib. 1. cap. 4.

Passiua primæ נִפְעַל		
Fœm. נִפְקַרְתָּ נִפְקַרְתְּ	Præteritum עָבַר Vifitatus fuit Vifitatus fuisti Vifitatus fui.	Masc. נִפְקַרְתָּ נִפְקַרְתָּ נִפְקַרְתִּי
Plurale.		
	Vifitati fuerunt Vifitati fuistis Vifitati fuimus.	נִפְקַרְוּ נִפְקַרְתֶּם נִפְקַרְנוּ
Particip. בְּיָנוּי		
נִפְקַרְתָּ אוּ נִפְקַרְתְּ נִפְקַרְתֶּם	Vifitatus Vifitati.	נִפְקַרְתָּ נִפְקַרְתֶּם
	Futurum עָתִיד Vifitabor	Masc. אֶפְקַרְ אוּ אֶפְקַרְתָּ Fœm.

Participium fit in omnibus passiuis à præterito, solo pathac secunda litteræ in kamets mutato.

Participium in omnibus passiuis fit à præterito mutato pathach i kamets

Imperatiuū habet (ola hęc passua prima. Imperatiuū huus passua formatur à secunda persona futuri in hebraico etiam in Imperatiuis actiuis tertia, & quarta habet locum at in alijs formet à secunda futuri ablato Imperatiua huus passua, & quarta quoque coniugationis sunt potius significatiōis actiua, quā passua.

Fœmininum		Masculinum	
תִּפְקְדִי	Visitaberis	תִּפְקֵד	
תִּפְקְדִי	Visitabitur	יִפְקֵד	
<i>Pluraliter.</i>			
	Visitabimur	נִפְקְדוּ אֲנִי	
תִּפְקְדֶנָּה	Visitabimini	נִפְקְדֶנָּה	
תִּפְקְדֶנָּה	Visitabuntur	יִפְקְדוּ	
<i>Imperatiuum צווי.</i>			
הִפְקְדִי	Visitare aut visitatus sis	הִפְקֵד	
הִפְקְדֶנָּה	Visitamini aut visitati sitis	הִפְקְדוּ	

Sola hac passua habet imperatiuum, & formatur à secunda futuri, tau in hebraico. Similiter etiam formatur imperatiuus actiua tertia, & quarta; licet imperatiuus huius prima coniugationis actiua formetur à secunda futuri ablato tau, ut ibi diximus. Sed est aduertendum, quòd imperatiuus huius passua, prima & quarta etiam coniugationis (ut iam diximus) sunt potius actiua, quā passua significatiōis, eo quod imperare agere sit, ut optime aduertit magister Martinus Martineſ Cantapretensis in suis instit. hebraic. ^a post Pagninum loco superiuri ^b.
 Infini-

^a pag. 50. ^b lib. 3. pag. 218.

Infinitiuus פִּקֹּר.		
Visitari	הִפְקֹר	
Dum visitaretur	כִּהִפְקֹר	
Cum visitaretur	כִּהִפְקֹר	
Vt Visitaretur	לִהִפְקֹר	
A Visitari	מִהִפְקֹר	

Participio habitus siue פעיל carēt omnia verba passua. Sed quia hoc participium habet significationem passua, ut superius diximus, illud verborum passuis adiunximus. פעיל
 פִּקֹּר פִּקֹּרָה visitatus, visitata.
 פִּקֹּרִים פִּקֹּרוֹת visitati visitata.

De forma secundæ coniugationis.

Cap. VI.



Coniugatio hæc, ut capite quarto diximus, dicitur פִּיגְהֵל pighel hadagusc; quoniã daghesciata est, habet enim daghesc in media littera radice, tã actiua, quã passua, non quidẽ ut suppleat iociosum, quod ibi poni deberet post punctũ chirek, ut opinatus est Pagninus. Sed ut naturalis illius vehemẽtia demonstratur, ut docent omnes. Alij dicunt eam abruptam siue non liberã, pronunciationem habere propter daghesc. Pro memoriali explicatione circa ipsam secundam coniugationem notanda sunt sequentia.

Primo, quòd verba neutra in prima coniugatione

Coniugatio secunda dicitur daghesciata, ut naturalis illius vehemẽtia ostendatur. lib. 3. cap. 37.

Verba intransi-
tiva in
prima
hic & in
tertia,
sunt tra-
nsitiua.
lib. 3.
c. 2. pag.
210.
Intransi-
tiva pri-
mae di-
stant ab
intransi-
tuis se-
cunda.
Leuit.
13. 37.
Ezech.
16. 7.
Thren.
4. 7.
Esai. 1.
18.
Coniu-
gatio se-
cunda ali-
quando
habet si-
gnifica-
tionem ter-
tia.
Thema
verbi pri-
me & se-
cunde co-
iugatio-
nis ali-
quando
est com-
mune & in utraque transitiuum.

gatione, hic & in hiphil, sunt in secundum vel tertium transitiua, ut verbum גמחא ghamad, id est stetit. In hac secunda erit actiuum, & significat constituere, siue stare facere, vide Pagni.^a

Quarto, est ^h הָא הַתִּימָה אוֹ הַשְּׂאֵלָה hoc est. He ^{Ca} Admirandi, vel interrogādi. Communiter scribitur cū chateph Pathach, ut ^{no.} הָלֵא nonne, ³⁸ הַמְּבִלִי

Numquid nō est Deus in Israel? ut in lib. Reg. ^g Praepositur indifferēter nominib^o & verbis, ut ^g הֲיִשְׁבָּה עֵץ אֲסָאִין An sit in ea arbor, an nō? vulgata. Nemorosa an absq; arborib^o. vid. superi^o. ^h

Cum nomen incipit à Scheua, et cum est ante gutturales litteras, ^h הַ habet Pathach. ^h הַרְרָה An fausta precatio una (duntaxat) est tibi mi pater? ⁱ הָאִישׁ הָעֶבֶר An vir, an seruus?

seruus?

Quinto, est ^h הָא הַקְרִיָּה He vocantis, sed raro, & habet Pathach. sequente Daghesc.

^h הַקְהֵל הַקָּה אַחַת Congregatio, lex una. s. erit. ^a Num. 15.15. vulgata unum praeceptum erit.

Sexto, est ^h הַ confirmatiuum si ei addatur ^b לֵא לֵא ut ^b הָלֵא nonne.

Septimo, à fronte constituit Hiphhil, & Hophhal, & Imp. & infini. Niphal.

Octauo, à Calce notat genus fœmineum. ^h הַאִשָּׁה mulier.

Nono, est affixum tertiae personae sing. fœm. precedēte camez et ipsa cū pūcto Mappik, aut ^h הַ habet. & praecedit Seghol, Chirek, aut Scirek ut ^h הַמְּעֵתָה lacryma eius fœm. ^h אֲהַבֵּיהֶם Amatores eius, scilicet mulieris.

Decimo, à fine est constituens nomina, ut ^h ad finem. ^h הַמְּקָנָה possessio, ^h הַמְּעֵשָׂה opus, licet in his potius videatur esse de radice verborum ^h הַמְּקָנָה possedit, et ^h הַמְּעֵשָׂה fecit. In alijs constituit nomina fœminina, ut ^h הַחֲכָמָה sapientia, ^h הַגְּדוּלָה Magna.

Vndecimo, Additum ad finem nominum, si ^h Significat in fine Motu ad locum. ^h הַמְּעֵלָה מי יעלה השמימה Quis ascendet in caelum. ^c הַמְּצַרִּימָה I bimus in Aegyptum ^h דְּמָה ^c Deut. 30.12. ^h הַמְּקָרְבָה וְהַמְּפָנָה וְהַמְּנַגְבָה ad Occidentem, Orientem, ^h Aqu-

gutturalis scribitur *vau* cum kamets, quia, nempe iungitur prateritis verborum quiescentium, & duplicantiu ngain, ut patet in Deut. ^a ibi ^a Deut. 22.21. ^b Esai. 6. ^c Prou. 24.26. ^d Genes. 1.2. ^e Genes. 1.1. ^f Exod. 12.12. *וְיָמְתָה* & moritura, *אֵי מוֹת*; et in Esa. ^b *וְיָשָׁב* & conuertatur à verbo *שׁוּב*; & Prou. ^c *וְיָקָם* & surget. In verbis autem perfectis *vau* non recipit kamets, ne puncta multiplicentur.

Duo nomina cõ iuncta cū sunt, *vau* hêt pathach ^d Genes. 1.2. ^e Genes. 1.1. Quando coniuguntur duo nomina, & ultimum est monosyllabum, aut productum, idest habens accentum in prima, *vau* habet kamets, ut *וְיָבֹהוּ וְיָבֹהוּ* inane, & vacuum. Gen. ^d *וְיָרָץ* ^e Calum & terra. Genes. ^e

Cum dictionibus *אֱלֹהִים* Deus, *יְהוָה* Dominus, facit *יְהוָה* i. nō ne: & potest esse aduerbium interrogandi, ut *וְיָלֵא* nunquid non? & *וְיֵלֵא* nunquid Deus? *וְיֵאָרְבֵי* nunquid dominus?

Vau cõuerfiuū quomodo subscibat. Secundo, est *vau* *הַפּוּךְ* habippuch, idest cõuersuum, conuertens prateritum in futurū, & futurū in prateritū. Quādo coniungitur tertia, et secunda persona prateriti cuiuscunq; coniugationis quocūq; puncto vocali subscibatur, vertit prateritū in futurum, ut *וְיִשְׁמֵר* & custodiet, & *וְיִמְחָה* & delebit *וְיַעֲבֹדְתֶם* et seruietis, quod etiā locum obtinet, etiam si adiungatur prima persona prateriti singularis habentis accentum in ultima syllaba, ut Exod. ^f *וְיַעֲבֹדְתִי* & transibo.

Secus

Secus vero si secunda radicalis huius prima persona prateriti habeat accentum, quia tunc non vertet prateritum in futurum, ut Hof. ^a ^a Hof. 12.12. *וְיִדְבַרְתִּי* & loquutus sum. Aduertendum tamen regulam hanc de conuersione prateriti in futurum quando *vau* coniungitur secunda & tertia persona prateriti, non esse perpetuo certā, cum saepe reperiatur *vau* adiunctum tertijs personis prateritorum: & tamen non est conuersiuum, ut in Genes. ^b *וְיִלְדוּ* & genuerunt, & in Iosue ^c *וְיִתְקַעוּ* & clangxerunt, vulgata, personabant: idem est enim personare buc cinis, quod clangere. *Vau* autem adiunctum quibuscunq; personis futuri, cuiuscunq; coniugationis, et irregularis cum pathac subscriptum, vertit futurum in prateritum, ut *וְיַעֲנֵנִי* & respondit mihi. Si sequatur Iod cum sceua quiescit sceua, ut *וְיִתְקַבֵּר* & coniunxit, ubi sceua quiescit Iod enim profertur. *Tau* vero & nun accidentales littera futuri, tunc temporis daghesciantur. Item quando *Vau* habet post se litteralem gutturalem punctatur kamets, & signum est quod futurum vertitur in prateritum, ut Zach. ^d *וְיָשׁוּב וְיָשׁוּב* & conuersus sum ^d Zach. 6.1. & 5.1. *וְיֵלְאִי*, secus vero si prima accidentalis futuri sit cum chateph pathach, quia tūc licet *vau*

TT 2 sub-

Subscribatur cum pathach, non ideo erit conuer-
suum, sed copulatiuum, ut patet Iob. ^a ibi וַיִּשְׁלַח יְהוָה
*Iob. 37 33-
idest docebo te sapientiam. Porro cum vau ad-
iungitur imperatiuo, subscribitur cum sceua, ut
וְשׁוּבָה? & reuertere.

Vau in medio.

Vau in medio.

Tertio, in medio dictionis, si in primo loco sit
cum cholem, constituit participium presentis in
prima coniugatione בּוֹרֵא creans וְרֹאֶה videns:
cum sciurek, constituit pabul, ut בְּרוּא creatus,
aut futurum, imperatiuum, & infinitiuum, ut
אֲקוּם surgam קוּם surge, & קוּם surgere.

Nomi-
adiec-
tiua & sub-
stantiua
hrentia
vau cū
sciurek
aut s cho-
lem.
vau in fi-
ne.

Sunt aliqua nomina adiectiua, & substāti-
ua habentia vau cum sciurek, aut hcolem inter
extremitates suas, ut גְּדוֹל magnus בְּבוֹר gloria
וְרַחוּם misericors גְּבוּל terminus.

Vau in fine.

Quarto, Vau in fine bis, aut ter est radica-
le, תְּהוּוֹ בְּהוּוֹ אָחוּ Inane, vacuum, pratum.

Quinto, cum hcolem, aut sine puncto, est af-
fixum tertie personæ singularis. Si precedat
Iod, est pluralis numeri, ut נַפְשׁוֹ anima eius
וַיִּשְׁלַח יְהוָה saluauit eum וְדַבְּרֵי uerba eius.

Initio

ב

Initio est aduerbium וְדַבְּרֵי id est similitudinis Chaph
וְהָיָה כְּעָם כְּכֹהֵן כְּעֹבֵד כְּאֲדָנָיו Esai. ^a & erit sicut po-
Auer-
biū simi-
litudi-
nis.
^a Esa. 24
pulus, sic sacerdos, sicut seruus, sic dominus eius.
Vide infra ^b de aduerbijs similitudinis.

Secundo, est numeri, aut coniectura signū, ^{22.}
deductum utrumq; ex בְּבוֹ, aut בְּפִה, cum est si- ^b cap. 7.
Caph si-
gnū Nu-
meriaut
meriaut
conie-
ctura.
ut בְּאֲרָבַעַיִם אֶלֶף Iosu. ^c Circiter quadraginta
millia uirorum עַל פְּנֵי הָאָרֶץ ferè duobus
cubits super faciem terra. Num. ^d & Iud. ^e 13.
Aliquādo recipit affixa, ut in lib. Reg. ^f ibi: Sic ^{11.31.}
ut ego sic tu, & sic de alijs personis. Duo uero ^e Iud. 3.
chaphim adiunguntur, ut in Gene. ^{3.} ibi sicut tu, ^{29.}
sicut Pharao, idest tu es sicut Pharao, et ille si- ^{22.4.}
cut tu. tu es sicut ego, & ego sicut tu. Vid. etiā ^{44.18.}
Gene. ^h ibi Sicut iustus, sicut impius, idest iu- ^h Gene.
stus, ut impius, & impius, ut iustus, uide Pa- ^{18.25.}
gninum ⁱ Reliqua dicemus inferius, de pūctua- ⁱ lib. 1.
tione harum litterarum. suarū in
stitutio.
cap. 17.
pag. 41.

Tertio ex וְיָזַב sic detruncato, remanet וְ quan-
do est aduerbium temporis, uel affirmandi, &
significat Vere, tunc, pro sensus commoditate.

ב à fine.

Quarto, in fine est pronomem secunda perso-
TT 3 na
Caph à
fine.

na cum camez masculina singularis, cum scena feminina singularis, ut כחסיך מיסררה miserere mei iuxta misericordiam tuam. וישך Vir tuus, ò mulier.

Lamed licet sit articulo datiu aliqui tñ pro genituo explicatur.

^a Psal. 3. vers. 8.

^b Psal. 24 & nobis 23. vers. 1.

Seruit semper in dictionis initio, & est articulus datiu ופרו לאלהינו אמרו lehelobenu, ante Deo nostro in datiuo, licet, quādo nominibus authorū et possessorum præfigitur, et alibi etiam iuxta sensus exigentiam, pro genituo explicanda sit ut psalmo tertio in titulo פומור לדור Psal. Dauidi, seu ipsius Dauidis; & in eod. Psal. ^a ibi ליהוה הישועה Laihoua haiesciugha; idest domini est salus & Psal. ^b ibi ליהוה הארץ laiouah haaret idest domini est terra. Vnde cōfirmatur Euthymij et græcorum sententia affirmantiū; psalmos omnes esse Dauid, & non aliorum, cui subscribunt, Aug. Hilarius, Magister sententiarum & Matthias Bredemachus in psalmis, tit. de authoribus psalmorū. Quibus adiunge Reuerendum patrē Minoritanū theologum, Richardū Senomanū in præfatione ad cōmentariā psal. Magisteri: ubi Aug. cum D. Hiero. cōcordare nititur. Nec obest si pro eo quod in hebreo est in genituo לדוד le dauid, ipsius Dauid, græci vertāt Δαuidος τοσ δαβιδ latine in datiuo, ipsi David

David. Nam illa inscriptio solum significat psalmos ipsius David, utpote ab ipso cōscriptos, traditos tamen alijs cantoribus suis, quos ex tribu leui selectos habebat, eidem dauid ab illis Cantoribus oblatos postea: uti Euthymius in princ. Psal. pag. 17. dixit, quem Brademachus loco citato sequitur. Præterea huic axiomati aliud etiam consequitur, nempe articulu lamed aliquādo causam materialē denotare, secundū paginum ^a libro suarū institutionum, uti patet in Exodo ^b ibi לנחש lenachasc, idest in serpentē. unde Sep. τὸ εἰς οὐδὲν ἄλλοδς in Salomonem Psalmus, non quod psalmus fuerit Salomonis, ab ipsoq; cōfectus, sed quia in Salomonē verum Christum, cuius ille Salamon rex pacis, typum gerebat: omnino tēdit. Vid. euthymiu et alios nuper citatos. Vnde etiam colliges Psal. ^c Dixit dominus ab ipso David fuisse cōscriptū, uti ibi speciatim aduertit Reuerēdus pater Religionis exemplo, scripturarum cognitione, & legendi labore assiduis Frater Marcellinus euangelista Aracali theologus. Et aliquando etiam lamed pro accusatiuo ponitur, ut in lib. Reg. ^d לואבנר occiderunt Abner, quo loco lamed est articulus ^e qui est articulus significans accusatiuum, ut diximus supra. ^e

^a lib. 1. cap. 19. ^b cap. 4. Exod. 11 vers. 3.

^c Psalm. 109. Dixit Dominus, vel 110.

^d 2. Reg. 3. 30.

^e lib. 2. cap. 11.

Lamed valet p-
prapositione.
a Eccle.
3.18.

Secundo, valet pro prepositione, ad, in, aut pro שׁ id est eo quod, ut לעולם in seculum, למצא ad inueniendum Eccl. a לךם הלהים quod creauit, vel elegit eos Deus. Vel ut probaret eos Deus; tunc enim ubi lamed preponitur. verbo ברה composito cum pronomine, accipitur pro quod, vel ut. Et cum verbis iungitur, & numeratur inter litteras Biclam.

Beth, se
per a ca
pite ser
uit.

Semper à capite, & nullo alio in loco seruilis est, siue ablatiui articulus sit in nominibus, siue in verbis, Significat, in, cum, vel explicanda pro sensus diuersitate, & opportunitate ut בבית in domo בבא in ueniendo, seu dum ueniret באדם cum homine בסדר Vsque ad Calos misericordia tua, vel in calis, seu cum calis. Psalm. b

b Psal.
36.6.

De punctuatione harum trium litterarum. כלב

Litteræ caleb nō
admittunt post
se he no
tificationem.

Recipiunt eodem modo puncta hæ tres litteræ Caleb; & primum in illis aduertendum, est, quod non admittunt post se הדיעה he notionis, sed fit syncopa reiecto he, & ipsius puncto collocato sub Caleb, ut pro כהן fit כהן sicut sacerdos, pro בבית fit בבית in domo pro

pro להאדם dicitur לאדם homini, aut ad hominē, & pro בהבים behachis dicimus בבים bacchis, & pro בהסוס behasus. Dicimus, באסוס basus, & pro בהבעס behacchahas, dicimus בבסס bacchahas, hoc est (ut hebraei eorum usurpant prouerbio) in ipsa crumena, in ipso equo, in ipsa ira: (supple) ingenium hominis agnoscitur. Præterea ubi punctuatur hæ littera cum kamets ante gutturales, signum est, ibi contineri ה demonstratiuum, siue gutturales habeant chateph pathach siue chateph segol, ut in Canti. a & in Prouer. b & idem si habeant pathach sequente daghesc. Prosequere cum Isac. c & Pagnino, d ubi plura de punctuatione harum litterarum. Adde etiam quæ scripsimus supra e de daghesc forti in fine.

a Canti.
5. ver. 15
b Pro. 1.
verf. 20.
c Isac. li.
1. suę
gramm.
in fine.
d lib. 1.
cap. 17.
& seq.
e lib. 1.
cap. 16.

Cæterum, ut ea facilius & compendiosius intelligas, hoc schema ob oculos ponito.

כלב Cum sceua semper כדור לדור כדור Vt David, Davidi, in Davide.

Si sequatur sceua habent כדורי לדברי כדורי כדורי ut verbū meū, Verbo meo, in verbo meo, etiam si littera sceuata sit gutturalis, uti diximus supra f & in lib. Tobia. g

f lib. 1.
cap. 14.
verf. 2.
g lib. 1.
Tobia.

Si sequatur Iod sceuatum.

Iod

Iod silet, & littera כלב notantur hcirec, ut ביהודה ליהודה כיהודה sicut Iuda, Iuda, in Iuda.

Ante litteram daghesciatam, habet patach, ut המלך Rex.

Littera כלב ante gutturales habent camets, ut באיש idest ut vir.

Littera כלב Sequentibus אהחע cum chateph, patach habent pathach, ut בעבדים ut serui לעבדים seruis בעבדים in seruis

Et cum chateph segol, habent Segol, ut באויל ut stultus, לאויל stulto, באויל in stulto.

Excipe ארני אלהים & ארני cum quibus adsumunt tsere, et patach, ut באלהים in Deo. Lammed cum verbo אמר habet tsere, ut לאמר pro ad dicendum.

De syllabis seruilibus.
Cap. X.

Sed ut Nihil intactum remaneat, postquam de litteris seruiantibus egimus superest, ut de syllabis ministrantibus tractemus, cum quibus huic libro finis imponatur.

את

את

את igitur in principio est articulus separatus accusatiuo seruiens, semper habet segol, aliquando vero tsere, ut iam diximus. Valet etiam, Cum, sed tunc non est articulus, & nunquam cum alia dictione componitur, sed solum cum affixis, de qua compositione supra cum de affixione nulla אתי mecum אתו secum, actum est.

Articulus את separatus lib. 2. cap. 11.

cap. 8.

הת

הת Signum reciprocum, constituens quartam coniugationem Hithpael גלה reuelauit התגלה reuelauit se ipsum, aut reuelatus est à se ipso.

hith. Signum reciprocum.

ים

ים. Nota pluralis masculini, ut ex sing. בן i. filius in plurali בני filij. Dualia vero, numerum dualem, siue pluralem (nam idem in illis est) faciunt: in ain, Ut רגל pes רגלים pedes. Regimen utrorumque desinit eodem modo excluso mem, & pro hcirec locatur Zere, ut בני אדם filij hominum, sic רגלי שור pedes bouis.

Nota pluralis im-

ות

ות Plurale femininum, ut רוח spiritus רוחות spiritus mater אמות matres. Sunt tamen quadam eteroclitica, quae cum sint masculina habent.

Deth plurale faem.

§94 DE SYLLABIS SERVILIBVS.
bent plurale fœmineum, & fœminina masculinum, ut אב אבות pater, patres, & תבואה triticum תבואות tritica.

כָּם
 Seruit
 adfixis
 plurali-
 bus.

כָּם *Seruit affixis pluralibus secunda personæ masculina, & cū nun, fœminina, ut אלהים Deus vester, בעליכון mariti vestri & mulieres.*

הָם
 Secūda
 plural.

הָם *Secunda, pluralis masculini præteriti in verbis, cum nun, fœminea, ut שמרתם custodistis & viri שמרתן custodistis & vos mulieres.*

הֵם
 Adfixū
 Masculinum.

הֵם *Adfixum plurale masculinum tertia personæ, & cum nun, fœmininum, ut אלהיהם Deus eorum אבותיהן patres earum: si scribatur seiuncta à nomine habet Zere, ut הם ipsi: recipit paragogen he, præcedente kamets, ut הנהם & הנהם ipsi, ipsa, singularia sunt הוא & היא ipse, ipsa.*

Psal.
 28.8.

^b Psal.
 58.5.

Exod.
 15.15.

^a Psa. 8;
 12. & 14

וְאוֹ *I dem valet aliquando quod mem finale, aut הם os eorum plural. Psal. ^a ibi fortitudo eis, ubi amen vulgatus noster melius trãstulit fortitudo plebis suæ. Psal. etiam ^b ibi venenum illis, vulgatus furor illis. & Exod. ^c ibi apprehēdet eos tremor, vulgata, robustos Moab obtinuit tremor, & sic etiam Psal. ^d cum enim*

ם sit

ם sit, nota pluralis & vau singularis, ideo fit ut et aliquando ponatur pro tertia persona singulari, ut Iob. ^a ibi super eum ubi et vulgata in singulari trãstulit, et in Iob. ^b ibi super se, et vulgata et singularem personam notat. Quo sensu debet omnino accipi in singulari למו lamo, positum in Esa. ^c ibi plaga ei, Vulgata percussit eum; ut intelligamus prophetam ibi loqui de Christo; de quo Cypria. ^d & ceteri catholici accipiunt. Quidquid Rabini hallucinētur & Forerius scribat. ^e

^a Iob. 20
 23.

^b Iob. 22
 2.

^c Esa. 53
 ver. 8.

^d lib. 2.
 aduers.
 Iudæos

nu. 15.

pa. 359.

d. cap.
 53. nu. 8

הוֹ *Affigitur tertia masculina singulari, ut הללוהו laudate eum, cum scribitur seiunctum, habet aleph, ut הוא ipse.*

נו

נו *Absque daghesc, constituit primam pluralem præteriti, detruncatum ex אנונו nos, ut שמרנו custodimus שמרתנו custodisti nos לחמנו panis noster. Cum daghesc, est tertia masc, ut אנדלנו magnificabo eum.*

Prima
 persona
 præteri-
 ti plura-
 lis.

נה

נה *Cum daghesc, valet eam, ei, ut שמרנה custodiam eam, absq; daghesc, secundam, & tertiam pluralem fœmininam futuri, & secundam pluralem Imperatiui constituit, ut שמרנה custodietis, vel custodient שמרנה custodite.*

תי Cor-

ת

Prima
sing. pre-
teriti.

Constituit primam singularem prateriti
שְׁכַרְתִּי *custodui*, aliquando in affixione est pro-
nomen primæ personæ, sed tunc tau erat, he, &
ex affixione mutatum est in tau, quod solum
in femininis desinentibus in, he, contingit, ut
הַרְפָּה opprobrium, הַרְפָּתִי opprobrium meum.

נ

Prono-
men pri-
mæ per-
sonæ in
verbis.
a Psal.
21.1.

Pronomen primæ personæ in verbis, valet
mibi, me, ut לְמַה עָזַבְתָּנִי in Psal. a cur dereliqui-
sti me.

Hæc igitur, Sexto huic Libro finem imponant,
in quo quidem, nihil, quod ad clariorem huius
globi canonum lingua sanctæ elucidationē con-
ducebat prætermissum est. Cuius tamen labo-
ris & diligentia, Laus omnis, honor, & gloria,
illi soli tribuenda est, cui ipsa in Cælis & in ter-
ris tribuitur: Nempe Patri et Filio & Spiritui
sancto: sanctissimæ Trinitati individueq; uni-
tati Amen.

ו

וְגוֹ'ס

FINIS.

LIBER

LIBER SEPTIMVS

DE ABBREVIATURIS

HEBRÆORVM.

Quas נֹטְרִיקוֹן Notericon, siue ראשי תיבות, rasce-
theuoth Vocant, idest Abbreviaturas,
siue litteram pro parte in capi-
tibus dictionum.

Cap. I.



Notarum, seu Abbreviationum
usum antiquissimum fore, & à
veteribus satis quidem usitatū,
non solum ex Epiphanio, Orige-
ne, & alijs veterum translatio-
num authoribus, tam Grecis, quã Latinis con-
stat: sed & ex Platone, & alijs, quos optime col-
legit Reuerendus Pater Frater Sixtus Senēsis,
in sua Bibliotheca sancta^a. Eas vero in præ-
sentiarum transcribere, non est necesse, & si ho-
die in sacris Biblijs nõ reperiatur. Præculū autē
antiquitus erat litterã aliquam ex libris sacris
subtrahere, nisi in sacro Dei nomine, quod reue-
rentia gratia, tribus vel quatuor iohim signifi-
cabant, ut inferius videbimus, ^b Alphabeticò ^b cap. 1.
tamen

^a lib 3.
de expo-
sitione
notari-
ca Me-
thodo
septimo

tamen ordine copiose & dilucidè colligã omnes alias Abbreviationes, quibus Rabbini in suis Commentarijs utuntur: ut qui eos confutandi gratia perlegerint, nõ multum in ipsis percipiendis laborent. Et si pro puro hebraismo discendo, nec illa, nec Rabbinoꝝ cõmentaria, (ut Ioannes Frosterus ostendit in præfa. dictionarij) necessaria sunt. Primo igitur aduertendũ tria hæc puncta: .: admodũ segol superposita litteris, dici, scialosc necuddoth, idest tria puncta, quæ apud expositores hebræos significant talẽ litterã dictio-
nem per se cõficere, ut רבִּיִּם Rabim, idest multi, Resc. significat Romanos, Beth, Babilonicos, Iod, Ieuanim, idest Græcos, mem Medos, hi sunt inimici, qui insurrexerũt aduersum Israe-
lis populum, authore Sixto loco superiori. Apponunt autem duo puncta, seu duas virgulas, præsertim nominibus proprijs. Præterea notandum, quod in principijs librorũ Impressorum, aliquando ponitur numerus anni abbreviatus, iuxta annum numeri parui. Qui numerus paruus est quando non apponitur Millenarius, ut verbi gratia, Anno 304. & non M.ccc. iij. ut inferius in littera lamed videbis. Item notãdũ has omnes abbreviaturas in duplici reperiri differentia: Nam quadam sunt impropie, ut
quan-

Rabim
quid si-
gnificet

quãdo ultima littera dictionis truncatur, signata penultima, virgula supra erecta signum est quod debet suppleri alia littera, ut אַנְשֵׁיִם anasci pro אַנְשֵׁיִם anascim .i. viri & מַלְכָּה pro מַלְכָּה malcha regina, in quibus nulla ẽ difficultas cum ex tenore scripturæ littera abiecta facile deprehendi possit. Abbreviaturæ vero proprie sunt, in quibus singula littera singulas designat dictiones, et vocantur rasce tevoth .i. capita dictionum.

De Littera Aleph. Cap. II.

א

In numeris notandis facit unum, et 1000. cum duobus punctis superius positus, ut א, vel cũ virgula inferius, ut א. Significat etiam אהה .i. unã, et aliquãdo אמר .i. dixit. Præterea, significat unũ, de nominibꝫ diuinis, nepe אדוני adonai et ponitur pro magno nomine quadrilittero איהוה idest, unum in ore, & unum, in corde.

איהוה

valet, אבִי וְאִמִּי זְכוֹרֵנוּ לְבְרָכָה, idest, dominus meus pater meus, cuius memoria sit in benedictione, hoc est, quem felix faustumque sit nominasse.

אמן

Duplex aleph significat אמן אמן Amen Amẽ. Aliquando אבִי אֱדוֹנִי idest, Dominus meus,

VV pater

pater me⁹. Aliquādo significat אומר אם si dixerō.
Et aliquādo אומר אני ego dico. Aliquando vero
significat אי אפשר nō est possibile, ut cum dicitur
אין להשיג כבוד .i. impossibile est ut apprehēdas
gloriam Dei. Aliquando אומר tu dicis.

אבה
ideft, אומר ברוך הוא, אבה
Dixit benedictus ipse sci-
licet Deus.

אאכ
ideft, quod אלא אם כן
Nisi quod sic.

אאעה
ideft, אומר אברהם עליו השלום,
Dixit Abraham
super eum pax.

אאכ
ideft, ארני אביכם,
Domin⁹ meus pater vester.

אב
In Masforeth significat ביתא אלהא
ideft, Al-
phabetū et adiunctis. בן בב Significat, alpha-
betum ex binis, sicut cum notat in aliquo ver-
siculo omnes contineri litteras scribunt, in ver-
siculo אב ideft, אות בנבוכו
ideft, alphabetum in
ore eius.

אב אב אב
ideft, אחד בתורה אחד בנביאים אחד בכתובים,
unū
in lege, unū in Prophetis, et unum in Psalmis,
vel Hageographis.

אב
Significat אות בנבוכו
contineri omnes litteras
alphabeti, ut iam diximus.

אז
ideft, אומר זה, אומר זה
Dixit Iste, significat etiā זה
si hoc est.

אזל
ideft, אומר זכרם לברכה,
Dixerunt, qui recorda-
ti sint in benedictione.

אדעה
valet, אומר דוד עליו השלום,
ideft, Dixit David
super eum pax, hoc est placide requiescat.

אאעה
valet, אומר אברהם עליו השלום,
ideft dixit Abra-
ham, qui est in pace, id quod apud nos dici solet
felicis recordationis, vel bonæ memoriæ.

אה
Significat אפילו זה, אה
hoc est etiā num, ad huc.

אה
pro, אחד vel אחת, אה
.i. unus vel una, vel unū
in neutro, & significat et אחר
ideft postea.

אב
ideft, אם כן, אב
Si ita est, & deseruit pro particu-
la dativa Ergo Igitur. Significat etiā אחר כן .i.
Postea & sic, accipiēda abbreviatio hac ex posi-
ta in Cōmentarijs Chimbci, in Ioelem Prophe-
tam.

אחכ
ideft, אחר כן, אחכ
Post hoc, & Postea.

אחול
Pro אומר חכמים זכרונם לברכה .i. dixerunt sa-
pientes quorum memoria est in benedictione.

^{אמן} Amen ^{אמן} כן יהי רצון ^{אמן} sic sit beneplacitum, sic libeat domino, quod est confirmatis, & optantis.

Pro ^א ארץ ישראל idest, terra Israel & cum literis seruilibus, ^א באי in terra Israel, & ^א לאי ad terram Israel.

Pro ^{איה} אם יעזור ^{איה} idest, si Iuuerit dominus.

idest, ^א אמר לו Dixit ei, aliquando pro ^א אמרו להם idest, dixerunt illis.

idest, ^{אמ} ארץ מצרים terra Aegypti. Massoritis significat ^{אמ} אחד מלא unum plenum, quod dicitur ubi littera *Vau*, vel *Iod* exprimitur.

idest, ^{אמ} אמר חלום Job. Prouerbia, & psalterium. Quando vero praedictis tribus litteris adduntur ^{אמ} אחר מלא aliquid significat, ut videbis in Synonymo chaldaico ^{אמ} Dictionario Boderiani. ^{אמ} a fol. 9. col. 3.

idest, ^{אמ} אחד מלא אחר חסר Alterum perfectum, alterum vero Imperfectum.

Vide supra. ^{אמ}

idest, ^{אמ} אם נאמר Si dixerimus.

^{אמ}

Pro ^{אנך} אנך ^{אנך} Vnchelos Chaldeus, Interpres Pentateuci longe Illustris Filius (ut Fabritius dicit) cuiusdam sororis Titi Imperatoris, et aliqui contra normam grammaticalem, quia nominibus proprijs non potest addi he, & apponunt sic ^{אנך} האנך Ille Vnchelos, vel il Vnchelos, ut si dicamus il Aristotel, Il Platon.

idest, ^{אנך} אוריתא נביאים כתובים Lex Prophetarum, & Psalmi.

idest, ^{אסך} אהנח סוף פסוק Athmahc Soph Passuk.

idest, ^{אבן} אבן עזרא Aben Ezra, ex genere Ezra insignis Rabbini Hispanus in genere Philosophia exercitatus.

idest, ^{אבן} אבן עזרא נוחו ערו Aben Ezra requies eius Paradisus.

idest, ^{אעפ} אף על פי Licet, Quamuis. Adicitur aliquando caph in fine pro ^{אעפ} אעפב i. quauis ita sit

idest, ^{אפ} אפס Non.

idest, ^{אעפ} אף על גב licet. Quamuis.

idest, ^{אפ} אפשר Possibile est, sed ^{אפ} אפיע non est rasce tenoth

VV 3 Nec

Nec אָפּ pro אָפּס idest nihil quum in his solū ultima tollatur littera.

idest, אָפּ אָכתיב קשה, אָפּ cum וּאָו, אָפּ significat, אָפּ scriptum est durum, quia aliquando difficile ex scriptura obijcitur.

Ponitur etiam pro אָפּר אָמר hoc est dixit textus, vel dicit scriptura. Appellāt talmudisti textum אָפּר אָ לקרא à lectione. Inde אָפּר אָים secta hebraeorum.

אָר idest, אָמר רבני, hoc est dixit magister.

אָרובל idest, אָמר רבני יהושע בן לוי, Dixit magister Iesus filius Levi.

אָרלל idest, אָמרו רבותינו זכרונם לברכה, Dixerūt magistri nostri, memoria eorum in benedictione.

אָשעה idest, אָמר שלמה עליו השלום, Dixit Solomon si per eum pax.

אָת idest, אָם האמר, Si dixeris.

De Incipientia à ב. Cap. III.

Littera haec significat in numeris duo, אָפּ cū duobus

duobus punctis sic superpositis בּ וּ vel וּirgula, אָ significat 2000.

בּא idest, בית אב, Domus patris, seu significat cognationem, ponitur etiā pro בּאָתָר idest in uno, vel in primo.

בּאָתבש Hic primum בּא est seruire; per hanc dictionē beahbasc intelligimus, cōversionem oppositam litterarum alphabeti, de qua diximus supra. ^a lib. 7. ^a cap. 10.

בּב idest, בבית, In domo, אָ in Talmud Valet בּבאָ פּוּרְתָא Portā postrema, est nomē tractatus.

בּג idest, בשלשה, In tribus, quia ג significat tria.

בּגה idest, בגבורתני, idest, cum auxilio domini.

בּגה idest, בגזרת האל, i. ex decreto, seu dispositione dei, vide infra בּגז.

בּד idest, בית דין, Domus Iudicij, vel Iudicis.

בּדא idest, בקרי דברים אמורים, quibus, vel quilibus verbis dicta sunt.

בּדה idest, בדברי הימים, in verbis dierum hoc VV 4 est

est in lib. Paralipomenon.

valet, ^{כה} ביאור הפלה, idest, expositio dictionis.
 valet etiã quod ^{כה} בית הכנסת .i. synagoga, schola,
 locus ubi congregatio populi conuenit, item
 בית הלל familia hillel, viri cuiusdam calebris.

idest, ^{כה} בית המקדש, domus sanctuarij idest, tē-
 plum, ponitur etiã pro ^{כה} בעל הבית Dominus domus.

idest, ^{כה} ברוך הוא, Benedictus ipse.

idest, ^{כה} בעזרת האל, Cum auxilio Dei.

idest, ^{כו} בשר ודם, Caro & sanguis .i. Homo mor-
 talis, quãdoq; scribitur cū iod, & idē significat.

valet, ^{כה} בעלי חיים, .i. animãtia prãdita vita, ali-
 quando scribitur sic ^{כה} בעה & cum he, sic הבעה

Valet in decimo, ^{כי} valet בית idest domus,
 cum simplici virgula.

valet, ^{כילאון} ברוך יהוה לעולם אמן ואמן, .i. laudetur do-
 minus in æternum amen, & Amen.

valet ^{כמש} במלות שונות, .i. cū varijs dictionib; qua
 abbreviatur a frequentissimã utitur David. K.

in

in comment. super prophetas.

valet, ^{בנלך} ברוך נוחן לעוף כח, .i. benedictus qui dat
 lasso virtutem, qui versiculus scribi solet ab he-
 brais in fine librorum, & scribitur Esai. ^a Esa. 40

valet, ^{בעהו} בענין הוה, idest, in negotio isto.

idest, ^{בר} בר רבי, Filius Rabbi.

idest, ^{בר} בראשית רבה, Genesis Magna, et est liber
 scriptus super genesim.

idest, ^{ברה} בראש השנה, In capite anni.

valet, ^{ברול} במאמר רבותינו וברוכים לברכה, .i. in ser-
 mone magistrorum nostrorum quorum memo-
 ria in benedictione est.

idest, ^{בש} בית שמאי, Domus Sammai, siue schola
 Same, vel Samai sapientis et calebris cuiusdã
 viri Talmudici apud hebræos.

De Incipientibus à ; Cap. III.

; In numeris valet 3. & cū punctis super-
 positis, vel virgula recta subtus posita, valet
 3000. Vt ; & ; נה

^{גה}
ideft, גיהנם *Infernus.*

^{גו}
ideft, גם זה, *etiam hoc.*

^{גו}
ideft, גזירה, *Sententia.*

^{גכ}
ideft, גם כן, *etiam sic.*

^{גמ}
ideft, גיא מטריא, *Correctio abscindita, nomen
litterarum, de qua supra lib. 7. diximus. cap. 9.*

^{גנה}
Significat tres partes Cabbala, quas appel-
lant גיבטריא תמורה נוטריקון

^{גע}
ideft, גן עדן, *Hortus deliciarum, (sue Para-
disus, vel Ghilui ngbar aitob, ideft detectio tur-
pitudinum.*

^{גש}
ideft, גזירה שוה, *Sententia aequalis, vel similis.*

De incipientibus. à ד Cap. IIII.

ד Daleth valet 4. Et cum punctis superpo-
sitis ד, vel cum virgula ד, valet 4000.

דא

^{לא}
ideft, דבר אחר, *Verbum aliud, (sue alia Glo-
sa, aut expositio.*

^{לבם}
ideft, דבבא מציעא, *Porta prima.*

^{לה}
ideft, דברי המחבר, *Verba auctoris.*

^{לה}
ideft, דברי הימים, *Verba dierum.*

^{לה}
ideft, דברי הכותב, *Verba scriptoris.*

^{לו}
ideft, דבר זה, *Res, vel verbum hoc.*

^{לה}
ideft, דברי חכמים, *Verba sapientium.*

^{לי}
ideft, דבר יהוה, *Verbum Domini.*

^{למ}
ideft, דרך משל, *Via exempli, vel parabola,
vel similitudinis.*

^{לכ}
ideft, דרך כלל, *Via uniuersalis.*

^{לעה}
ideft, דוד עליו השלום, *David super eum pax.*

^{לר}
ideft, דברי רבי, *Verba magistri.*

^{דחול}
idest, ^{דחול} דרשו רבוחינו זכרונם לברכה *explicauerūt magistri nostri, memoria eorū in benedictione.*

^{דש}
idest, ^{דש} דברי שלום *Verba pacis.*

^{דה}
idest, ^{דה} דברי הורה *Verba legis.*

De incipientibus. à littera ה Cap. V.

Littera hac significat quinque; Et cum punctis superpositis valet 5000. Significat etiam nomen Dei, vide Syrochaldaicum.

^{האע}
idest, ^{האע} החכם אבן עזרא *Sapiēs ipse Aben Ezra*

^{הכה}
idest, ^{הכה} הקדוש ברוך הוא *Sanctus Benedictus ipse.*

^{הה}
valet, ^{הה} הוא הדין *idest idem iudicium, est* ^{הה} *valet* ^{הה} הספר הזה *idest, liber iste, Et ponitur pro* ^{הה} *הספר הראשון idest liber primus.*

^{ההד}
idest, ^{ההד} הוא דכתיב *Ipsum quod scriptum ē*
Et etiam

Et etiam iuxta quod diximus.

^{הילל}
idest, ^{הילל} היה לו לומר *Erat sibi dicendum, seu fuerat ei dicendum.*

^{הו}
idest, ^{הו} היא הווא *Ipsa. Ipsa.*

^{הכב}
idest, ^{הכב} הכבד *Grave.*

^{המ}
idest, ^{המ} הני מילי *Hac verba, vel isti sermones.*

^{המרא}
idest, ^{המרא} היה מה דאמר *Iuxta illud quod dixit.*

^{הנ}
idest, ^{הנ} הכי נמי *Sic etiam.*

^{הנב}
idest, ^{הנב} הנביא *Propheta ille.*

^{הנל}
valet, ^{הנל} הנוכח למעלה *idest, commemoratum est supra.*

^{הנר}
valet, ^{הנר} הנריב רבי *idest Ingenuus, seu liberalis Magister.*

^{הנע}
idest, ^{הנע} הפועל *Verbum.*

^{הק}
valet, ^{הק} הקדוש *Sanctus ipse sanctus Deus.*

הראנע

^{הראב"ע}
ideft, הרב רבי אברהם בן עזרא, *Magister Abraham filius Ezra.*

^{הרד"ק}
ideft, הרב רבי דוד קמחי, *Doctifsimus magifter David Chimhici.*

^{הרמב"ם}
ideft, הרב רבי משה בר מימון, *Magifter Mofe filius Maimon.*

^{הרמב"ן}
ideft, הרב רבינו משה בר נחמן, *Doctifsimus magifter Mofes, filius Nechman.*

^{הראב"ד}
ideft, הרב רבי אברהם בר דוד, *Doctifsimus magifter Abraham filius David.*

^{הרא"ש}
ideft, הרב רבי אשר, *Doctifsimus magifter Afer.*

^{הרבי"ע}
ideft, הרב רבינו יעקב, *Doctifsimus Magifter Iacob.*

^{הר"ת}
ideft, הרב רבינו תום, *Doctifsimus magifter Tam.*

^{הש"ל}
valet, השם יתעלה, *ideft, Deus qui exaltetur item השם יתברך, Deus qui benedictus fit. Sic loquitur*

quitur de Deo cum illius mentionem faciunt. De viris sanctis loquitur ut videbis infra.

De Incipientia à ו. Cap. VI.

Numeris facit sex, & in millenarijs cum punctis superpositis facit 6000.

^{ובכ"א}
ideft, ויבבל אחר, *in uno quoque.*

^{וגו}
aliquando scribitur ויגו, cuius integrum est & וגומר. *c. Quando scilicet versus aliquis rescinditur & non integre profertur. subiungitur. וגו. quod significat proprie; & perfice.*

^{והה}
valet, והיינוהך, *ideft, hoc est illud sic dicunt quod ipsum est, & והיינו, ideft, quod est.*

^{וה"ל}
valet, והיינו לברי, *ideft, satis est intelligenti.*

^{ו"ל}
Valet, ויש לפרש, *Et potest exponi. vel ויש לומר, Et potest dici.*

^ל
pro, ולמד, & docuit, & ולמד, & dicendum.

Et est dicendum. Sic respondent, cum argu-
mentum obiectum solvunt.

^{וכתי}
idest, וכן הרגם ינתן, ita exposuit Ionathas.

^{ויש}
idest, יש מפרשים, Sunt glosatores, vel sunt qui
exponunt.

^{ויא}
idest, יש אומרים, Et sunt dicentes idest, sunt
qui hoc modo et sentiant ex loquantur.

^{ווש}
idest, וזהו שאמר, Et hoc est quod dixit

^{ויה}
idest, וינתן הרגם, Ionathas exposuit.

^{וכל}
idest, וכלי, cetera, et reliqua.

^{ויצע}
valet, ויצרר עין, hoc est indiget consideratione.

De Incipientibus à Zain. Cap. VII.

I N numeris facit 7. Et in milliarijs
cum punctis 7000.

^{וא}
idest, וזה אומר : זה אומר, Iste dixit.

^{וב}
valet, ובין כמה, idest quando, quo tempore.

זה

^{וזה}
idest, זה הדבר, Hoc verbum.

^{ונכ}
idest, זה גם כן, hoc etiam sic.

^{ול}
idest, וכוז לברכה, Memoria eius in benedi-
ctione, vel in numero multitudinis, memoria
eorum; et significat etiam לשונו, hac lingua,
vel sermo eius.

^{וצול}
idest, זכר צדיק ורעו לברכה, Memoria iusti, et
seminis eius in benedictione.

^{וזה}
idest, זה שאמר הכתוב, Hoc est, quod dixit
scriptura.

De incipientibus à H Cap. VIII.

H N numeris facit 8. Et in milliarijs
facit 8000. cum punctis superpositis.

^{והו}
idest, חס ושלום, Misericordia, et
pax, vel parce et pax. Sic loquuntur cum men-
tionem faciunt alicuius rei absurde.

XX

הו

^{חול}
valet, ^{חול} חכמינו וזכרונם לברכה, hoc est Sapiētes nostros quorum memoria in benedictione est.

^{חלב}
valet, ^{חלב} חרם לזרים בנחש, hoc est Anathema, seu prohibitio sit alienis iuxta serpentem. Quia verborum forma cum excommunicant utuntur.

^{חס}
idest, ^{חס} חסר או חסרים, Defectivus, & defectiva, quod dicitur, cum dictione aliqua, qua in scriptura debebat alias habere Iod, vel Van, vel he, & haberet tantum puncta eorum, ut ^{חס} חסר pro מארות luminaria, & ^{חס} חסר pro גערה puella, quod non vacat mysterio.

De Incipientibus à ט Cap. IX.

^ט
Igitur de illa ^ט טא מספר השעה אין בה אלא מספר השעה Non est in ea nisi numerus novem. Igitur in numeris facit 9. & in miliarijs 9000. nec, per se aliud significat.

De

De Incipientibus à י Cap. X.

^{יא}
idest, ^{יא} יש אומרים, Sunt dicentes, idest sunt qui dicunt. Aliquando Dominus Deus.

^{יה}
idest, ^{יה} יום הכפורים, dies expiationum idest, pardonum.

^{יז}
valet, ^{יז} יש לומר, Est dicendum, & ^{יז} יש להקשות, idest est ad arguendum, & ^{יז} יש לשאול, idest, est ad querendum, et ^{יז} יש לתרוץ, idest, est ad satisfaciendum.

^{יט}
idest, ^{יט} יום טוב, Dies bonus, vocant dies bonos solemnitates, quas habent per annum prater sabbatum, quas etiam appellant alio nomine ^{יט} מועדים moghadim.

^{יב}
valet, ^{יב} יש מפרשים, hoc est sunt qui exponunt, vel interpretantur.

^{יג}
valet, ^{יג} יצא מן הכלל, idest, exiit ex ordine.

^{יד}
valet, ^{יד} ישמרהו צורנו, hoc est custodiat eum creator noster.

XX 2

valet idem quod שמרה צורנו ויחיהו ^{נצו} idest, cu-
stodiat eum creator noster & vivificet eum.

idest, ינתן תרגם, ית ^{ית} Ionathan interpretatus est.

Cum apice est יתברך ^{ית} benedicatur, vel יתעלה ^{ית}
exaltetur, qua divino nomini adiungi solent.

idest, יתקק ^{יתקק} Esaias, duode-
cim propheta minores, thren. Ecclesiastes. Li-
brum quibus reperitur ultimus versiculus.

idest, ירה ^{ירה} extollatur altitudo maie-
statis eius, vel sublimitas magnificentia eius.
Sic loquuntur de principibus & sublimib' viris.

valet, ית ^{יש} hoc est deleatur nomen eius,
capitur autem pro ישראל. Israel.

De incipientibus à כ Cap. XI.

נ Numeris facit 20. & caph finalis

נ 500. ^{נא} idest, כל אשר ^{נא} nisi, sed. Et כ ^{נא}
unusquisque, & est idem quod כ ^{נא}
idest

idest, quemadmodum.

idest, כהן גדול ^כ Summus sacerdos, et כנסת גדולה ^כ
Sinagoga magna.

Viginti quatuor. ^{כד}

valet, כמו דאמר ^{כד} idest, sicut dixit capitur, et iā
pro כל דבר ^{כד} idest, omne verbum.

valet, כמה דאת אמר ^{כדא} idest, secundum quod tu
dicis, alij exponunt in hunc modum כמה דאומר ^{כדא}
idest, secundum id quod ait.

idest, כה ^{כה} Sic est. Ita se habet.

Viginti quinque. Iste vero viginti quinque
littere, sunt illa, qua cōtinētur in illo Cātico Moi-
si, ^{שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד} Deut. 6.
Audi Israel Dominus (Tetragramaton) ^{De-} 7.
us noster, Deus, unus est, et appellatur iste ver-
sus hasce 25. litteras cōtinens, versus unionis,
quia misterium unitatis Dei continet.

valet, כהא ^{כהא} idest, sic ipse dixit.

XX 3 כהג

^{כהג}
valet, ^{כהג} כהי גונא significat ad hunc modum, et cum ^{והג} וזהג & id genus. Etiam reperitur ^{כהאי גונא} כהאי גונא significat, hoc modo. Item ^{כהוג} כהוג pro ^{כהוג} כהוג ut decet, & ^{כהוג} כהוג ut par est.

^{כו}
ideft, ^{כו} כו totum istud, omnia ista.

^{כז}
ideft, ^{כז} כז Vsq̄ adeo, in tatum, cum ^{כז} כז sic scribitur, ^{כז} כז, ^{כז} כז, significat & omnia huiusmodi. In ^{כז} כז valet ^{כז} כז vel ^{כז} כז scribuntur, sic.

^{כח}
valet, ^{כח} כח vel ^{כח} כח idest, omnis lingua.

^{כט}
Cum virgula supra Lamed tantum, valet ^{כט} כט idest omnia, ut cum dicunt. ^{כט} כט idest, ^{כט} כט omnia sunt deficientia, & significat etiam ^{כט} כט totum ipsum.

^ל
ideft, ^ל ל Gloria celsitudinis.

^ל
ideft, ^ל ל Gloria celsitudinis Rabbi

^ל
ideft, ^ל ל Gloria celsitudinis magi-

magistri, magistri nostri.

^{כמט}
valet, ^{כמט} כמט idest, secundum quod dixit.

^{כק}
ideft, ^{כק} כק Tota scriptura.

^{כש}
Pro ^{כש} כש Quanto magis.

^{כשא}
valet, idem quod ^{כשא} כשא idest, secundum quod dixisti, & ^{כשא} כשא quando cum mem, ut supra.

^{כת}
valet, ^{כת} כת idest, scriptum est vel ^{כת} כת scri- ptura.

De Incipientibus à .y Cap. XII.

^ל
N numeris valet triginta ponitur etiam pro ^ל ל idest non est alibi, sed ut evitent confusionem solent ^ל ל Commentatores ubi trigiesies dictionem significari volunt, integrum littera romen, ad marginem notare sic, ^ל ל

^ל
valet, ^ל ל idest, lingua alia, expositio alia, & etiam pro lingua germanica ^ל ל
XX 4 ל

ideft, ^{לא} לארץ ישראל, *In, vel ad terram Israel.*

ideft, ^{לד} ליה דכותיה, *est similis illi.*

Pro ^{להד} להדבר דזכה *cui rei aſimiliatur?*

valet, ^{לזא} לזה אפר, *propterea dixit, vel ob id ait.*

valet, ^{ליש} לישראל, *ideft, Israeli additur etiam nonnunquam.* ר

ideft, ^{לכא} לכך אפר, *vel לכן* *hoc est ideo dicit, & cum* ^ו *vau, & propterea dicit, valet etiam pro* ^{לכל} לכל אפר *ideft, unicuique.*

ideft, ^{לנ} לכך נאמר, *propterea, vel idcirco dictum est, & quando est cum* ^ו *vau valet* ^{ול} ולי *mibi quidem videtur.*

valet, ^{לסח} לספר תורה, *ideft, libro legis.*

ideft, ^{לעש} לערב שבת, *ad vesperam sabbati.*



Pro ^{לפי} לפיכך *Idcirco.*

ideft, ^{לפנ} לפנ קטן, *in numero paruo, seu minori,*
qui

qui est quando millenaria non exprimuntur, Solent namque hebrai in suis scriptis non scribere millesimum, ut puta si deberent dicere, anno 1582. solum dicunt 582. & non 1582. ut passim in libris impressis sic reperies ^{שנה} שנה hoc est, anno 304. numeri minoris, amissus ergo millenarius, si addatur, erit 1304.

De Incipientibus à ה Cap. XIII.

ה

 *Em apertum in numeris valet 40.*
 *& clausum, quod est ex quinque duplicibus, valet 600.*

valet, ^{מא} משקל אחר, *ideft, Ponderus aliud, siue forma, aut species alia, valet etiam* ^{מדרש} מדרש אגדה *& idem valet* ^{מאגר} מאגר. *Liber sic appellatus, ubi incunda narrantur.*

ideft, ^{מא} מפל אחר, *De uno quoque.*

Scribitur ^{מגו} מגו *& valet,* ^{מגורה} מגורה *ex ordine, seu ex decreto.*

valet, ^{מנש} מנש *מנרסח שמואל, ideft, ex doctrina Sa-*
muelis.

מז

מל
valet, מן דאמר .i. quisquis dixit magis chaldaicum quam hebraicum, & cum aleph.

מה
valet, מה דאת אומר idest, id quod tu dicis.

מה
valet, מאורת הגולה idest, lumen captiuitatis. Sic vocant quendam hebraum gerson nomine, qui aperientibus litteras alienas anathema imposuit, unde litteras sigillatas ab extra ita signant, scilicet וְאָסוּר לְרֵיבִים בְּחָרִם בְּחָרִם דְּרִגְמָה idest, prohibitum sit alienis sub anathemate Rabbi gersciom, qui lumen captiuitatis est.

מט
valet, מן טעמא idest, quã ratio.

מל
valet, מנה לן idest, unde Nobis, More chaldaico.

מלה
valet, מלכות הרשעה idest, Regnum impietatis. Sic vocatur Regnum Macedonicum seu Gracorum.

ממ
idest, מכל מקום Nihilominus.

מסה
idest, מסרה הגדולה Mesara magna.

מפ
idest, מצע פסוק medium versus.

מלוד

מלוד
valet, לכה הדבר דוקה idest, exemplum cui rei assimilatur.

מק
valet, מקרא קדש idest, solemnitas, seu conuocatio celebris.

מל
Pro מרת idest, domina.

מרה
Pro משה רבינו עליו השלום idest, Moses magister noster super eum pax.

משק
valet, משקל idest, Mensura, pondus, modus.

מה
valet, מתן חורה idest, datio legis, & in datione legis scribunt sic במה

De Incipientibus à Nun. Cap. XIII.

נ
Numeris valet 50. & nun finale 700. & idem nun finale extensum cum punctulo superposito significat אבן ut cum dicunt.

אבן עזרא hoc est Rabbi Abrahã Aben Ezra, licet אבן sit magis arabicum, quam hebraicum, hebraica enim dicitur אבן & intelligitur non solum Filius sed etiam de familia, ut

cum

^a Filius .i. de familia.

Dicitur
Christus
filius a-
brae .i.
a cogna-
tione &
genere
illius.

*cum Christus dicitur Filius Abraham, intelli-
gitur de familia, & cogatione Abrae, & ita
Filius Aben Ezra, dicitur filius Ezra, idest, de
cogatione Ezra.*

^{נא}
*idest, נסחא אחרת exemplar aliud, siue codex
alius, & ponitur etiam pro נאמר dictum est.*

^{נב}
*idest, נבוכדנצר Ninue, Urbis nomen. Valet etiam
quod unica voce scribitur Nabuc-
donosor.*

^{נכ}
idest, נביאים כתובים prophetae, scripti.

^{נל}
*Pro נראה לי idest, videtur mihi, valet etiam
ידובר לזכר למעלה idest memoratum est sicut etiam Me-
moratum est, significat, idem quod הנזכר*


^{נמ}
*valet, נפקא מינה idest sequitur inde, est chal-
daicum.*

^{נע}
*valet, נוחו ערו idest, requies eius paradysus, sic
defunctorum recordantur.*

^{נר}
valet, נראה idest, videtur putatur.

De

De incipientibus à ה Cap. XV.



*In numeris valet 60. & in biblijs si-
gnificat clausuram, & sequentem
narrationem coherere priori, &
dicitur סתומה de quo diximus su-
pra lib. 2. Cap. 3,*

^{סא}
Pro ספר אחר idest, liber alius.

^{סב}
*valet, סלקא דעתך idest, ascendit in mentem
tuam.*

^{סג}
*valet, סברא ליה idest, opinatur ille, vel opi-
nio illius est.*

^{סד}
valet, סוף פסוק idest, finis versus.

^{סה}
*idest, סמיכות רבוי פנוי ידיעה Coniunctio geni-
tivi, pluralis, pronomē, notificatio, seu articulus.*

^{סה}
*Pro ספר תורה idest, liber legis. Capitur etiam
pro סוף תיבות idest finis dictionum.*

De

De Incipientibus à י Cap. XVI.

N numeris valet, Septuaginta.

I idest, ע"א אחר ע"א significat res alia, negocium aliud, siue alia significatio, & cum valet hoc modo ו"א & aliud significatum.

ע"א אבא
valet, על אחר כמה וכמה, idest, unum ex tot & tot, ut cum dicitur ע"א אבא לא רצה לדבר השקר ע"א אבא idest, noluit loqui falsitatem, etiam unum ex multis.

ע"א אבא
valet, על גב מזבח, idest, in superficie altaris.

ע"א אבא
valet, על דרך, idest, secundum viam, seu modum, & si additur מ valet, מ"ש, idest, per modum parabola, vel exempli.

ע"א אבא
idest, עליו השלום, super eum pax, quae loquutio conuenit sanctis, qui vitam cum morte commutauerunt, valet aliquando ו"א אבא idest hoc negocium, aliquando, licet rarius ו"א אבא hoc seculum,

lum, & tunc notari solet hoc modo ו"א אבא. Significat etiam ו"א אבא Seculum venturum. Valet etiam ו"א אבא oculus legentis. Valet etiam ו"א אבא deliciae superiores.

ע"א אבא
valet, עבד זרה, idest, cultus alienus, siue cultura I dolorum.

ע"א אבא
valet, על ידי מקרה, idest, per accidens.

ע"א אבא
idest, על ידי, per manus, opera, ministerio, beneficio, seu occasione.

ע"א אבא
valet, עם כל זה, idest cum toto isto, omni isto modo.

ע"א אבא
valet, על פ"ו, idest, idcirco, ideo.

ע"א אבא
Pro ערבאן לשונו hucusq; lingua, idest, sermo eius, siue expositio illius.

ע"א אבא
valet, על משקל, idest, iuxta pondus, secundum formam, & etiam על מנה, idest, hac conditione.

ע"א אבא
Integer versiculus Psal. a qui à quibusdam ^a Psal. 103. poni

poni solet in principio librorum ע , designat, hac abbreviatura, עזרה שמיים וארץ , idest, auxilium meum à Domino qui fecit calum et terram, vel factore cali ע terra.

valet, עפ idest, iuxta iudicium vel sententiam, ע iuxta interpretationem, seu declarationem.

valet, על צד Iuxta latins, Iuxta, ex parte, idest, per.

valet ערב שבת idest *Vespera sabbati*, valet etiam עין שם vide illic. Aliquando valet עם שלום *Com pace*, ע valet etiam. על שם idest, de nomine, ע valet על שום eo quod, ob id.

De incipientibus. א פ Cap. XVII.

פ , *Pe*, In numeris valet 80. ע *Pe finale* 800. *Versibus bibliorum insertum* valet פחותה idest, diuisio, siue aperta, significatq; sequentē clausulam, ע narrationem argumentum continere diuersum à priore.

idest, פא פירוש אחר *expositio alia*, et פאבוח *Capita*, seu *sententia patrum*. Item פי pro פירוש *Commentario*. *Præcedente littera seruili*, עט בפ valet בפרק hoc est in *Capite*, ע *præcedente* *Vau* valet בפרק ע in *capite*.

idest, פד פתח דספר *Porta libri*.

valet, פזקשכ פיוט idest, *versus*, ד valet דמן idest, *tempus*, ה valet, הגל idest, *solemnitas*, ק valet, קרפן idest *oblatio*, ש valet שיר idest *canticum*, ב valet, ברכה idest, *benedictio*, itaque ב ille litteræ *sex integras dictiones continent*, nempe *precatio siue poesis, tempus, solemnitas, oblatio, canticum, et benedictio*.

valet, פרשי פירוש רבינו שלמה ירחי, idest *expositio magistri nostri Salomonis Iarchij*.

De incipientibus à ז Cap. XVIII.

ז In numeris valet 90. ע *tsadi finale* valet 900.

valet, צע צד עין idest, *opus est advertentia*.

^{צל}
valet, צריך לומר, idest, Opus est dicere.

De Incipientibus à ק Cap. XIX.

I N numeris valet, 100. Et cū virgula supra, valet קשה idest, durū, vel obiectio, seu scrupulus, vel questio difficilis, Et quando lectio diuersa in Massoreth à scriptura notatur. ק valet, קרי idest, legitur aliter, apud Talmudicos, est tamen hac in re notandum, quod quando reperitur dissonantia textus sacri cum ista dictione in margine posita, signum est ibi latere aliquod Arcanum, ut patet in varijs scripturae locis.

קו
valet, קל וחומר, idest, facile Et difficile, leue Et graue, Et plerunq̄ sumitur, pro argumento à minore ad maius.

קכ
idest, קרי פתיכ, legitur ut in textu.

קק
valet, קהל קדוש, idest, ecclesia sancta, congregatio sancta.

קש
Pro שמע קריית שםע. f. Israel. Dent. 6.

De

De incipientibus à ה Cap. XX.

I N numeris valet 200. Et significat etiam רב vel רבי quod nos R. magnum etiam denotamus, Et significat etiam Rabbi, magister.

הא
valet, ראש idest, caput.

האכע
valet, רבי אברהם בן עזרא, idest, Rabbi Abraham filius Ezra.

הה
valet, רבון העולם, Dominus mundi.

ההפ
valet, רבי הוד פירש.

ההה
valet, רשות הרבים, idest, licentia multorū, Et ראש השנה, Caput anni.

ההל
valet, רבותינו זכרונם לברכה, idest, Rabbini nostri quorum memoria in benedictione est.

ההלל
valet, רבי יהושע בן לוי, idest, Rabbi Iehosuah filius leui.

ההל
valet, רוצה לומר, scilicet, idest, vide supra a lib. 4. cap. 12.
ההל 2 Notab.

Et in prima persona, significat volo dicere.

לעה

valet, רבינו עליו השלום, idest, doctor noster, qui est in pace, sic loquuntur de Moise.

לפ

valet, ראש פסוק, idest, Caput versus.

רש

valet, רבי שלמה ירחי, idest, Rabbi Salamon Iarchij.

רש

idest, רבי שלמה, R. Selomo.

רה

Idest, ראשי תיבות, principia, seu capita dictionum.

De incipientibus à ש Cap. XXI.

ש

Valet in numeris 300.

שבנ

idest, שם בר נש, idest, nomen filij hominis.

שבד

valet, שבית דין, idest, cum fiunt, vel quando est domus Iudij, scilicet fiet hoc, vel istud.

שד

Pro שפיכות דמים, idest, effusio sanguinum.

שז

valet, שיהיה, idest, quod sit, quod erit, item idem quod שיחיה, idest, qui vivat.

שמ

idest, שמע כנה, hoc est, audi ex eo, vel audis hinc.

שנ

valet, שנאמר, idest, quod dicitur vel ut dictum est.

שנא

Pro שנאמר, quia dictum est.

שזה

Importat symbolum preceptorum negativorum, quae sunt 365. quae ab hebraeis appellantur לא תעשה, cuius numerus respondet numero dierum anni solaris, affirmativa autem precepta respondent ossibus corporis humani, quae sunt 248. vide Genebrard. in sua chronologia pag. 290. c. 2.

שצ

idest, שליח צבור, Legatus, seu Nuntius universitatis, vel Comunitatis.

שגם הנכל

valet, שבתאי צדק סגדים חמה נוגה כוכב לכנה, idest, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

שזל

valet, שרוצה לומר, idest, quod vult dicere.

שח 3 יי

^{שׁו}
 valet, שׁוֹתְחִיָּה *idest*, *quæ uiuat*, sic loquuntur
 de muliere uiua.

De Incipientibus à הָ Cap. XXI.

N numeris valet, 400.

I ^{הָא}
idest, תַּרְגוּם אַחֵר *alia interpretatio*
Chaldaica, item significat תַּרְגוּם
 אֲוֶנְקֵלוֹס *Chaldaica interpretatio Onkelos*, *quæ*
una cum hebræo contextu in Biblijs magnis
Venetianis Complurensibus, & Anturpiensi-
bus in pentateucum legitur.

^{הָח}
idest, תַּלְמִידֵי חֲכָמִים *discipuli sapientum.*

^{הָל}
idest, תַּלְמוּד לִזְמַר *Doctrina dicēdo, vel discas*
ad dicēdum, vel scriptura dicit. Capitur etiam
*aliquando, pro תְּהִלָּה לַאֵל *laus Deo, ut cum dicūt**
*אֵנוּ עוֹמְדִים הָל בְּכַעֲדָא טוֹב *idest, stamus, laus**
Deo in statu bono.

^{הָי}
 valet, תַּרְגוּם יְרוּשָׁלַיִם *hoc est thargum Ieroso-*
*lomitatum, capitur etiam, pro יִתְרָגוּם *targum,**

gum Ionathan idest, translatione Ionathæ.

^{הָכ}
 valet, תּוֹרַת כוֹהֲנִים *idest, lex sacerdotum, &*
tantum valet quantum apud nos, speculum sa-
cerdotum, & sic erit liber in quo continentur,
quæ ad sacerdotum officium pertinent.

^{הַנְּצִבָּה}
idest, תְּהִי נֶפֶשׁוֹ צְרוּרָה בְּצִרוֹר הַחַיִּים *Sit anima*
eius ligata in fasciculo vitæ, & etiam dicunt.

^{הַנְּבִעָא}
 valet, תְּהִי נֶפֶשׁוֹ בְּגִן עֵדֶן אִמֵּן *idest, sit anima*
eius in horto voluptatis amen, sic plerique he-
brai concludunt epitaphia sua.

^{הָל}
idest, תְּרֵי לְשׁוֹנָא *Dua significationes.*

^{הָר}
idest, תְּנוּ רַבָּנָא *Docuerunt magistri nostri,*
Chaldaicem

Finiunt Abbreviaturæ.

LIBER OCTAVVS

DE VARIETATE
TERMINORVM

Vniuersæ Grammaticę iuxta ordinem
Latini Alphabeti.

Ibuit his etiam adijcere tabulam, siue indicem terminorum, ne quid tyronibus deesset quam Zamoręsis confuse, & diminute satis collegit. Nos vero eam iuxta Alphabeti Latini ordinem disposuimus, & quantum fieri potuit locupletauimus, & quamquam vocabula aliqua (quorum pleraque Chaldaica sunt) à Grammatica Hebraica terminis aliena videantur, nihilo tamen minus hic studiose describuntur, ut commentariorum, scriptorumque lectio, quę passim his plena reperitur apertior, & clarior fiat.

לוח וְ שְׂרֵשִׁית Hoc est.

Tabula, siue index omnium penè terminorum grāmatica lingua Sancta admodum utilis, & necessaria, iuxta ordinem Alphabeti Latini collecta.

De

De Littera A

Ab illo	הַיְמֵנו
Absit	חֲלִילָה
Absolutum, vide infra in dictione verbum.	
Academia	יְשִׁבָּה
Accētus sing. Pluraliter.	מַעַם מַעַמִּים
Accēt ^o , qui dicitur frenū	מַתָּג
Accidens	מַקְרָה
Actiua vox verbi	פּוֹעֵל
Ad hoc	לְכָךְ
Adunatio. s. vocabulorū, vel coniunctio	סְמִיכוֹת
A fortiori	כָּל שָׂכֵן
Analogia	גִּזְרָא
Ante	קֹדֶם
Apices minores, vel Api- ces serui, quos pūct a bre- uia appellat Zamoren.	חֲנוּעוֹת וְלִקְטָנוֹת עֲבָדִים
Apices maiores, vel Re- ges, quos pūct a lōga nū- cupat idē Zamoren, sed supra lib. 1. c. 9. aduer- timus aliud esse apices aliud puncta.	חֲנוּעוֹת וְלִגְדוּלוֹת מַלְכִּים

Argu-

<i>Argumentator</i>	מקשה
<i>Argumentum.</i>	קושיא
<i>Ars Arithmetica</i>	מלאכת החשבון
<i>Autor</i>	מחבר
<i>Auctoritas</i>	ראיה
<i>Aula, ubi legitur. Lex diuina, seu Theologia</i>	בית המדרש

De littera B.

<i>Beth vasis</i>	בית הפלי
<i>Biblioteca</i>	באכידון
<i>Breuis,</i>	קצרה
<i>Breuitas.</i>	קצור <i>vel</i> קוצר

De littera C.

<i>Cantus</i>	נגינה <i>vel</i> שר
<i>Capita dictionum.</i>	ראשי תיבות
<i>Cantus pulcher, siue solemnis</i>	נעכה
<i>Caph similitudinis</i>	כף הדמיון
<i>Caph quantitatis scili- cet significatiua</i>	כף השיעור
<i>Capitulum</i>	פרק
<i>Chaldaicum Babilo- nicum</i>	תרגום כבלי
<i>Causa</i>	סבה

Chirec

Chirec cum Iod
Chirec sine Iod
Cholem
Collegium. Schola
Certa mensura
Certum
Casar
Clausim
Claritas
*Cōmentator, & com-
mētari, uide infra,
glosa, & glosator.*
Coniugatio
Coniugationes
*Coniugatio lenis, qua
est prima actiua*
*Coniugatio passiua pri-
me.*
*Coniugatio actiua da
ghesciata, qua est
secunda*
*Coniugatio passiua se-
cunda*
Coniugatio tertia
*Coniugatio passiua ter-
tia*

חירק ביוד
חירק בלא יוד
חולם
ישיבה
תוכן
ודאי
קיסר
סתם
צחות

בנין
בנינים
בנין הקל

בנין נפעל

בנין פעל הרגוש

בנין פועל

בנין הפעיל

בנין הפעל

Coniu-

<i>Coniugatio quarta</i>	בְּנֵי הַחֶפֶץ
<i>Coniugatio verbi quadrati.</i>	בְּנֵי פוֹעַל מְרֻבָּע
<i>Coniunctio, vide infra</i>	קְבוּץ
<i>Consuetudo, siue usus</i>	הֶרְגֵל
<i>Consumatio</i>	סִיּוּם
<i>Conditio</i>	תְּנָאִי
<i>Cum conditione</i>	בְּתְנָאִי, <i>vel</i> עַל מְנַח
<i>Conditiones</i>	תְּנָאִים

De littera D.

<i>Daghesc, idest Pramens.</i>	דָּגֵשׁ
<i>Datio, vide infra Liber traditionis</i>	מְסוֹרֶת
<i>Detentio. Idem quod pausa</i>	הַעֲמָדָה
<i>Deinceps</i>	אֵילָךְ
<i>Decisum, vel Derivatium ab eo.</i>	נִחְצֵב נְגוּר
<i>Dictio simplex, & Composita</i>	מִלָּה פְּשׁוּטָה וּמְרֻבָּבָת
<i>Dictio filia trium litterarum, idest trisyllaba.</i>	מִלָּה בַת שְׁלֹשׁ אוֹתִיּוֹת
<i>Dictio parua</i>	מִלָּה וְעִרְכָּה

Diffe-

<i>Differentia, vel Distinctio</i>	הַבְּדִיל שְׁנוּי
<i>Discipulus</i>	תְּלָמִיד
<i>Disputans, vide supra Argumentator.</i>	
<i>Doctrina</i>	תְּלָמוֹד
<i>Dubium</i>	סָפֵק
<i>Dualis, vide infra lingua duorum.</i>	

De Littera E

<i>E contra</i>	הִפְךָ
<i>Editio, vide scriptura</i>	
<i>Aedificium, vide supra Coniugatio.</i>	
<i>Aequinocum vide in nomine conuinctu</i>	
<i>Et est rectum</i>	וְיָחֵב
<i>Ergo, vide sic etiam</i>	
<i>Etiam</i>	אֵף
<i>Et quod magis rectu</i>	וְהַנְּכוּן
<i>Et si</i>	וְאִלוֹ
<i>Et simile ei.</i>	וְדוּמָה לוֹ כִּיּוֹצֵא בּוֹ
<i>Euidencia</i>	הַכְרָע
<i>Expositio accurata, per modu allegoria</i>	דְּרָשׁ

De

De littera F.

<i>Facultas, vide, infra.</i>	
<i>Obligatus.</i>	
<i>Figura.</i>	צורה
<i>Finis.</i>	סוף
<i>Finis clausula.</i>	הפסק
<i>Firmus.</i>	קיים
<i>Firmitas.</i>	קיום
<i>Formatio pluralis ex singulari.</i>	קבוץ רבוי כלל
<i>Filius trium litterarū.</i>	בן שלש אותיות
<i>Filius quatuor litterarū.</i>	בן ארבע אותיות
<i>Filius quinque litterarū.</i>	בן חמש אותיות
<i>Forte.</i>	שפא
<i>Forsitan, vel per viā casus.</i>	על דרך גווס
<i>Fundamentum causa, vel ratio.</i>	יסוד סבה
<i>Frenum, vide supra Accentus.</i>	

De littera G.

<i>Genus masc. et genus foem. Vide infra lingua masc. &c.</i>	
<i>Generalitas, siue Con-</i>	כלל
	<i>clusio</i>

<i>clusio, aut Ratio.</i>	
<i>Glosa, aut Commentarius.</i>	פירוש
<i>Glosa super glosam. i. Illustratio Commentarij.</i>	ביאור
<i>Glosator, aut Cōmentator.</i>	מפרש
<i>Glosator super Glosatorem.</i>	מבאר
<i>Grammatica.</i>	דקדוק
<i>Grammaticus.</i>	דקדוק
<i>Graue.</i>	חומר
<i>Grauitas.</i>	בכבדות

De littera H.

<i>Haim verbi idest, secunda littera verbi, siue thematis.</i>	עין הפועל
<i>Hac de caussa, vide Propterea.</i>	
<i>He admirantis.</i>	הא התימה התמהה
<i>He interrogationis.</i>	הא השאלה
<i>He notitia, quae est articulus.</i>	הא הידיעה
<i>Hi, vel Isti.</i>	אלו
	<i>Hic</i>

Hic	הֵן
Hinc	מֵהֵן
Hoc est quod scriptū est.	הַזֶּה הוּא דְכָתוּב
Hoc est, vide Infra vult dicere.	
Homo.	אָנוּשׁ
Humanum genus	אָנוּשִׁי

De littera I.

Ibi	הֵתָם
Idest. vide infra ditione vult dicere.	
Ideo	לְכֵן
Imperatīvus	צִוִּי
Imperator, vide supra Caesar.	
Impossibile	אֵי אֲפֹשֶׁר
Imperfectum	בְּסוּל
In hoc	בְּכֵן
Infinitum.	מְקוֹר
Intentio	כְּוֹנֵה
Intentio auctoris	תְּכַלִּית הַמְּחַבֵּר
Interpres	מַלְיָן
Interpretatio	מְלִיצָה

Inter-

Intermediū, idest participium, quia positū est inter prateritum, & fututum.	בֵּינֵנוּ
Intelligentia, vide infra scientia.	
Integrum, absolutum	מוֹחֵלֵט
Interrogatio, & respōsio	שְׁאֵלָה וְתַשׁוּבָה
Index	סִימָן
Iudicium	דִּין מְשֻׁבֵט
Iudicium pecuniarū	דִּינֵי כְּמוֹנוֹת
Iudicium animarum	דִּינֵי נַפְשוֹת
Iure, vel recte	בְּיֹשֶׁר

De littera K.

Kabbala studiosa	קַבְּלָה עֵיוֹנִית
Kabbala Astrologica	קַבְּלָה אֲצִטְרוֹלוֹגִית
Kabbala nechroman- tica	קַבְּלָה מְעַשִׂית
Kamets magnum, amplum	קַמֵץ גָּדוֹל רַחֵב
Kamets parvum, quod est Zere.	קַמֵץ קָטָן צָרִי
Kamets hcateph	קַמֵץ חֲטָף
Kibbutz, idest Coniun- ctio labiorum	קִבּוּץ שִׁפְתִים

ZZ De

De littera L.

<i>Lamed adducendi .i. articulus datiui.</i>	להקבא
<i>Lamed verbi .i. tertia littera radicalis</i>	למד הפועל
<i>Lapis principalis.</i>	האבן הראשה
<i>Lapides integri, idest verba perfecta</i>	אבנים שלמות
<i>Lapides tonsi, idest, verba imperfecta</i>	אבני גזית
<i>Lectio</i>	קריאה
<i>Leue</i>	קל
<i>Lex. Continet quinq; libros scilicet Gene. Exod. Leu. Num. & Deuteronomiũ.</i>	תורה
<i>Lingua linguarum .i. excellens, omnium praeſtantiffima.</i>	לשון השונות
<i>Lingua ſancta</i>	לשון הקודש
<i>Lingua Iudaica</i>	לשון יהודית
<i>Lingua hebraea</i>	לשון עברית
<i>Lingua Chaldaica</i>	לשון תרגום
<i>Lingua ſyriaca, ſiue Armenica.</i>	לשון ארמית

Lin-

<i>Lingua Romana</i>	לשון רומית
<i>Lingua Graeca</i>	לשון יונית
<i>Lingua Hispana</i>	לשון ספרדית
<i>Lingua Gallica, idest Francica</i>	לשון צרפתי
<i>Lingua Vulgaris</i>	לשון לעז
<i>Lingua Arabica</i>	לשון ערבית
<i>Lingua vnius, idest numerus ſing.</i>	לשון יחיד
<i>Lingua duorum, idest dualis.</i>	לשון שנים
<i>Lingua plurium, idest pluralis</i>	לשון רבים
<i>Lingua masculi, idest genus maf.</i>	לשון זכר
<i>Lingua foemina, idest genus foem.</i>	לשון נקבה
<i>Liber, ſiue narratio</i>	ספר ספור
<i>Librarius, ſiue ſcriba.</i>	סופר
<i>Liber Canonum</i>	מסכתא
<i>Liber laudationum, idest psalterium</i>	ספר תלים תהלים
<i>Liber traditionis, ſiue traditio, ſiue datio.</i>	מסורת
<i>Licentiatuſ, vide infra obligatuſ.</i>	

ZZ 2 Licen-

Licentia
Licet
Littera pro parte, quae est species Rabbala
Littera pro numero species etiam Rabbala
Littera
Litterae
Litterae duplices, & finales
Litterae radicales, vel substantiales
Litterae serviles, vel accidentales
Litterae aspirationis, scilicet otiose
Litterae duplices per daghesc, & Raphe
Littera plana, idest, si ne daghesc.
Litterae labiales, scilicet, כוּמָף
Litterae dentium, scilicet, זִסְשָׁרֶץ
Litterae palati. גִּיכֶק

כותר
 אף על פי
 נומריקון
 גימטריא
 אות
 אותיות
 אותיות כפולות
 אותיות שרשוח
 אותיות השמוש
 השרוח
 אותיות הנשטה
 אותיות כפולות
 בדגש ורפא
 אותיות פשוטות
 אותיות השפה
 אותיות השפיים
 אותיות החך

Litte-

Littera lingua
Littera gutturis
 אהווע
Littera naris
Littera quadrata
Littera rotunda
 כלבב
Littera servitij, quae denotant casus.
Litterae accidentales futuri, & ponuntur pro futuro.
Litterae additae
Littera dilatationis scilicet ociosa
Littera mobilis scilicet, quae profertur
Littera ociosa, quae non profertur
Loquens de se, idest, prima persona.
Loquens e regione .i. secunda persona.
Loquens e regione. Vide infra occultus.

אותיות הלשון
 אותיות הגרון
 אותיות החוטם
 אותיות מקבעות
 אותיות עגולות
 אותיות השמוש
 המרות הענין
 אותיות איתן
 אות נוספת
 אות המשך
 אות נעה
 אות נחה
 מדבר בערו
 מדבר לנבח

ZZ 3 De

De littera M.

Magister, vide infra
praeceptor.

Manifestum est.

Mappik. i. exactor.

Massoreth, vide infra

Liber Concordan-
tiarum

Medium

Memoria

Mensura, vel Condi-
tio rei.

Minus

Millehel, desuper .i.

quando accentus
est in penultima
idest longa.

Millerhang, subter,

quando accētus est in
ultima, idest brevis.

Multiplicatio, vel
multiplicans

מפורש בפרהסיא
בפרסום גלוי

מפיק

אמצע

זכר וזכרון וזרון

מדה

פחות

מלעיל

מלרע

מרבקה

De littera N.

Natura

טבע

Nega-

Negativa, vel priva-
tio : non

Necessitas, vel neces-
sarium, vide infra
per vim.

Nisi sic

Nomen, & Nomina

Nomen absolutum à
regimine, obliquus

Nomen adiunctum
alteri per regimen.

Nomen accidentale,
vel accidentis.

Nomen verbale

Nomen forma idest,
adiectivum

Nomen generale

Nomē speciei alicui,
aut arboris.

Nomen iunctum .f.
genti יי, qui regitur.

Nomen planum idest
figura simplex

Nomen patronymicū

Nomen particulare,
idest proprium

שלילא לאו

צורך

אלא אכפן

שם שמות

שם מוכרת

שם סמוך

שם המקרה

שם הפועל

שם התאר

שם כללי

שם המין

שם נסקף

שם בשומו

שם היחס

שם פרטי

ZZ 4 No-

<i>Nomen numerale</i>	שם המספר
<i>Nomen rei i. primitivum nō derivatū</i>	שם דבר
<i>Nomen seiunctum à verbo. i. derivatum</i>	שם נגזר מן הפועל
<i>Nomen separatum i. singulare</i>	שם נפרד
<i>Nomen substantiæ</i>	שם העצם
<i>Nomen verbale</i>	שם נדבך
<i>Nomē superexcedēs, idest rei excellentis in accidenti.</i>	שם המהגבר
<i>Nomen superpositum</i>	שם מורכב
<i>Nonne, aut nunquid? vel Certe</i>	הלא
<i>Novitas, siue nova ascriptio.</i>	חדוש
<i>Numerus</i>	סבוס מנין
<i>Numer° singularis vide supra lingua uni</i>	לשון יחיד
<i>Numerus pluralis, Vide supra lingua plurium.</i>	לשון רבים

De littera O.

<i>Occultus, vide supra</i>	נסתר	<i>loquens</i>
-----------------------------	------	----------------

<i>loquens nō è regione</i>	
<i>Obligatus prohibitus, & Licentiatus</i>	אסור
<i>Obligatus</i>	נטור
<i>Obligatio</i>	חייב
<i>Ob</i>	חובה
<i>Omne</i>	בשכיל
<i>Opinio</i>	דכל כלו
<i>Opus</i>	סקרא
<i>Ordo</i>	נועל
<i>Ordines</i>	סדר
	סדרים

De littera P.

<i>Pars</i>	חלק פרק
<i>Participium pass.</i>	פעול
<i>Participium actiui, vide supra Intermedium actiuium.</i>	
<i>Pathach magnum</i>	פתח גדול
<i>Pathach paruum, qui est segol.</i>	פתח קטון סגול
<i>Pausa, vide supra detentio.</i>	
<i>Passiva, vide supra Coniugatio</i>	
<i>Pe uerbi prima littera</i>	פא הפועל
	<i>substan-</i>

<i>Substantialis</i>	תְּבוּרָה
<i>Permutatio</i>	כָּשָׁר
<i>Perfectum</i>	עַל בְּרַכָּה
<i>Per vim, vel necessario</i>	בְּקִשָּׁה
<i>Petitio</i>	שַׁעַר
<i>Porta</i>	כַּח
<i>Potentia</i>	אֶפְשָׁר
<i>Possibile</i>	כִּשְׁמַל
<i>Pondus</i>	אֲחֵר כֶּךָ
<i>Postea</i>	מִלְמַד
<i>Præceptor</i>	הַקְדָּמָה
<i>Præfatio</i>	זְמַן עֲבָר
<i>Præteritum tempus</i>	הוּהוּ
<i>Præsens</i>	חוּץ
<i>Præter</i>	רֵאשׁ תְּחִלָּה תְּחִלָּה
<i>Principium</i>	רֵאשׁ
<i>Princeps</i>	תְּחִלָּה
<i>Prologus</i>	בְּאֵרֵיכּוֹת
<i>Prolixe</i>	עֲקָר
<i>Principale</i>	עֲקָרִים
<i>Principalia</i>	קְרוֹב
<i>Prope</i>	נְבִיאִים רֵאשׁוֹנִים
<i>Propheta priores. i. Io su. Iudic. primus, & 2. Samuelis lib. 1. et secundus regum.</i>	

Pro-

<i>Propheta posteriores .f. Esai. Ieremia, Ezechiel, et alij 12. quos minores voca- mus</i>	נְבִיאִים אַחֲרוֹנִים
<i>Propter</i>	לְפִי בְּעִוָר
<i>Propterea, vel hac de causa.</i>	לְפִיכֶם עַל יְהִי עַל שֵׁם לְכָךְ
<i>Plus magistotum hoc Plurali, vide supra lin- gua plurium</i>	יִתֵּר כֹּל כֶּךָ
<i>pro Camez, & Pathah pronunciatio</i>	קְמִצוֹת וּפְתָחוֹת
<i>pronunciationes</i>	מוֹצָא
<i>prolatio, vel explanatio</i>	מוֹצָאוֹת
<i>Pronomen</i>	מְבַטֵּא
<i>Pronomina</i>	כְּנוִי
<i>Pronomina agentium. f. nominativum. f. אֲנִי</i>	כְּנוִיִּים
<i>Pronomina patientium scilicet accusativum</i>	כְּנוִי הַכּוֹעֲלִים
<i>Pronomina denotantia possessionem idest. dativum ut אֲנִי mihi</i>	כְּנוִי הַפְּעוּלִים
<i>Punctus, vel motio</i>	כְּנוִיִּים
<i>Punctuatio</i>	הַמּוֹרִים עַל הַקִּנּוּן
	תְּנוּעָה נִקּוּד
	נִקּוּדָה נִקּוּד
	<i>Quamvis</i>

De Littera Q.

<i>Quamvis</i>	אף כי
<i>Qualitas</i>	איכות
<i>Quantitas</i>	כמות
<i>Quamquam</i>	אפלו
<i>Quo, vel ubi</i>	היכן
<i>Quomodo</i>	היאך: כיצד: היכך אך: איכדן

De littera R.

<i>Radix</i>	שרש
<i>Radices</i>	שרשים
<i>Raphe.</i>	רפא
<i>Ratio, vide supra fundamentum</i>	
<i>Recte, vide supra iudicium</i>	
<i>Rectitudo, vel per- fectio</i>	הכשר: תיקום יושר: מובהר
<i>Regula, vide supra Generalitas</i>	
<i>Reuoluitur in Con- cauū .s. mouetur in girum, quod dicitur eleuatio</i>	חזור חלילה

Res

<i>Res naturalis</i>	דבר טבעי
<i>Responsio</i>	תשובה
<i>Rithmus</i>	חרוז
<i>Rithmi</i>	חרוזים
<i>Robur</i>	חוק: חוק: כח:

De Littera S.

<i>Satisfactio in respon- sione.</i>	תירוץ: תשובה:
<i>Satisfaciens respon- dendo</i>	מתרץ
<i>Scientia, aut sapien- tia</i>	חכמה
<i>Scientia, intelligen- tia</i>	דעת: חבונה:
<i>Sapiens</i>	חכם
<i>Sensus spiritualis</i>	שכל הרוחני:
<i>Sensus spiritualis, ge- neraliter .i. expositio</i>	סדרש
<i>Sensus ligatus, idest, litteralis</i>	בשט
<i>Sensus moralis, vel utilitas</i>	תועלת
<i>Sensus mysticus figu- ralis</i>	צורה
<i>Sesio</i>	פרק

Senten-

*Sententia, vide supra
generalitas*
Significatio
Symbolū, vel Inditiū.
Segol hcatēf
Scena
Scin
Scibboleth
Sic etiam
Sicut
Species
Species in plurali
Specialitas
Solpha, vide Cantus
Sciurec cum V au
Schola, Collegium, si-
ue, domus studij, et
disceptationis
Solutus
Scriptura
Scriptor
Stylus mendax scri-
barum
Sufficiens
Summa, vel adduna-
tio, compositio.

ענין
רמז סימן
תתף סגול
שנא
שין
שיבולת
הכי נמי
כגון
סין
מינים
פרט

שורק כון
בית
מדרשא & מדרשא

סותר
מכתב יכתוב
כותב
עם שקר סופרים

נאי
חבור

De

De littera T.

Targum Ierosoly-
mitanum, vel Chal-
daicum Ierosolymi-
tanum.
Tractatus
Tractatus in plura-
li, vide syrochaldai-
eum in hac dictione,
de diverso genere tra-
ctatum
Translatio, vel
translatio
Transcriptor, vel
transferens, vide in-
terpres.
Transmutatio
Terminus, limes
Tempus
Textus
Trinitas
Totum hoc
Turbulenter, per viā
turba.

תרגום ירושלמי

מסכת
מסכתות

עתקה

תמורה
גדר
עת
מקרא פסוק קרא
שילוש
כל זה
על דרך גוזמא

De

De littera V.

<i>Vau additionis, idest qua est coniunctio.</i>	וּן תוספת
<i>Vau conuertens tempora</i>	וּן התפוך
<i>Vab.</i>	וּן
<i>Verbum</i>	דָּבַר דְּבַר מֵאֵמַר
<i>Verbum</i>	פועל
<i>Verba</i>	פועלים
<i>Verba perfecta. Vide supra, lapides integri, & lapides tonfi.</i>	פועלים שלמים
<i>Verba imperfecta, idem</i>	
<i>Verbum stās, idest, ab sollutum, intransitivum</i>	פועל עומד
<i>Verbum exiens, idest transitivum, regēs casum</i>	פועל יוצא
<i>Verba defectiva</i>	פועלים חסרים
<i>Verba duplicantia</i>	פועלים כפולים
<i>Verba otiosa, aut quiescentia.</i>	פועלים נחים

Verba

<i>Verba plana, idest simplicia, non composita.</i>	פועלים פשוטים
<i>Verba superposita .i. Composita</i>	פועלים מורכבים
<i>Vere, adverbium iurandi.</i>	באמת באמונה
<i>Victoria, vide supra, Conclusio.</i>	
<i>Vbi, vide supra Quo.</i>	
<i>Visus.</i>	ראות
<i>Vnitās.</i>	אחדות
<i>Vniuersitas, vide supra, Academia.</i>	
<i>Voluntas.</i>	רצון
<i>Vsus, seu Consuetudo</i>	הרגל מנהג
<i>Vult dicere, id est, Hoc est.</i>	רוצה לומר
<i>Vsque nunc.</i>	עדן
<i>Reliqua, si qua desunt indice copioso uniuersi huius globi supplebuntur.</i>	

AAa ANA-

ANACEPHALAEOSIS

Mensium, qui in diuinis scripturis recensentur.

MErminorum tractationem, merito consequitur mensium, qui in sacris diuinisq; Scripturis commemorantur breuis quaedam ac dilucida enumeratio seu recapitulatio. Qua in re licet varij varia circa initium anni et mensium tradiderint, ut videre licebit apud Iosephum, & Ioannem Lucidum de temporibus: ^a Lilius Gyraldum de annis, & mensibus, & R. P. F. Hieronymum venetum de sex diebus, ^b & Ioa. Goropium de originibus Antuerpiensibus ^c & Naucleum in sua chronographia. ^d ubi refert varia nomina quibus Commodus Imperator Rom. menses vocari volebat. Hebraei tamen duo anni initia obseruare consueuerunt, ac subinde menses, suos, qui lunares sunt bifariam à Martio videlicet, seu potius ab æquinoctio vernali, et ab æquinoctio autumnali exordiuntur. Nã quoad prophana (ut sunt contractus ciuiles et alia similia) annu à propinquiore æquinoctio autumnali inchoat. Quoad sacra vero, ab æquinoctio vernali annu auspiciatur: hoc est à luna, quæ Mar-
tio

^a pa. 563
tom. 2.

^b lectio.
12

^c lib. 4.
pa. 384.

^d gener.
7. pag.
473.

tiomense præcurrit, ut varij auctores testantur. Mensis autem dicitur 12. pars anni, & hebraica appellatur חֹדֶשׁ chodesc à verbo חָדַשׁ chadasc, deest innouare, quia in eo innouatur luna. Quo nomine nõ solum menses, sed etiã Kalendas vocant secundum D. Hiero. in Ezech. ^a quasi mutationem, aut renouationẽ dicas. Dicitur etiam mensis יָרֵךְ quasi dicas lunationẽ, motum videlicet quod luna conficit à sole abeundo, & ad eum redeundo, à verbo יָרַח : & Chaldaicè אַרְרֵךְ vide D. Hiero. in Amos prophetam. ^b Varietates autem nominum prædictorum mensium nemo satis assequitur, ut late leges apud Lilius Gyraldum post plures à se citatos, loco adducto. Sunt autem nomina mensium (auctore R. Elia Leuita in suo Tisbi, quem Mötanus & alij sequuntur) Chaldaica, vel Persica, quod ex eo probat quoniam illa nomina mensium, quibus hodie hebraei in suis Kalendarijs, & Lunarijs vtuntur, duntaxat. reperiuntur, in libris captiuitatis, idest in libris compositis in captiuitate, scilicet in libro Zacharia, Danielis, Ezra, & Esther. In istis autem quatuor libris non reperiuntur nisi nomina tantum septem mensium. נִסָּן · סִינְיָן · אֶלּוּל · בְּסֻלִּי · טֵבֵת · שְׁבַט · אֶדָר ·
In Targum vero Ierosolymitano super illud
AAA 2 Esther

^a Ezech.
30. to. 4
pag. 242
& cap. 9
Danielis
eod. to.
pa. 1147
^b cap. 4.
tom. 5.
pa. 258.

Nomina Mensium Chaldaica.

Nisan,
Siuæelul
chisleu
teueth
scienat,
Adar,

*Est. 3. *Esther* in mense primo, idest nisan omnes men-
7. ses ordinatim scribuntur. Verum ut cumque
sit Martius primus mensis iuxta predictam
distinctionem hebraorum constituendus est.

Nisan יס"ג, idest Martius significat vexillum, pro-
bationem, miraculum. Iste autem est ille men-
sis, qui dicebatur primus mensis in mensibus
anni. In hoc autem mense celebrabatur ma-
gnum Sabbatum, quod est propinquius pascha-
ti aZimorum, cuius meminit D. Ioannes &
vide Thesaurum lingua sancta. & qua scri-
psimus superius. Immolabatur etiam agnus
paschalis & celebrabatur festum aZimorum
septem diebus, quos incipiebant, à decima-
quarta die mensis vesperi. De quo sacrificio
paschatis, vide pulchre Philon. ubi de lugēti-
bus & ab itinere reuersis optime scribit. Hac
tamen in re aduertendum, huius mensis spa-
tium (ut Beda ait) propter multiuagum
lunæ cursum nunc in Martium, nunc in
Aprilem incidere: sæpius tamen nostro Aprili
deputatur, in quo quidem semper, vel inci-
pit, vel desinit, vel totus includitur. Ob id Zo-
nora in suis Annalibus Nisan aprilem vocat,
hunc ipsum mensē ab ægyptijs appellari ait,
phar-

Nisan
menfis.
Est. d. c.
3. 7.
Exo. 12.
verf. 2.
& 16. 23
b ca. 19.
verf. 31.
c col. 87
& 2850
d li. 2. c.
5. p. 169
e lib. 3. d
vita Mo
fis pag.
439.

rom. 1.
pag. 21.

pharmuti, à Macedonibus xanticum. Verum
hodie apud nos anno iam feliciter emendato à
sanctissimo illo Elemosinario Gregorio xij.
Pont. Opt. Max 25. Martij erit stabile æqui-
noctium, & anni initium.

י"ד idest Aprilis, hoc est lux, vel visio, he-
braice dicitur י"ד idest splendor, vulgo autem Ba-
bilones, Chaldaei, et Hebraei hiar dicunt, hoc au-
tem mense nulla præcipua est festiuitas.

י"ה idest, Maius, significat verum rubrum, vel
spinosum, vel velamē, hoc autem mēse celebrāt
Pēthecostes festū in honorē legis acceptæ ut ap-
paret. Apud nos vero Spiritus sancti aduētū in
linguis igneis ut plurimū eo in mēse celebratur.

י"ו idest, Iunius significat idolum, vel in-
cendium, & est vocabulum chaldaicum, vel sy-
rum, unde syri, et hebraei hunc mensē adonim
appellant, propter occisionem Adonis, quem ve-
nus mirum in modum adamabat, cuius quidē
occisio in eo mēse facta est. Die decima septima
eiusdē mensis celebrāt ieiunium fractarum
tabularum, quod vocant ieiunium quartum,
sive quarti mensis, ut constat ex Zach. a

י"ז, idest Iulius, significat patrem; cuius die
nona ieiunium erat quod dicunt Ieiunium quinti
mensis, propter desolationem sanctæ ciuitatis

A A a 3 per

3
hiar Mē
fis Apri-
lis.

3
Menfis
Maius
fuan

4
Menfis
ramutz
ianua-
rius.

Ieiuniū
quarti
mēsis &
ieiuniū
fractarū
tabula-
rū idem.
a c. 8. 19

5
Menfis
Iul. Au.
ieiuniū
quinti
Menfis

^a 4. Reg. 25. 1. Jer. 52. 3. 2. parl. 36. 17. per Nabucdonosor, tēpore Sedechie Regis Iuda, ^a & ob desolationē factā postea à Vespasiano, ut videre est apud Iosephum de bello iudaico; quidam autem putant, au, significare Angustia, & afflictionē desolationis, & captiuitatis.

⁶ Mensis Augustus qui elul est. ליל אולדל idest Augustus, significat ululare, siue pernoctare, in die etenim 24. huius lunæ solent hebræi summo mane (vsque ad 10. diē sequentis lunæ) surgere ad matutinum, & preces suas impias & superstitiosas dicere, quas סליחות felichoth dicunt. Sed quid Mirum, si (ululantes seu petentes, & non in nomine Iesu Christi unigeniti filij Dei) nunquam exaudiantur?

⁷ Mensis Septem ber qui Tisri. תשרי idest, September, qui significat tempus iudicij, vide syluā allegoariarum. Aliqui putant esse octobrem, sed potius est september. Tisri autem est nomen Chaldaicum à verbo שרה deriuatum, ut tradit Masius in Iosue ^b & non solum iuxta Chaldaos significat initium, sed etiā indulgentiam, & remissionem, ut exponit: r, super illud Leuit. ^c Dic sacerdotibus. אמור אל הכהנים וגומר תשרי כתיב שתשרי ותשבוק לחוביכו idest, Dic sacerdotibus etcat. Tisri scriptum est, quoniam dissolues, & parces peccatis nostris, sic etiam exponit R. Elia Leuita in suo Tisbi hoc est תשרי הוא מלשון תשרי ותכחול לנו חובותינו Tisri

Tisri est deriuatum, ex lingua, hoc est ex significatione, dimittes, et parces nobis debita nostra, hoc est parce peccatis nostris. Ab hoc mense quē, creationis principiū fuisse existimāt, omnium temporum rationē supputāt, et Iubilæi, ac anni septimi uti refert, Andreas Masius in Iosua. ^a ^a cap. 4. pag. 76. Prima tamē dies lunæ est festum tubarum, & buccinarum in memoriā Isacci liberationis, & arietis immolationis. Decima vero die est ieiunium expiationum, quādo magnus sacerdos, vel Pontifex Maximus introibat in Sancta Sanctorum, quod erat semel in anno. Quinta-decima die erat festum tabernaculorum, in memoriā Aegyptiacæ liberationis. Et 21. יצרתה idest festum salicum. In 22. est catus, in quo colligebantur pecunia pro sacrificijs.

⁸ Mensis October qui marchesuan. תרחשון idest October, significat cogitationē, vel eruditionem, hebraica autē dicitur בול, idest Germē, in hoc mēse nullum celebrabatur festū.

⁹ Mensis Nouem ber, qui chisleu. כסליו idest Nouember, significat spem, vel fiduciam. In hoc mēse celebrabant Festum, quod dicitur dedicatio, ob memoriā illius dedicationis, & renouationis templi facta tempore Machabeorum, ^b ut videre est apud Iosephum de bello iudaico. Celebrabatur autem hoc festum 25. mensis, in quo solent hodie he-

brai caci & duces caecorum in prima nocte incendere duo lumina, in secunda nocte tria, in tertia quatuor, & sic usque ad novem dies. Et tandem in tenebris remanent.

10
Menfis
Decem-
bris qui
teneh
4. Reg.
25. 1
Ier. 52. 3
11
Ianuari^p
Menfis
qui (ce-
uat.
12
Februa-
rius Me
fis qui
Adar.
b Est 3.
verf.
Est 9.
verf.
* tom. 2.
pa. 3. 58
in fine &
eiufdē.
356.
d lib. 2.
fuē chro-
nologiz
pa. 180.

טבת, idest Decēber, seu bonus, vel bonitas.
In hoc mense est ieiuniū, quod dicitur צום העשירי hoc est ieiunium decimi mensis, quod celebrant ob memoriam Ierosolymitanae obsidionis factae à Nabucdonosor^a Rege.
שבט Ianuarius, significat virgam, vel bacculum, aut sceptrum, tribum, & familiam; In cuius 13. die est caput anni arborum.
אדר Februarius, idest decor, pulchritudo.
Die tertiadecima est Ieiunium Estheris: in quartadecima & quintadecima celebrant epulationes, & conuiuia, quae dicuntur פורים sortes, à verbo פור ob memoriam liberationis illius inique sortis, quam Assuerus, & Haman ad trucidandum populum hebraeorum miserant: huic mense addere solent tertio quoq; anno alterum intercalare, ut solis cursui annus ipsorum lunaris conueniat quem appellant veadar, de quo lilius Gyrald^p de Annis. c Accedit praedictis doctus et diligens Genebrardus, d ubi probat quod licet menses essent lunares, Anni tamen erant Solares & non Lunares: quae sententia comuni omnium

omniū traditioni refragatur. Sed tamē admit- tit debet. Hasce autem festiuitates hebraeorum per singulos menses distributas, quas omnes mi- stice explicat Origenes lib. Num. ^a cōmemora- uimus ad maiorem scripturae elucidationem, nō vero ut credat aliquis eas, nunc temporis vir- tute veteris legis obseruari posse, cum penitus abrogatae sint. Mutato etenim per legem euan- gelicam interiori Dei cultu, exterior etiam ve- teris eiusdē legis mutatus plane remansit. Qua de causa Diuus Paulus, ^b ad Colossenses, nemo vos iudicet, inquit, in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut Neomania, aut sabbati, quae sunt umbra futurorum: Hoc est nemo vos, iudicet aut condēnet ob neglectū Iudaismū, cum um- bram, praesente corpore tenere minime liceat. Quod argumētū late prosequitur D. Tho. ^c & post scotum nostrum, Augusti. Hieronymum et Domi. Sottum, fuse satis Reuerendus admodū Magister & Pater Medina, ex D. Do- minici sacro sodalitia Salmāticen- sis olim primarius. ^d Haec de Mensibus sufficiant.

Finis Libri Octauī.

PRAE-

^a li. Nu.
cap. 28.
hoim. 23
tom. 1.

^b cap. 2.
verf. 6.

^c 1. 2. q.
103. art.
3. & seq.

^d in com-
mētarijs
ad 1. 2.
d. art. 3.
cū seqq.

PRÆSTANTISSIMI AC
eruditissimi Doctoris Thomæ Correa, Lu-
sitani; præclari Romanæ Sapientiæ
Gymnasilij, Dignissimi Professo-
ris, Oratio ibidem habita.

De
*Antiquitate, Dignitateq; Poesis &
Poetarum differentia.*

*Ad Reuerendum admodum P. F. Ludouicum S. Francisci
Lusitanum Olyssipponensem Minoritanum,
Prouin. S. Iacobi Regul. Obs.*

Petis Religiosissime Pater, & iam quasi tuo iure
exigis, quod tibi deberi merito asseris. Nam
cum ad auditores meos III. Nonas Nouem-
bris in Romano Gymnasio, quid de Poeticæ
generibus sentirem, exposuissem; felici quo-
dam meo euentu magis, quam quod in rem
tuam esse putares, ad cohonestandum homi-
nem tibi de nomine solum notum accurristi: interfuisti rudi, &
impolito sermone, prælectionem quandam pronunciasti, ut tuam
humanitatem indicares, postulasti ut tibi eadem scriptis trade-
rem. Distuli quoad potui; subterfugi quantum aut mea mode-
stia, aut tua grauitas tulit. Nunc cum quasi tabellis obfignatis
agas mecum, standum mihi promissis necesse esse video, si ab of-
ficio discedere nolo. Sed (heus tu mi Pater) non isthac ad anti-
quæ eloquentiæ leges exigas, vnde emanent etiam atque etiam
vide. Nam (etsi inuitus, fatebor tamen) is sum, qui etsi ardenti
studio, & inflammato desiderio ad eloquentiam contendam, uix
in tabulas ciuitatis Romanæ irrepere, & nomē suffurari possum;
ut si tenui, & abiecto stilo rem perpendas iniuriam arti nobilissi-
mæ facias, qui dicentis oratione potius, quam rei dignitate ista
examines. Postrepam tamen tuis auribus, & ne abijcere pudor-
em uidear, ero bene & gnauiter impudens, qui sus Mineruam.
Sed tu ita postulas. At quid ego tibi petenti, vel etiam efflagitanti,
vel

vel amicitia iura obtestanti denegem? Agam igitur pene eisdem
verbis, quibus de tota poetica tum disserui, & agam morem ge-
rendi magis studio quam quod noua tibi, aut inaudita, aut tua
doctrina multiplici & varia, digna me posse proferre sperem. Est
poetica dignitate maior, quam homines opinantur; nobilitate,
aut omnibus artibus par, & æqualis, aut si recte ratiocinemur, om-
nium artium præstantiam iure suo complectitur. Nam poetica
fuit antiquissima, & prima philosophia, ut quos Dei vocem audi-
uisse, abdita, & recondita diuino instinctu ceteris indicasse acce-
pimus, eosdem studio poeticæ deditos fuisse fateamur. Illa enim
multa a populari intelligentia remota ita comprehendit, ut qui-
busdam integumentis, & inuolucris hominum animos a rerum
abiectionum curis euehat, ad egregios mores, veram religionem,
excellentem doctrinam, diuinam cognitionem transferat. Nam
cum numero sensa mentis efferre doceat, numerus vero ordinē
spectet, ordo ab vno Deo promanet, a Deo hominibus concessam
fuisse poeticam omnes veteres censuerunt. Neque enim poetarū
nomen in eos quadrat qui importuna, & odiola garrulitate ita
passim perstreperunt recitandis inconditis versibus, ut vel in nume-
ro carminum, vel in facilitate componendi poeticæ excellentiam
inesse existiment. Hominum inscitia fit, ut res humiles, & abie-
ctæ præclare sæpenumero existimentur; excellentes, & egregiæ
parui pendantur, qui cum ex ipsorum ingenio ceterorum studia
metiantur, quæ ipsis obscura, abdita, reconditaque sunt eadem
ceteris ita videri opinantur: & quæ ipsi neque assequuntur, neque
intelligunt, ea ceteros ignorare, arbitrantur. Diuinus Plato poe-
tas uocat *ἐρμηνέας* & *ὑπὲρτάς* hoc est Deorum, ministros, &
interpretes, quod illa mysteria, & arcana poetarum inuolu-
cris inuoluta per poetas hominum generi indicata, non nisi
quædam salutaria oracula sint iudicanda. Ut si longius in omnē
antiquitatem prospicere uelimus omnem veterum philosophiā
Orpheo, Thaleti, Milessio, Xenopriani, Parmenidi, Periandro, Pi-
taco, Cleobulo, Phocylidi, Pythagoræ, Mimnermo, ceterisque
antiquissimis poetis acceptam ferre debeamus. Nam illi ne com-
munis omnibus esset res tanta, ac tam eximia rebus, & occultis
fabularum technis omnia obuallarunt, & inuoluerunt, ut sub ea
forma, & specie res eximia delitescerent, quæ remotis figmentis
ad omnes virtutes homines informarent. Non fuerunt tam amē-
tes, quos omnis antiquitas sapientissimos iudicauit, ut Sirenes
fuisse aliquando, Harpias, Hydram, Porcum Erymanthium, Næ-
mæum Leonem, & alia id generis existimarēt: voluptates illece-
brarum lenocinij, homines remorari, vitia omnia inspicere, ser-
pere

Poesis
Antiqui-
tas.

pere latius peccādi consuetudinem, ad omnem turpitudinē procliuē esse hominum naturā indicare voluerunt. Sed ingrediar in campum latissimū, in quo excurrere, & euagari posset oratio, vix vt vllum exitum inueniret, si poetarum institutum persequi, mysteria aperire, arcana omnia euoluere vellem. Nonnulla tamen de poeticā generibus ita perstringam, vt ad optimam disciplinam illi sese dare intelligant, qui poeticam amplectuntur. Res erit hausta ex altissimis Platonis, Procliq; fontibus, digna auribus eruditis, omnibus vtilis, & iucunda (vt spero) futura. Triplex est animi humani vita in hoc corpore hebeti, & tardo commorantis. Vna prima, & summa, altera vltima, & extrema, tertia inter vtrāq; interiecta, & media. Prima cęlestis est, planeq; diuina, extrema hominibus cum bestiis communis, media humana idest propria hominum, cum ad bestias pertinere non possit. Prima, & pręstātissima animi vita est, cum ille abstractus à sensibus corporis, & alijs omnibus facultatibus inferioribus, auocatus ab humana ratione, consilio, & prudētia, copulatur cum Deo, & degit vitam quandam illius cognitioni proximam, & ob summam similitudinem prope eandem: totusq; à diuino nutu, atque pręscripto regitur, temperatur, fingitur. Itaque iam non idem ipse viuere, sed in ipso vnus viuere videtur Deus. Meministis illam D. Pauli. ^a vocem. Viuo ego, iam non ego, viuio veto in me Christus. Peruenerat ille videlicet ad hoc supremum vitę genus, vt nihil iam omnino retineret suum, nihil in eo, nisi numē diuinum cerneretur. Hoc modo qui viuunt non sunt iam sui iuris, ac mancipij, sed toti permitti & traditi diuinę potestati, & quod agunt, non tam ipsi agere videntur, quā per ipsos Deus, cuius instinctum sequuntur duces. Egregie Christus Opt. Max. hanc egregię vitę, excellētisq; vim declarasse, & expressisse b D. Petro videtur, cum dixit; quādiu quidem iunior fuisset, ipsum se cingere solitum, & ire licuisse quo liberet, cum autem senuisset, futurum vt extēderet ipse manus suas se seque pręberet, vt ab alio cingeretur, & diueheretur, quo minime fortasse vellet. Hęc nobilissima vita excitat, erigitq; animum humanum ad quādam omnino ratione superiorem coniunctionem plane simplicis naturę diuinę, & simile cum simili componit, lun en animi cum diuino lumine, cum eo, quod est supra omnem naturam. Altera vero vita superiore cū dignitate, tam vi, & potestate inferior, media in medio animo sita est, cum animus ab illa cęlesti, & diuina vita quasi discedens, paululumq; ab illa mirabili numinis coniūctione semotus ad se ipsum redit, & mentem, ac scientiā proponit quasi magistrā, & dominam functioni munerū suorum, vt quidquid fiat,

Poeticā genera.

Triplex vita.

^a Paul ad Gala. 2.20.^b Ioa. 21 18

fiat

fiat ex pręscripto rationis. Hac vita qui fruitur animus, multa cōmentatur, multa animo, & cogitatione pertractat, intuetur varias formarum commutationes, imitando effingere conatur; quippe qui vnā, & simplicem eorum, quę sola cogitatione cernitur, naturam comprehendat. Quę cum inter omnes animantes sine propria hominum, merito hanc mediā vitā appellamus humanā. Extrema tandem, vita superioribus longe obscurior est, cum animus ab arce illa rationis quasi delapsus inferioribus animi facultatibus se coniungit, cum illisq; conspirans vnā mune re suo fungitur, visionibus, quas *phantasia* Gręci vocant, & sensibus ratione carentibus ad id vtens: quę cum in animantibus ceteris reperiantur, nec sint propria hominum, vere vitā hanc nobis cum bestiis communem esse diximus, quę rebus omnino deterioribus referta, & cumulata est. Cum igitur in animis hęc triplex vitę forma spectetur, eodem ordine poeticā constituitur partitio. Nam poetica, vt multiformes, & diuersę animorū vitę, a summo profecta, distribuitur in varia genera functionis. Primum, medium, extremum. Prima poetica summa, & pręstantis, plena est diuinorum bonorū. Est autem illa futor quidam diuinus, hominibus afflatus, mentis sanitate pręstantior, qui diuina conuenientia animum cęlesti numine afflatum complet. Nam vt ex diuina veritate existit diuinitio, qua interdum homines diuino beneficio quid sit futurum & pręvident & prędicunt; a pulchritudine autē, & illa mirabili quasi specie diuinę naturę diuinitur amor ille excellens, quo inflammati multi facile & honores & imperia, & rei familiaris iacturam, & corporis dolores, acerbissimosq; cruciatūs, mortem demique ipsam contempserunt: sic ab admiranda omnem cogitationem vācente conuenientia, & quasi consensu illo diuino poeticam hanc pręstantem oriri intelligimus. Cum enim nihil sit tam vndique quasi commensum, nec tam conueniens, nec tam ex omni parte consentiens, & consonans, quā Deus; immittitur hominibus ab illo furor, quo aliquam illius tantę conuenientię partem assequi possunt imitando. Hinc versus, hinc numeri poetici extiterunt: quibus poetica diuina sui muneris extremas functiones adornauit, quorum in concentu, & longitudinum omnium, ac breuitatum consensione mirifica non exigua videretur elucere similitudo conuenientię diuinę. Hac pręstans, diuinaque poetica Deo rerum auctore complet animum, & mirabili quadam coniūctione & abdita, copulat quod completur cum eo, quod complet atque animum quidem sine vlla materia, & sine tactu sub Dei subdit potestatem, vt illustretur. Deum autem inquit,

&

Poeticā partitio iuxta triplicē vitę formā diuina conueniētia.

Diuinitio ex diuina veritate.

Amor excellēs

Deus

& allicit, vt cum animo se præbente communicet lucem suam confluentibusq; fistulis ignis perennis opera, ex oraculo componit. Hæc communi quodam vinculo nectit quod participat, cum eo vnde participat, & quædam vnum ex utroque faciente mistura, quod deterius est, in id, quod est potius transfundit, efficitq; vt id solum, quod est diuinius munere fungatur suo, inferiore parte cedente, & in ea, quæ potior est occultante vim suam, vt nihil fere iam in animo cernatur, nisi cæleste, atque diuinum. Audi modo quid Plato scriptum fecerit de hoc genere poetice. Socrates in Phædro postquam de diuinatione, & de amore duobus furoribus verba fecit. Tertia, inquit, est à Musis profecta mentis occupatio, & furor, qui nactus mollem, & tenerum animum, & inaccessum eum concitat, & à mente consilioque deducit, & tum cantu, tum cæteris poeseos partibus exornans sexcenta physicorum facta erudit, & instituit posteros. His ille paucis verbis omnem prope vim excellentis, diuinæq; poetice breuiter expressit, quæ diligentius explanare libet. Primum explicat præcipuam causam efficientem huius poetice diuinæ, quam, ait, esse Musarum donum: quibus verbis, siue Musas omnino Deas esse credidit, siue cum vulgo loquens vim tantum significare voluit, numenq; diuinum, certe cælesti munere hanc poetice hominibus dari declarauit. Nam Deus, vt rebus cæteris à se perfectis tribuit concentum quemdam, & numerosas dimensiones, sic etiam in animis a se occupatis gignit illam poetice diuinam, in qua elucet vestigium quoddam non obscurum illius consensionis, & conuenientie diuinæ. Deinde nectis occupationem, & furorem vocat, omnis vero vis eius, qui illustratur, posita est in præsentia diuina; quod autem illustratur se præbet impulsionebus inde profectis, à suisq; moribus alienatū, & abstractum subiectum est numinis diuini, & sui similis effectio, & ideo vocat mentis occupationem, qua Deus occupat, & in sua potestate habet omnino quæ impelluntur, furorem autem nominat, quoniã aufert à suis functionibus, & ad suam vim transfert, quæ illustrantur. Tum docet illum animum, qui sit à numine cælesti occupandum, cum tenerum ac mollem, tum alte exaggeratum, erectum, & inaccessum esse oportere. Animus enim durus, & nihil cedens, omnemq; vim, & impressionem soliditate reiiciens, nec se facile præbens illustrationi diuinæ, aduersatur maxime instinctui diuino mentem occupare conanti. Nam sui iuris magis est, quam eius qui illustrat, nec facile illius munere, ac dono figurari, cõformariq; potest. Mens porro ab alijs cuiusque generis opinionibus occupata, & varijs, atq; alienis cogitationibus à diuinitate distincta

numinis

Socrates de poetice explicatur.

Poeticæ diuinæ vis.

numinis afflatu in obscurat, & obruit propterea quod cum impressionibus illius, coniungit propria vitæ munia, suasq; functiones. Quare necesse est vtrumq; iam antea habere illum animum, qui sit futurus in Dei potestate, vtq; mollis, tenerq; sit, altus atque inaccessus. Mollitudine namq; facile poterit accipere diuinas impressiones, illisq; penitus conformabitur: altitudine autem sic erit ab alijs rebus alienus, vt ijs affici aut cõmutari nequeat; cum neq; eas accipere valeat; nec cum illis commisceri. Mollitudine facile ad meliora flectitur, altitudine difficiliter ad deteriora abijcitur. Exponit postea munus, & officium: excitat, inquit, à mente, consilioq; seducit. Hic communis est animi facilis, & prompti instinctusq; diuini effectus furoris. Eius, inquit, quod illustrat, & eius, quod illustratur; illius quidem superne impellentis, & mouentis, huius autem se præbentis ad accipiendum illius donum. Est autem concitatio quædam, & contentio minime flexibilis, & conuersio ad diuinum numen. Tandem finem extremum, ait, esse, ornare præclara veterum facinora, & illis erudire posteros. Ex quo perspicitur, & humana perfectiora, & illustriora fieri diuinis; & ex hoc genere poetice veram disciplinam, & institutionem existere, si quis ei sit audiens dicto; Multumq; abesse vt ille diuinus philosophus adimat poetice vim erudiendi, & instituendi. In hoc genere poetice versati sunt omnes fere illi sacri vates, quorum monumenta in sacris litteris habemus, qui partim futura multa prædixerunt; partim de Deo, rebusq; cælestibus multa mortalibus aperuerunt: partim excellentia facta exornarunt; partim monitis diuinis ad religionem, cæteraq; virtutes adhortati sunt, partim à vitijs deterruerunt. Quæ omnia illi afflati, & instincti cælesti numine fecerunt, & merito, ad hoc primum poetice genus referuntur. Quorum versus qui paulo attentius legerit, facile Græcorum, & Latinorum carminibus anteponet. Quid enim illustrius, quid grauius, quid ornatius fieri potest illo carmine, quod de internecione Aegyptiorum Moses a conscripsit? Aut illo, quod idem vates composuit ad exprobranda ingrato populo beneficia diuina? Quid porro tam splendidum, tam magnificum, tam admirabile, quam carmina Davidis? Nec vero de magnitudine rerum, & diuinitate loquor, quibus nullum Græcū, aut Latinū poetam cum illo conferendum omnes fatebuntur. De ipso genere eloquendi loquor. Ita verbis abundat, ita creber estrerum frequentia, vt nihil nec copiosius, nec breuius fingi posse videatur. Tam sæpe verba transfert, & immutat, & omnibus alijs vtitur tropis, vt nihil dulcius esse credas. Verborum autem, sententiarumq; luminibus, & quasi insignibus ita totum distinguit carmen, vt omnia Rhetorum myrotecia ad scribendum

Animus diuini- nis illustrandus qualis esse debeat.

Poetica verã disciplinã & institutionem dat.

Vates sacri ad primum poetice generis referuntur.

Carmina prophetarum alijs anteponenda.

Exod. 75.1.

scribendum contulisse existimet, qui legat. Declarat hoc interpretatio Latina, quæ licet versum non efficiat & modicam ornamentorum partem retineat, tamen nescio quid præfert amplitudinis, & dignitatis. Atque ut cetera præteream, quid grandius excogitari potest, quam quod ille vates excellens quodam loco de solis conversione scripsit? Exultauit ut gygas ad correndam viam etc. Quid vberius, quid plenius, quid grauius illo carmine, quod ille ad commendandam vim, potestatemque diuinam, ex eorum que Deus fecit magnitudine composuit, quibus si quis adderet, & splendorem verborum, & versus, & numeri suauitatem, quam habet Hebræorum sermone; aut potius si idem ille vates, egregius, ac diuinus, ut illa quondam suo sermone composuit, sic nunc Latino, Græcoque sermone eodem spiritu afflatus interpretaretur, cederent Homeri, Virgilij, Pindari, Horatij; omnes Græci Latinique poete se victos; & longo intervallo relictos fatecerentur. Hi vere sunt interpretes Dei per quos ille hominibus, & res multas penitus abditas, & quid fieri vellet, denunciauit. Hi sunt parentes sapientiæ, per quos diuinæ sapientiæ lumen omnibus gentibus illuxit, hi sunt planè expediti, & leues, & volutates, & sacri, qui cælesti commendati dono ex fontibus diuinitatis melle fluentibus, & ex illis amœnitatis cælestis hortis, & saltibus carmina, & concentus ad nos detulerunt: hi numine diuino tanquam vi magnetis attracti multos ipsi ad se traxerunt, & quotidie trahunt, ac veluti quadam longa, & apta catena cõnexi pendent ex Deo: hi multa facinora præstantium virorum ad homines instituendos exornarunt: ab horum diuinitate, adolescẽtuli, & in doctis remouendi sunt; horum sententiæ multis velut integumentis inuolutæ explicandæ sunt, ut qui instituuntur latentem veritatem consequantur. Antiqui vero & Græci, & Latini nullum huius generis poetam proferre possunt. Nemo enim Græcorum, aut Latinorum veterum, instinctu diuino scripsit: verum ut in summa religionis multum illi à veritate aberrauerunt, & nescio quæ Deorum monstra venerabantur: sic in eo non medio-criter errarunt, qui poetas quosdam diuino numine afflatos carmina sua de diuinis rebus edidisse crediderunt. Primum enim Sibyllæ multæ floruerunt, de quibus Lactantius, a quas Apollinis inflatu futura prædixisse arbitrati sunt, cum eius essent sacerdotibus. Describit rem totam elegantissime Virgilius in vna Sibylla Cumana in vi. Verum ut Apollo non erat Deus, sic Sibyllæ non Cõstati Deorum, sed malorum dæmonum instinctu loquebantur. Declarat id Magnus Constantinus in oratione, quam Romæ habuit pro religione Christiana. Libri Sibyllini, qui Romæ in Capitolio asserua-

Psal. 18.

6.

Diuini poete & interpretes Dei qui.

Poete veteres quales.

Sibyllæ multæ.

lib. 6.

cap. 6.

vid. Eu seb. de Cõstati.

oratio ne c. 18. pa. 319.

asseruabantur, pleni erant superstitionum. Quæ si plena sunt erroris, nefas est carmina ab ijs tradita diuino instinctu composita suspicari. Nam quod aliqua de Christo quædam vaticinata sit, ut de Herythraea tradit D. Aug. id numini diuino tribuo. Cum enim illa caste virginitatem custodiret, Deus ut est bonus, & magnificus, eam hoc honore afficiendam esse statuit, ut aliquando de liberatore hominum vaticinaretur. Orphei præterea, & Homeri hymnos ad hoc genus referebant antiqui, quos tamen erroris refertos esse videmus, nec diuino numini tribuendos. Huiusmodi sunt ceteri, quos veteres ignari veræ religionis in hoc genere versatos esse putarunt. Sed aliud eorum peccatum grauius esse video. Nam quod paucorum poetarum est proprium, id illi ad omnes poetas transfulerunt, ut nullum esse dicerent, qui non diuinitus ad carmen componendum concitaretur. Hinc illa vox Nafonis.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,

Sedibus athereis spiritus ille venit.

Et sacri vates, & Diuum cura vocamur,

Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Et alibi.

Impetus hic sacre semina mentis habet.

Hinc illa Ciceronis pro A. Licinio Archia poeta sententiæ, Ceterum rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare; poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari, iure Ennium sanctos appellasse poetas, quod quasi diuino aliquo dono, & munere commendati nobis esse videantur. Scilicet nihil aliud reliquum erat, nisi ut in animos imperitorum, & flagitiosorum cæleste numen illaberetur. Ab hoc errore alius magis ridiculus profluxit ut qui bonus esset futurus poeta, eum furiosum, insanum, & amantem esse oporteret, quem facere Horatius in arte poetica irridet.

Ingenium misera quia fortunatus arte

Credidit, exclusit sanos Helicone poetas

Democritus, bona pars non unguis ponere curat,

Non barbaram, secreta petit loca, balnea vitat.

Nanciscetur enim pretium, nomenque poete,

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam

Tonsori Licinio commiserit

Uterius etiam sunt errore progressi, atque eo demeriti deueniunt, ut dicerent poeticam vim, & furorẽ à vino promanare, ut nõ afflatu diuino componere putarentur, sed multo vino completi, & fa-

BBb tauri

De ciui-
rare Dei
lib. 18.
cap. 23.Poetam
natura
cõstare,
alia stu-
dia do-
ctrina &
arte.Poetas
sanctos
Ennius
appella-
uit.

turi ad carmen excitarentur. Vnde Horatius Epistola prima libri primi ad mecænatem.

*Prisco si credas Mecenas docte Cratino
Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus, vt male sanos
Ascripsit Liber Satyris, Faunisque poetas.
Vina fere dulces oluerunt mane Camænæ
Laudibus arguitur vini, vinosus Homerus.
Ennius ipse pater, nunquam nisi potus ad arma
Profuit dicenda, forum, putealq; Libonis
Mandabo siccis, adimam cantare seueris.
Hoc simul edixit non cessare poeta
Nocturno certare mero, putere diurno.*

Sed nec Democritus, nec Plato, aut alij viri sapientes aliquo naturæ morbo, & vitio furere poetam, & insanire voluerunt, vereque scripsit Horatius scribendi recte, sapere est & principiū, & fons. Sed naturalem quemdam animi impetum, & celeres ingenij motus, omnibus poetis necessarios esse. Qui vero ita insanit inter sanos, in vincula potius conijciendus est, quam in numerum bonorum poetarum, referendus videatur. Quod si diuino instinctu ita furit, omnes ita furere multo esse fatius confitebuntur, quam sapere. Sed quia vulgus nomen omnibus ascripsit, inde factum est, vt poetæ etiam vates dicerentur, cum id nomen solum eorum esset, qui res futuras prædicerent. Altera poetice species multis partibus inferior, habet statum suum definitum intellegendi habitu: cognoscit naturam rerum, & honeste factis, & diuisis delectatur, & res in numerum includit. Multa eius a bonorum poetarum monumenta memorantur admonitis & consilijs optimis referta, & ad uirtutum communionem uocantia omnes bona præditos natura. Talia fuerunt carmina Tyrtæi, Theogridis siculi, Empedoclis, Nicandri, Lucretij Cari. Tertia demum, & extrema forma poetice longe superioribus inferior, obscurior, & ignobilior, opinionibus, & uisionibus coniuncta est. Hæc imitatione perficitur; neque est, aut dicitur esse aliud, quam quædam concitatio. De hoc extremo genere Arist. ars poetica est conscripta, & Horatij magna ex parte. Imitatio quædam vera & recta quæ talem vnamquamque rem effingit, qualis ipsa est; altera simulata, & ficta vnamquamque rem exprimit, non qualis ipsa est, sed qualis videtur, aut multitudini videri potest. Hinc existit vna forma poetice, quæ veris de rebus opinionibus nixa est, & germana

Vates & poetæ differunt.

Poeticæ secunda species.

Poeticæ tertiaspecies.

manam illarum, & expressam similitudinem proponens tota ad imitationem veritatis accommodatur. Altera, quæ sequens id tantum quod videtur, & apparet, non similitudinem veram, sed quamdam simulatam speciem similitudinis ante oculos ponit, ac tota ad voluptatem comparatur. Illa nihil immutat imitando, hæc ad ingentem magnitudinem extollit exigua mala, auditores verborum genere & concentus varietate recreat, commutat animos hominum, & naturam rerum, quia non quales sunt, sed quales videri possunt effingit imitando, cum sit adumbratio quædam, non subtilis rerum cognitio. Hæc tria genera poetice reperiuntur apud Platonem: Primum furoris diuini, secundum scientiæ, tertium imitationis. De primo multa tum in Phædro, tum in Ione, de secundo in lib. de legibus, & in Alcybiade, de tertio in lib. de rep. Primum, ac secundum genus non approbat modo Plato, verum etiam mirifice commendat: tertij generis priorem partem non improbat, posteriorem reprehendit in decimo de Rep. & à sua ciuitate penitus excludit. Primi & secundi generis finis est hominum institutio, Tertij generis finis est voluptas. Hæc mi Pater, aut ijs non dissimilia sunt, quæ ego ad auditores meos retuli tunc, cum de generibus poetice verba facerem, quæ si tibi meliora factitanti probantur, efficis, vt non iniuria hæc ex veteribus deprompsisse peniteat, cū te arbitro digna esse videantur, quæ poeticam amantibus proponantur. Tu altius euolas, & fortasse etiam primo genere præstantius aliquid & diuinius meditaris, nos eo potiora à te expectamus, quo facilius vobis diuina rimantibus licet abdita, & recondita in vulgus proferre, quæ nobis mente, & cogitatione comprehendere. Sed memineris me hæc obsequendi studio, & morem gerendi desiderio reperiuisse, non ostentandi ingenij causa omnia ergo æquibonique, consules.

L I R E R N O N V S

D E P O E S I H E -

B R A E O R V M .

De Origine, & antiquitate Poesis
Hebræorum. Cap. I.

DE Prisca, & recentiori Hebræorum poesi, cum antiquiores magistri rara, & perpauca documenta tradiderint: placuit hoc in libro aliqua colligere, & coacervare quæ quidē studiosorum ingenijs & desiderijs quoquo modo satisfaciant. Quæ in re est primum aduertendum; Poesim ab Elia Leuita illo suo Tesbi piut ^{ט"י} appellatam: quod nomen à græco deductum quidam in adnotationibus ad nouissimū Theſ. ^a Lingua sanctæ perperam existimauit. Sed verbum esse Chaldaicum ex ^{ט"י} piuet deductum, Fabricius Boderianus ^b ostendit. Inde ^{פ"י} paitan, idest Poeta. Dicitur etiam ^{משורר} mescorel seu ^{חרזן} charzan, idest rhythmorum cōpositor, quem Poetā dicimus; in plurali format ^{פ"י}, idest Poeta. Græcedicitur ^{ποιητής} hoc est carminū insignium cōpositor.

Artis

Poesis
vnde de
riiatur.^a col.
1804.
Hac de poesi et Rhythmis: reliqua (si lubet) videri etiam possunt apud Aiuonium de carminibus Hebraeorum. Nobis satis sit pauca ista in studiosorum gratia collegisse adnotasseque. Superest nunc, ut vastissimum sacrae scripturae arcanorum pelagus, exiguo.

*sequetis decimi libri nauigio,
 Deo. Opt. Max. auspicante ingrediamur.*



LIBER

729
 LIBER DECIMVS
 DE DIVINIS ARCANIS.

*De Arcani Etymologia atq. partitione.
 Caput primum.*

Omne Superuacuum pleno de pectore manat. Este autor en este libro es grandisimo habbador.
A S T V M hoc diuinorum arcanorum pelagus enauigaturi, soluta iam è grammaticalium tractationum littore puppi: Hoc primo capite, arcani etymologiam, significationem, partitioneque, principio cõplectemur. Arcanum ergo latinis dicitur, quid secretum, absconditum, & occultum; quod nulli temere communicamus, nobisq. tantum referuamus. Et sicuti secretum dicitur à secerno quasi separatum sit à vulgari hominum cognitione, ita & Arcanum dicitur ab Arca, in qua reclusa & recondita, secreta manent. Ea verò mysteria, quae à vulgari hominum comprehensione nimis sunt distantia, & separata; sancta atque segregata dicuntur, vti praestantissimus B. Arias Montanus post alios quãplures in suo libro d'arcano sermone, ostendit. Accedit illud^a Matth. 7. vers. 6. nolite sanctum dare Canibus,^b & Luc. 1. 15. ibi quod ex te nascetur sanctum, & Leui. 11. vers. 44. ibi sancti eritis mihi quia ego sanctus sum. Vide patres citatos ab Authore Siluæ Allegoriarum Dictione sancire & sanctus, & Berchorium pictauiesem in 3. parte sui dictio. dictione sanctus, & Polyanthea eadem dictio. Adde incognitum psal. 85. vers. 1459. & psal. 144. vers. 2525. Hinc sane dicitur Christus Dominus, & Saluator Noster, Nazareus. i. separatus à turba coinquinata, & à vulgaribus operibus, vide^d Rupertum Abbatem in Numerorum. Commentarijs atque^e Tertulia. aduersus Marcionem, & ibi Renatum

Para las cosas de las digas, son escusadas, las citaciones, para las probables, bastan seis au toridades, para las cosas importantes y dificultades, se maneja mas. Este autor para qualquiera materia citara seis cosas de autores, con q. en cada al mag. de Joseph de Leon

^a Nazareus i. separatus dicitur D.N. Iesu Christus.
^b in 6. Num. caput tom. 1. cap. 11. & seq pag. 341.
^c Tertulianus lib. 4. pag. 192. & in nobis eodem l. b. 4. cap. 3 pag. 839. tom. 3. pag. 888.
^d E E e lauren Rup. Abb.
^e in 6. Num. caput tom. 1. cap. 11. & seq pag. 341. c. Tertulianus lib. 4. pag. 192. & in nobis eodem l. b. 4. cap. 3 pag. 839. tom. 3. pag. 888.

D. Hiero. in Matth. c. 2. lib. 1. to 6. pag. 6. uid. Io. lang. in ad. notat. In- flini Mar- ty. tom. 2. pag. 228.

Vid. Hier. in Efa. c. 52. tom. 4. pag. 367. & Marti- nū Marti- li 2. hypo- typos c. 3. post epi- pha. aduer- sus Naza- ros lib. 1. to. 2. pag. 35. hæres. 29. & Iust. de verita- te christia. religio to. 2. pag. 52. & 187. vbi Ioānes Iā- gus.

col. 1213. 1760. & dictio. he- bræū Mag. Folterij. pag. 404.

Clem. A- lexādrin. pag. 9. in oratio. ad gentes.

Gregor. gyal. de dijs gētū. pag. 414. linea 9. &

Laurentium, & Pamelium post a D. Hieronymum in Matth. super illis verbis euangelise, quoniam Nazarus vocabitur. Vnde Christiani primitus Nazareti vocabantur uti apud D. Hiero. & alios videre est. Arcanum ab Hebrais dicitur סוד sod, & סוד lat. i. quid velatum, & absconditum: vide nouissimum pagini Thesaurum. Græcis dicitur μυστήριον. i. musterion, a verbo μύω, quod est claudo. Musterion profero, & non Mysterion, obseruata veterum genuina, & vera profereudi ratione, qua pro è longo, & v pro u. proferebant, uti superius lib. 1. cap. 20. admonuimus. Est ergo græcis musterion, siue mysterion, Arcanum, sacramentum, sub quo arcani aliquid latet, quodq; nephast est vulgo efferre. Legere libeat a Clementem Alexandrinum in illa sua oratione adhortatoria ad gentes, vbi sic scribit: Mihi autem videtur oportere dare etymologiam horum vocabulorum, orgia, & Mysteria. Orgia quidem dicuntur ἄπο τῆς οὐραγίας, hoc est ab ira Cereris in Iouem. Mysteria autem ἄπο τῆς μύσεως, hoc est ab execratione, & abominatione quæ accidit circa Dionysium. Quod si etiam a Mæonte quodam Attico, quem dicit apollodorus, interijisse in venatione, nulla est inuidia, vestra Mysteria sepulchri honore esse affecta. Porsunt autem aliter quoque intelligi μυστήρια quasi μυστήρια litteris ex aduerso sibi respondentibus ἐπένευσθη. i. venantur enim si vllæ aliæ huiusmodi quoq; fabulæ, ex Thracibus, Maxime barbaros: ex phrigibus, amentissimos: ex græcis superstitiosos. Pereat ergo qui huius fraudis fuit princeps & Author hominibus, &c. Hæc Clem. Alexandr. Sed tamen his adde Gregorium e Gyraldum, qui de Orgiæ, & Mysterij ætymo, aliter sentire videtur. Hæc autem arcana Mysteriorum diuinorum ratio non solum proprie diuinis, & ecclesiasticis sacramentis, & arcanis cõuenit, vt i. q. 1. canone multi ante mediū. Sedit colēdis. Missæ sacrificio, a priscis, & recētoribus accõmodari solet. Illud

464. & de symbolis pythag. pag. 493. sub finem vbi sic habet παρά το μύειν το σομα, hoc est a claudere os dicebantur. Nam in sacrificijs os claudi iubebatur.

Iud per excellentiam, reconditi caelestis arcani Mysterium appellantes. Græci patres τελετή τελετή dixerunt: hoc est, Secretum Secretorum, Sacramentum Sacramentorum, Mysterium, Mysteriorum, Arcanum, Arcanorum. De qua re videndus est Dionysius Areopagita in libro de Ecclesiastica hierarchia qui huius rei eam rationem assignat, nempe quod nullum fere hierarchici ordinis sacramentum, sine diuina Eucharistia perficitur. Vnde in cõstitutionibus apostolorum a Clemēte Romano cõgestis Missa Mysterium dicitur. Vide b D. Chryostom. super Io. & in Epistola ad c Corinth. Augustin. etiam in libro de viduitate, adde Anastasii d synaitam in exaero suo. Claudium Episcopum de nominibus Missæ. post Sot. e in 4. & nostrum minoritam, & comprouintiale Patre f Alphonsum a Castro aduersus hereses. Accedit Iacobus g Pamelius in adnotationibus ad D. Cyprianum, vide h Hugonē de sacramentis, & i D. Thomam in tertia parte summæ. Præterea Arcanum etiam a Græcis dicitur ἄπο ῥήτων. Vnde ἄ ἄπο ῥήτων ῥήματα, idest Arcana verba apud D. Paulum k 2. ad Corinth. 12. vers. 4. l D. Augustinus de verbis Domini, legit ineffabilia verba, quippe quia arcana fari nequeunt, præsertim illa quæ ipse rap- tus vidit. Arcana, vt puto triplici partitione distinguuntur. Alia namque sunt sacra, atque diuina, Alia Magica siue naturalia, occulta Naturæ secreta, & rerum naturalium vires siue proprietates complectentia, alia humana, & inter homines vsitata. Illa vero Magiæ superstitiosæ arcana, & quamplurima alia, Demonum superstitiosorum magis quam hominum sunt commeta, vt m Clemens Alexandrinus ait, atque Delirantium Rabinorum amentissima deliria, somniaq; uanissima. Præterea Mysteria, siue symbolica Arcana quibus, Aegyptij, Chaldæi, Græci, E E e 2 & alio-

Mysterium Mysteriorum, Arcanum Arcanorum, Secretum Secretorum dicitur missa.

Nullum fere sacramentum sine Eucharistia perficitur.

Clemens Rom. lib. 8. cap. 21.

Chryostomus homil. 77. ca. 16.

ad Corin. 15. homil. 41. & in Matt. homil. 24.

Anastasius Synaita. pag. 1568. in appendice bibl. SS. patr. cas. to. 4. bibl. SS. patr. pag. 11. & seq.

Sott. in 4. distin. 8. q. vnica.

Alphosius

a Castr. lib. 10. pag. 651. dictio. missa. g Iacobus Pamelius. pag. 152. col. 1. & seq. & 472. col. 1. h lib. 11. i D. Thom. 3. par. q. 83. art. 4. k 2. ad Corin. 12. 4. l D. Aug. serm. 38. cap. 5. to. 10. pag. 55. col. 2. m Clemens Alexan. in orat. adhort. ad gentes pag. 9.

& aliorum gentiliū Nationes vtebantur, cum nec Diuina, nec naturalia sint, humana, seu, potius Diabolica, haud dubie, censenda sunt; proculque à nostris arcenda liminibus. Ea verò optime confundit Clemens Alexandrinus loco adducto, atque late^a Eusebius de Euāgelica præparatione. De his Mysterijs gētiliū vide^b Iamblicum in libello de Mysterijs ægyptiorū. Quis autem primus arcanorum Author Inuentorque fuerit inferius cap. 3. manifestatur. Vnū tamen adhuc est aduertendū Arcanum, secretum, Mysteriū, & sacramentū, synonyma esse vt c. prouer. 11. vers. 13. ibi qui ambulat, fraudulenter reuelat arcana. Vbi chaldaica paraphrasis, p. arcano, posuit secretum. Qui accusator, (inquit, est) reuelat secretum. similiter^d prouer. 25. vers. 9. ibi, & secretum suum, siue Arcanum tuum, extraneo ne reueles. e. Et psal. 88. vers. 8. vbi pro eò quod nostra vulgata habet. Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, f. D. Hiero. transtulit, in arcano sanctorum, cum sod, in hebræo textu positum, arcanum, & consilium significet, quod quidem ex sua natura est occultum, seu occultatum, atque secretum esse debet. Ac proinde Chaldaica paraphrasis sic habet. Deus fortis secreto sanctorum. Idem etiam g. eccles. 27. vers. 24. ibi denudare autem amici misteria. desperatio est animæ infelicis. Septuaginta; ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια ἀπόλεσε πίστιν, idest qui reuelauit arcana perdidit fidē. h. Primo etiā paralipo. cap. 15. vers. 20. ibi cantabant arcana, vbi 70. pro arcana, sic substituerunt τὸν κρυφίον, quod etiam significat, quid occultum, seu tectum, & absconditum: sic i. Es. 45. 3. vbi nostra vulgata habet; Dabo tibi Thesauros absconditos, & arcana secretorū. Sept. dixere thesauros tenebrosos absconditos; eodem vtentes nomine. * Clemens Alexandrinus legit, thesauros, absconditos, obscuros, inuisibiles, & occultos. Vbi etiā explicat qui sint hi thesauri, diuitiq; absconditę. Targum habet; Thesauros qui sunt in tenebris, & ob-

strusas

strusas opes, vide Tertulia. ^a aduersus Marcionem. Hinc Arcanus, siue Mysticus sensus idest reconditus, & occultatus, iuxta illud Aeneidos. 4. Arcanos etiam tibi credere sensus. Appellatur præterea arcanum testimonium idest secretum & interius vnus cuiusque mētis iudiciū. Qua in re falso Nouatores hæretici asseuerant, Arcanū spiritum vnus cuiusque sufficiens, & idoneum esse ad discernendum dijudicandumque, de Sacre scripturę sensibus, atque de quo vis alio Dogmate. Huius erroris confutationē vide apud doctissimum nostrum Minoritanum Fratrem^c Michaelē Medinā, de recta in Deū fide, & latius^c apud Stapletonum in methodica principiorū fidei demonstratione. Sacramentum quoque pro arcano passim in scriptura reperies, præsertim^d Tobia 12. vers. 7. ibi Sacramentum regis abscondere: vbi Deo dante latius dicturi sumus. Accedat interim D. Paulus Adephe^e 1. 9. vbi vulgata nostra sacramēta posuit. pro mysterio; Syriaca interpretatio vtrumque complectens sic scribit. ^h ארזו, Arzo idest arcanum siue secretum. Vide Fabritium^f Boderianum in suo Syro Chaldaico Dictionario. D. Paulus etiam 1. ad Corinth 4. vers. 1. Dispensatores Sacramentorum Dei, dispensatores Mysteriorū Dei appellat. Syriaca interpretatio habet, dispensatores arcanorum Dei. Idem videbis^h apocalyp. 1. vers. 9. ibi sacramentum septem stellarum, idest Mysterium vel arcanum. Vide Iamblicum de mysterijs ægyptiorum, sacramentum pro arcano, & secreto etiam vsurpantē. Alia ab scholasticis interpretibus de sacramento tradita uide in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. & alia à sanctis quibusdam patribus de arcano adnotata. Sylua allegoriarum, Dictione arcanum late deducit, & cogerit. Hæc de etymologia, & significatione arcani satis sint.

EEe 3 D

^a Eusebius
li. 5. 2. & 3.
latiff.

^b Iamblicus
pag. 145.
Arcanum
secretum,
Mysteriū,
& sacra-
mentum,
synonima.

^c prouer. 11.
13.

^d prouer. 25.
9.

^e Psal. 88. 8.

^f D. Hiero.
6. psal. 88.

^g Eccles. 27.
24.

^h primo pa-
ralip. 15. 2.

ⁱ Es. 45. 3.

^k Clem. A-
lex. lib. 5.
stro. pag.
154. &
165.

^a Tertul. li.
4. pa. 216.
6.

^b Arcanus
spiritus nō
est suffici-
ens ad di-
iudicandū
de sacre
scripturę
sensibus.

^c Frater Mi-
chael de
medina li.
7. cap. 13.

^d Staplet.
cōtrouer.
5. li. 9. cap.
1.

^e Tobia. 12.
7.

^f Adephe.
1. 9.

^g Boderia.
in Syro
Chalda.
d. tio. pa.
16. col. 2.

^h 1. ad Co-
rinth. 4. 1.

ⁱ apocalyp.
1. 9.

De Arcana Dei Opt. Max. incomprehensibilitate. Caput II.

Dei incomprehensibilitas.



Is ergo vndecumque prelibatis ad nostra diuina Arcana, Sermonem conuertentes, illico Deus ipse Opt. semper Max. sese nobis offert; Vbique presentialiter, & essentialiter existens. Quem quidem Arcanorum omnium immensissimum pelagus, Mysteriorum abissum profundissimam, sacramentorum spaciosissimum oceanum, atque perennem secretorum fontem esse: Nullus sane mentis est qui non intelligat, qui non credat. Ac proinde incomprehensibilem, & arcanam Naturæ suæ diuinæ immensitatem, Nulla humana ne dicam^a Angelica sapientia, comprehendere potest. Est namque (vti diuinus ille Dionysius^b Areopagita de diuinis nominibus testatur) super omnes celestes mentes incomprehensibili virtute collocatus. et paulo post; Et quia est (inquit) supra omnem substantiam ab omni cognitione se gregarus. Idem Dionysius^c de cælesti hierarchia De hac eadem Dei Opti. Maxi. incomprehensibilitate in hunc modum loquitur. Aliquando ab eisdem laudatur scripturis, super substantialis, Deitas, honestissime, ac pene diuinè, dum in eius laude dissimilibus vtitur signis, eamque inuisibilem, infinitam, & incomprehensibilem predicant, ips eam appellantes nominibus, quibus non quid sit, sed quid non sit dicitur. Hoc enim verius (vt arbitror) in ipsa est, & de illa propriè magis asseritur. Nam sicuti secretior illa sacerdotalisque traditio docuit, Dum illam esse negamus aliquid ex his quæ dicta sunt, verum profecto loquimur, & si modum quo illa in definita est (quippe quæ substantialis, & incomprehensibilis, atque ineffabilis est) prorsus ignoramus. Tanta ergo est hæc incomprehensibilitas, eiusdem arcane naturæ; vt nec affirmationes ipse, tantis arcanorum late-

^a D. Tho. 7. par. 9. 12. art. 7. & 9. 56. art. 3. Scot. late in 2. sent. dist. 8. q. 9. palati. ibi dist. 4. disp. 1. in fine adde et Chryf. de verbis Esaie homil. 2. to. 1. pag. 1384. & Ludo. Cæli. Rhodigin. lib. 21. antiq. lectio. ca. 14. Adde D. Th. contra gætes c. 3.

^b Dionysius arcopagita. c. 9. cap. 2.

^c

bris congruant, conueniant. Accedunt quæ Io.^a Damascenus in libris orthodoxe fidei de ipsa Dei incomprehensibilitate atque theologia negatiua docet. Et quæ tradit Clemens^b Alexandr. dum (inquit) si ergo ablati omnibus quæ adsunt corporibus, & his quæ dicuntur incorporea nos ipsos proiecerimus ad Christi magnitudinē & deinde in vastitatem immensitatemque sanctitate processerimus, ad intelligentiam omnipotentis vtrumque processerimus, non quod est, sed quod non est cognoscentes. Et uid. eundem Clem.^c Alexan. loco præcitato. Adiunge illis D.^d Augustinum in tract. super Ioannem, & in libro de cognitione veræ vitæ (si is^e liber est Augustini,) Vide etiam doctissimum nostrum Hispanum Martinum Martines^f cantapetrensem in suo lib. Hypotyposcon. Nec aliena ab hoc loco iudicari debet, pulchra illa platonis sententia, cuius Ludouicus^g Cælius Rhodiginus loco præcitato meminit. quæ sic se habet θεὸν μὴ τὸ πᾶσι δῶν νόσται ἀγνώστου, hoc est, Deum quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autem impossibile. Arcanam hanc, incomprehensibilemque Dei naturam, Diuinus Almus spiritus nobis significare voluit, cum Psalm.^h 17. 12. dixit: posuit tenebras latibulum suum idest absconsonem suam, vel secretum, aut arcanum: ἔκρυπται, enim ibi posurum, absconsonem, & occultationem significat, & consequenter arcanum exprimi potest. Vid. Deut. 17. 15. & Iere. 47. 10. atque Pagnini Thesaurum nouissimum. Magistrum etiam Forsterum in suo^m dictionario. Sed quæ nam tenebræ ille sunt: cum Deus ipse veralux sit; omnem hominē; immo, & ipsammet solis lucem, & agenlorum splendorem, illustrans atque illuminans? At nullæ quidem aliæ sunt, nec esse possunt, nisi incomprehensibilitas hæc, & negatiua ignorantia. Porro cum Anima ad hæc diuinæ cognitionis, diuinas tenebras peruenit: Deū ibi absconditum

É E e 4 cæca

¹ Pagninus in suo thesaur. nouiss. col. 1944. ^m Forsterus in suo diction. pag. 389.

^a Io. Damascenus li. 1. cap. 4. fol. 63. verso B.

^b Clem. Alex. lib. 5. Strom. pa. 167. c

^c

^d pag. 170.

^e D. Aug. tracta. 23. cap. 5. to. 9. pag. 84. col. 2.

^f tom. 9. pa. 402. cap. 3 & 7. & de verbis do. to. 10. ser. 38. vbi plura.

^g Martinus cantapetrensis li. 2. cap. 2. pag. 134.

^h Ludo. Cælius Rhodigin. d. lib. 21. cap. 34.

ⁱ Psalm. 17. 12.

^k Deut. 27. 15.

^l Iere. 49. 10.

cap. 7.

Extatis
quomodo
gumanæ
menti ac-
cidat.

b
Palatius
in 1. dif. 3.
dispu. 2.
pa. 48. co.
1. sine, et
col. 2. in
prin.
Method^o
extatica
differt a
methodo
ordinariæ
theologiæ
circa Dei
cognitio-
nem.

c
Maximus
epus cen-
tur. 4. de
virtu. & vi-
ri. c. 31. in
appédice
bibli. SS.
patr. pag.
1319.

d
1. ad Cor.
13. 8.

cæca videt, & ignorans agnoscit. Audi Dionysium de diuinis nominibus sic loquentem. Est augustissima Dei scientia quæ per ignorantiam scitur in coniunctione cum Deo, quæ superat sensum, quando mens omnia alia transiliens, & se ipsam demum linquens, coniuncta fuerit lucidissimis radijs, inde atque illis insensibili sapientiæ profundo illustrata. Hoc autem diuinæ sapientiæ profundum, quo mens humana in hac sublimi cum diuinitate illustratur coniunctione, non aliud videtur esse quam scire quid sit Deus. Hæc Dionysius. Cuius tamen sententia vti recte Michael de Palacios in suis scholasticis disputationibus aduertit. Accipienda est iuxta extaticam methodum, humanæ mētis vires super gradientem, qua, ipsum, quod quid diuinum, hominibus raptis vitalibus functionibus suspensis, diuinitus elucet: non vero iuxta ordinariam theologiæ methodum, qua quidem attentata; quod quid diuinum, & quid sit Deus, nobis nunquam elucebit. His tamen addenda videntur quæ Beatus Maximus in suis centurijs considerans sic scripsit. Aiunt sapientes fieri non posse, vt simul quis experientiam Dei habeat ac de eo loquatur: aut Deum sentiat, & eum mente concipiat. Sermonem autem de Deo (inquit) proportionem speculationis ex creaturis Dei, cognitionem præbentis: sensum, ipsam quæ participatione fit experientiam, bonorum supernaturalium: intelligentiam ex his quæ sunt, simplicem quandam de eo notionem. At forsitan etiam hoc in alio quouis perspicuum est. Si quidem illius ipsius rei experientia, sermonē de ea sistit: & eius ipsius rei sensus, de ea conceptam intelligentiam quiescere facit. Experientiam vero Dico ipsam operis faciendæ cognitionem quæ suboritur post omnem sermocinationem, & sensum, ipsam rei cognitæ participationem, quæ post omnem intellectionem emergit. Quod forte mystice docens Magnus Apostolus (inquit) siue profetiæ

eua-

euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur: loquens videlicet de cognitione, quæ sita est in sermone, & conceptione. Quæ sane consideratio diuinis illis tenebris satis adaptari potest. Hinc ergo optime colliguntur, duæ ille indicationes siue modi quibus (authore^a Cyril. in dialogo de Trinitate) Deus indicatur siue cognoscitur. Primus est, cum Deum lucem dicimus seu vitam vel alia à quibus est. Secundus quando per ea à quibus non est vt cum negamus corruptibilem, & visibilem. Consonat his frequentissima illa theologiæ distinctio affirmatiua; Nempe, & negatiua, siue ablatiua. Cui etiam accedit alia symbolica siue arcana, quæ quidem per sensibiles formas quas Dionysius^b sacra velamina appellat, progreditur. Huc etiam pertinent omnia illa symbola, quæ Deo Opti. Max. Methaphoricè, & translatiue applicantur. Vnde iam aperte vides. Quid sit Deum in tenebris latibulum ponere. Qualesque, & quam lucidissimè illæ tenebræ sint in quibus sanè diuina Dei Maiestas, & Arcana Diuinitas lucidissimis tenebris agnoscitur, & conspicitur. Ac proinde præcitatur^c Psal. 17. vers. 12. Targum, sic translulit: collocavit Maiestatem suam in calligine. Scio, Euthymium, & plerosque alios, locum illum aliter explicare, verum superior expositio, & nostro instituto, & D. Ioan. Damascen. loco præcitato, menti, consonantior est. Hinc etiam intelligemus causam, siue rationem quare Euangelicus Propheta Esaias^d cap. 45. vers. 15. Deum; Deum absconditum dixerit; ibi vere tu es Deus absconditus, vel qui se abscondit, vbi participiū illud מִסְתַּתָּר Mistatar, quartæ coniugationis, significat absconditum, & secretum. secretissima namque res est ipse Deus omnium intellectum maxime fugiens. Quæ de causa lucem habitare inaccessibilem Paulus ait^e 1. ad Tim. 6. vers. 16. vid. Reuerendū Patrē^f Alphonsum à castro in libro aduersus hereses vbi illud 3. Reg. 8. cap. 19. 23.

D. Opt.
Max. d. 1.
indicatio-
nes.

a
Cyrillus
c. 1. 10. 2.
pa. 365.

Theolo-
giaduplex
affirma-
tiua & nega-
tiua.

b
Dionysii^o
de diuinis
nominib⁹
cap. 1.

c
Psal. 17. 12.

d
Esa. 45. 15
e
1. ad Tim.
6. 16.

f
Alphonsus
à castro li-
5. to. 1. pa.
327. di-
stione De-
us

g
3. Reg. 19.
23.

19. 23. De Helia vultum pallio cooperiente; ad hanc secretissimam incomprehensibilem Dei Maiestatem refert. Proinde cum in caligine habitare dicatur 2. parilip. ^a 6. vers. 1. quidditas ipsius Dei à nobis in caligine secretissimaque incomprehensibilitate occultari intelligitur. Et si eius diuinitas omnibus nota sit. Quis enim Deum Diuinum, & omnia super transcendentem ignorat? Septuag. pro abscondito, translulere: & non nouimus; quomodo etiã ^b Cyrillus ibidẽ legit. Sed minime nouimus seu cognouimus quæ occulta sunt, & minus quæ occultissima, sicque sep. à vulgatæ sensu non discrepant. Vnde merito de hac absconditissima Dei notitia, dici potest illud, quod sanctus. ^c Iob. de diuina sapientia pronuntiauit. cap. 28. vers. 12. ibi; sapientia vero vbi iuuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Idem ^d cap. 11.8. vbi forsitan vestigia Dei comprehendes? & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? excelsior caelo, est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoscas? longior terris mensura eius, & latior mari. Quibus tropis & loquendi modis, docet impossibile esse vt illius arcana, & secreta comprehendamus. Septuag. ibidẽ sic habent. Nunquid vestigium Domini inuenies, aut ad vltima uenisti quæ fecit omnipotens. Excelsum Cælum & quid facies? profundiora autem his quæ inferno quid nosti? Aut longiora mensura Terræ, aut latitudine maris. Targum; Nunquid inuestigationem Dei inuenies; aut vsque ad fines omnipotentis reperies; in altitudine Cæli quid tu facies? In lege quæ profundior est inferno, quid, tu scies? cuius mensura longior est Terra, & latior mari. Sed nos nostræ vulgatæ adherentes lubenter D. ^e Gregorij sententiam in huius loci explicatione repetemus. Quod Deus (inquit) cælo excelsior, inferno profundior, terra longior, marique latior esse describitur: tanto spiritualiter debet intelligi, quanto de seo quicquam nephas est iuxta corporea

2. Paralip.

6. 1.

Quidditas Dei absconditissima.

Diuinitas Dei notissima.

Cyrillus to. 1. pag. 412.

Iob. 28. 12.

Iob. 11. 8.

Septuaginta.

Targum.

D. Greg. Magnus l. 10. Moral. cap. 7.

Quid sit Deum cælo excelsiorẽ exterra mariq; latiore.

corporea lineamenta sentire. Sed cælo est excelsior quia incircumscriptione sui spiritus cuncta transcendit. Inferno profundior quia transcendendo subuehit. Terra longior, quia creaturæ modum, perennitate suæ eternitatis excedit. Mari latior, quia rerum temporalium fluctus, sic regens possidet, vt hos sub omni moda potentiæ præsentia coangustando circundet. Et rursus: Excelsior, itaque est cælo, quia ipsi quoque electi spiritus, visionem tantæ celsitudinis perfecte non penetrant. Hæc ille. Cui satis annecti possent quæ Gregorius Nyssenus de magnitudine, & amplitudine Dei differit in oratio. prima, in verbis illis faciamus hominem - Eo etiam testimonio Iob præcitato cap. 11. vers. 8. cum seq. Scholastici nostri interpretæ vtuntur, vt ostendant Deum esse extra mundum de qua. q. vide Seraphicum nostrum Bonauenturam, ^a Basilium, Nazianzenum, & alios quos diligens & perdoctus Magister Michael de Palacios ^b adducit. Vnde Baruc. ^c propheta cap. 3. vers. 29. ita ait. Quis ascendit in cælum, & accepit eum, & eduxit eum de nubibus? quis transfrætavit mare, & inuenit illam. & attulit illam super aurum electum? non est qui possit scire vias eius nec qui exquirat semitas eius. Verum, & scire, & intelligere, atque credere, Deum Opti. Max. incomprehensibilem esse (testante D. ^d Bernard. in libris de consideratio. ad Papam Eugenium) erit ipsum, nouo quodam modo comprehendere; atque immensitatis eius pelagum, ebibere. Ait igitur. Incomprehensibilis est Deus, sed non parum apprehendisti si hoc tibi de eo compertum est, quod numquam sit, qui non clauditur loco, suo autem sublimi, atque incomprehensibili modo, sicut omnia in ipso, sic & ipse in omnibus est. Denique sicut ait euangelista in mundo erat, alias vero vbi erat antequam mundus fieret? ibi est: non est quod quæras vbi erat? Præter ipsum nihil erat, ergo in se ipso

Deus extra mundum.

D. Bonauentura in 1. diit. 37. par. 2. art. 1. q. 3.

Palati. in 1. diit. 37. disput. 2.

Baruc. 3. 29.

D. Bernardus lib. 5. cap. 6. fol. 213. verso col. 1.

Nouus modus comprehendendi Deum est in comprehendibilem eum agnoscere Deum ante mundum condictum erat in seipso, & seipsum diligebat.

se ipso erat. Hoc vltimum etiam ^a D. Augusti. corrupte alias à ^b Michaele de Palacios citatus in libro de fide contra manichæos, & in psalmorum enarratione asserit. Vnde constant D. Opt. Max. ante orbem conditum in se ipso fuisse, nec tunc ociosum extitisse cum se amaret, atque intelligeret. Illum vero modum comprehendendi Deum minime. ^c D. Chrysostomum latuisse credas. Ille namque de incomprehensibili Dei natura, eloquentissima comparatione proposita; Anomæos hereticos eloquentissimè redarguens, sic scribit. Verum quoniam non propter inimicitias agimus, sed quo eos doceamus, & emendemus Agè benigne id etiam ostendamus. Non eos qui nesciunt quid substantiæ Deus sit, sed eos potius qui scire contendunt, Deum ignorare. Dic quæso, si inter duos orta altercatio esset de Cæli magnitudine; quorum alter negaret hominis oculum rem posse percipere: alter contenderet fieri posse vt palmo suæ manus facile metiendo totam molem transmitteret. Quem cæli nouisse dixeris magnitudinem? Eum ne qui scire contendit, quot palmos cæli ambitus compleat, an eum qui nescire confitetur? Hunc prorsus. Quod si qui cæli amplitudini cedit, hic potius nouit eius magnitudinem; longe omnino absit, vt is mente sit sanus, qui in Dei immortalis ratione ne tantillum censeat temperandum. Requiritur certæ à nobis vt esse Deum sciamus, non vt quid sit Deus indagemus. Quod Paulus doctor eximius docet, cum dicit: credere enim oportet eum qui ad Deum accedit, quia est. Propheta item cum impietatis quempiam argueret, non crimine assignat quod nescit quid Deus sit, sed quod Deum esse ignoret, quippe ita scribat, ^e Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Igitur vt ille impius est non quia Deum quid substantiæ sit ignorat; sed quia nescit Deū esse, sic satis ad pietatē est scire Deū esse. Is ergo Deum melius scit, qui nescit, quam qui curiose quid sit, inuestigare cōtendit. Nec distat

^a D. Augu. to. 6. pag. 240. cap. 37. & psal. 122. to. 8. pag. 592. col. 2.

^b Michael. de Palacios in 1. sent. dist. 37. disp. 2.

^c D. Chrysostomus homil. 4. to. 5. pag. 1082. in fin. cū seq.

De cæli magnitudine alerantes.

De scientia, & nō quid sit indagandus. ad Hebr. 11. 6.

Nō est crimen Deū quid sit ignorare sed quod nō sit ignorare.

^e Psal. 13. 1.

distat ab hac sententia ^a Origenes in libro primo periar- chon, vbi aptissimis similitudinibus Dei incomprehensibilitatem demonstrat. Sed his relictis, veniamus ad D. ^b Gregoriū, qui in libris Moralium sic disertissime discurret. Secreta eius sapientiæ pauci valent inquirere; sed nullus inuenire: quia quod super nos, de nobis ab immortalis sapientia non iniuste disponitur, iustum profecto est, vt à nobis adhuc mortalibus ignoretur. Sed hæc ipsa sapientiæ illius secreta conspiciere, vtcunque iam incomprehensibilitatis eius est potentiam videre; quia etsi in ipsa consiliorum eius inquisitione deficiamus deficiendo tamen verius discimus, quam timeamus. Ad hæc se ^c paulus sapientiæ illius secreta tetenderat, cum dicebat, O altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Quis enim cognoscit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Qui superius etiam de ipsa inquisitione lassescens, sed tamen ad cognitionem infirmitatis proprie lassescendo proficiens, premitit dicens: O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicet figmētum ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Qui igitur ad occulta Dei pertingere non valens ad infirmitatis suæ cognitionem redijt, atq; ad eruditionem se propriam deficiendo reuocauit, vt ita dicam, secreta sapientiæ non inueniens, inuenit. Quia cum ad superna consilia requirenda lassesceret, didiscit vt humiliter timeret: & quem sua infirmitas à cognitione intima repulit, hunc ei verius humilitas iunxit. Hæc D. Gregorius. Recte ergo ^d Clemēs Romanus Pontifex in Epistola ad Iacobum Fratrem Domini, & ^e Venantius honorius in exagesimo symboli Apostolici tradiderunt: Nomen Dei secreti sacramenti vocabulum esse. Ait enim Clemens: Deus ergo pater secreti sacramenti vocabulum est, cuius veri filius est verbum, & speculum & character, & imago viuens, patris viuētis in omnibus patri- similis

^a Origenes. cap. 10. to. 1. pag. 422. col. 1. & 423. col. 1.

^b Gregorius, lib. 10. cap. 14. tom. 1. pag. 257. infra & seq.

^c Secreta diuina ignorare & conspiciere est incomprehensibilitatis eius potentiam videre. Deficiendo in inquisitione consiliorum Dei discimus.

^d ad Rom. 11. 33.

^e Secreta sapientiæ diuine non inueniuntur.

^d D. Clemens Romanus su. Pont. fol. 138.

^e Venantius in appēdit. bibl. sanct. Patr. to. 3. pag. 232. col. 2. Deus secreti sacramenti vocabulum est

^a Iustinus martir. d. fi dei expositione. to. 3. pag. 13. Audax te meritas & præceps arrogãtia est, diuina rum intelligentiam rerũ. sibi arrogare. Arcana diuina plane esse ineloquibilia.

^b Psal. 138. 6. Reb. diuinis quasi uia decedere pij uiri est.

Diuina quantum ad religionem pertinet. secuta inquisitio ne indaganda sunt. Deitas licet sit nobis incomprehensibilis nõ tñ eius inuestigatio. p. captu nostro desidiose omittere est. Deus ipse



Nillus ergo (vt elegantissimis verbis ^a Iustini Martyris utar) ad ueritatem tam erit præceps, & audax, ut sibi ipsi testimonio suo, absolutam rerum Diuinarum arroget intelligentiam; Illico autem, & nos Arcana plane esse ineloquibilia scientes, Dauidis ad rerum uersarũ Deũ uerba protulerimus. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. Atq; hæc quidem docere sanctum est, & sentire sanctius, rebus etiã Diuinis, quasi uia decedere *Τὸ ἐξ ἑσέως ἀποχρησθῆναι* pij, & prudentis fuerit uiri. Quamobrem Diuina, quantum & ad securam inquisitionem satis est, & ad ueræ Religionis cultum piè decet, considerabimus. Non enim quod deitas intelligentia nostra plane sit incomprehensibilis, propterea par est nihil nos de ea omnino scrutari, sed in desidia uitæ huius consumere tēpus. Proinde iuxta mensuram à Domino cuiuslibet tributam studiose quisque cognitionem inuestigare debet: quod quidem exactam scientiam consequi non sit, persuasum habentes: quantum autē pro captu nostro possumus, nos ipsos illi per contēplationē adiungentes. Hęc Iustinus. Sed quonam Duce, quoue lumine abscondita Diuine caliginis latibula, & occulta arcana inuestigabimus? Quo nam Magistro, quo Doctore, earum cognitionem & intelligentiã consequemur? Nisi eo ipso absconditissimo Deo Magistro, atque Doctore sapientissimo, cuius quidem luce (ut ^b psaltes ^c diuinus ait,) illuminati, uerę cognitionis lumen videamus. Solus namque ipse se ipsum melius cognoscēs apertius intelligens, & exactius comprehendens, quam ullo quærat sermone explicari: arcana ineffabilia, obstrusa mysteria, & recondita consilia, etiam ante omnem uisibilem

Magister Doctor & lumen nostrum, ad eius Arcana tractanda. c. psal. 35. 10. Reuelauit arcana etiam antequã sensibilem uisibilem conderet creaturã.

uisibilem, & sensibilem creaturam conditam; Reuelare atque pandere uoluit. Sicuti uero omnia flumina quantumcumq; ^a exigua (ut scriptura testatur.) mare intrant eiusq; aquarum immensitatem ebibunt, indeq; satiata, iterum fluunt: Sic quidem, intelligentiæ illę diuine, & hominum mentes, Diuinum, diuinæ arcanęq; sapientiæ mare, per reuelationem, & contēplationem ingrediuntur, indeque cognitione satiata, iterum fluunt, & influunt. Sed quid sicca Flumina Diuinũ mare ingredientia considero? cum potius uideam ipsummet profundissimũ arcanorum Oceanum, fluminum natura quasi mutuata, intelligentiarum angelicarum flumina, & humanarum mentium ripas ingredientem Arcanorũ quæ suorum inundatione, & reuelatione mirabili inundasse? **O** Res Mirabilis, & Miranda naturarum reciproca, atq; beneuola quedam (ut ita dicam) commutatio. Immensum Mare, exiguissimorum fluminum, exiguissimam assumit, Naturam: flumina uero ipsa iam iam ueluti profunda, & immensa maria, arcanorũ reuelationibus, & mysteriorũ aquis profluunt redundant. Sed ne superior hæc nostra consideratio isque conceptus Sacræ Scripturæ testimonijs, aut Patrũ destituatur autoritatibus, citare libet in primis **D.** ^b Thomam quem ceteri Theologi probant, qui ex professo hunc articulum dilucidè pertractat; quonã modo Deus Opti. Max. se ipsum intelligat atq; comprehendat suaq; ipse intellectio sit. Quę quidē ueritas, & ipsismet philosophis testatissima est; ut ex eorũ placitis late ostendit Magister ^c Michael de Palaci. Adde perdoctũ Minoritanũ nrũ fratrem Hannibalem ^d Rosseliũ in Pyramandro Mercurij tersmegisti. Sed **D.** Paulus. 1. ad Cor. c. 2. uer. 11. cũ seq. modũ illũ, accommodata quadã similitudine illustrã sic explicat. Quis .n. hominũ scit quę sũt hominis, nisi Spiritus hominis qui in ipso est. Ita, & quę Dei sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei. Vnde **D.** Aug. in euãgelio Iõis sic explicã ait: Vnusquisq; homo habet

^a Eccles. 1. cap. uer. 7.

^b Flumina, quę in mare diuinit intrant. Deo quasi mare, fluminũ naturã mutuã i Humanas, Ripas atq; in mare intrat.

^c D. Tho. 1. par. q. 14. art. 2. & 3. & in 3. di. 14. ar. 2. q. 1. & 2. & 1. di. 25. ar. 2. & 1. par. q. 56. ar. 3.

^d Magr Mich. d. palaci. 1. sent. dif. 35. disp. 1. pag. 186.

Hannibal. Rosseli. in pyramandro li. 5. cõ. 11. q. 4. cap. 2. cum seq.

1. ad Cor. 2. 11.

^e D. Aug. trac. 32. ex ca. 7. to. 9. pag. 106. col. 1.

FFF in se

in se proprium spiritū de quo loquebar cum animū com-
mendarem. Animus enim cuiusque proprius est spiritus
eius, de quo dicit Apostolus, quis enim scit hominū, &c.
Nostra nemo scit nisi spiritus noster. Nō enim noui quid
cogites, aut tu quid cogito, ipsa enim sūt propria nostra:
quę interius cogitamus & cogitationem vnus cuiusque
hominis ipsius spiritus testis est. Sic, & quę Dei sunt;
nemo scit, nisi spiritus Dei; nos cum spiritu nostro, De-
us cum spiritu suo. Ita tamen vt Deus cum spiritu suo
sciat, etiam quid agatur in nobis; Nos autem sine eius
spiritu scire non possumus quid agatur in Deo: Eadem
Aug. verba a Anselmus, & Beda^b eodem loco referunt.
c Chrysofomus. v. erō ibidem aliter discurret. Deinde, in-
quit, ostendens magnitudinem dicit, quod nisi spiritus
qui scit Arcana Dei reuelasset, nō didicissemus. Res Deo
erat tanto studio, & tantę curę, & vt ea esset in arcanis.
Quamobrem illo quoque opus habuimus. Doctore qui
ea aperte sciret. Adde de hac Dei intelligentia sui ipsius
pulchre contra Arrium disputantem, d Marius Victo-
rinum Aphrum, vbi præcitatum Pauli auctoritatem ele-
ganter explicat. Vide etiam Phebadium^e Episcopum
contra Arrium. Plura quoque vtilia videbis per Cyril-
lum in Ioannem, & vide etiam Minoritam nostrum, Fra-
trem Michaelē^f à Medina lib. 2. de recta in Deum fide
vbi optime inducit illam Diui Pauli auctoritatē. Hinē g
sane fit vt nemo patris essentiam naturaliter cognoscat,
nisi ipsemet, & filius: atque demum illi, quibus filius vo-
luerit reuelare: h Matth. 11. vers. 27. Pro cuius loci ex-
plicatione vid. D. i Chrysofomum de incomprehensibili
Dei natura, * Ireneum & Castrensem aduersus hære-
ses diuisione Deus hæresi. 9. & i Cyrillum, loco iam addu-
cto, vbi probat in vtroque patre nempe, & filio, vtriusque
cogni-

^a Anselm.
epist. 1. ad
cor. cap. 2.
to. 2. pag.
130. col. 2.

^b Beda. 10. 6.
pag. 346.
vsq; ad pa.
348.

^c D. Chryf.
homil. 7.
pag. 339.
tom. 4.

^d Marius Vi-
ctorin^{us}. li.
4. pag. 355.
to. 5. bibl.
SS. patr.

^e Phebadi^{us}
epus eod.
to. 5. bibl.
SS. patr.
pag. 266.

^f Magister
Michael. a
Medin. de
recta i De-
um fide li.
2. cap. 1.
pag. 14.

^g Cyrillus lib. 1. cap. 4. sub fin. pag. 611. col. 1. to. 1. & lib. 10. cap. 6. pag. 935.
col. 1. eod. to. i D. Chrysof. homil. 5. to. 5. pag. 1080. in fin. x Ireneus lib.
2. aduersus hæreses. cap. 19. pag. 105. & lib. 4. cap. 14. pag. 239. i Cyrillus
lib. 1. 2. cap. 137. to. 1. pag. 690.

cognitionem, non per Doctrinam esse, sed naturaliter.
Accedat etiam a Phebadius loco præcitato. Et circa illa
verba, omnia mihi tradita sunt a patre meo; vide eundē.
b Cyrillum in Ioannem in libro Thesaur. & de recta fide
ad Reginas. Verum nullus, & nemo ceteros exclusiue
dictiones, quę iuxta frequentissimū Theologorū axioma,
prædicatis essentialibus adiunguntur, alias personas mi-
nime excludunt. Vid. Chrysof. loco paulo superius ad-
ducto, & D. c Tho. atque Alphonsum à Castro nuper
citatum. Et qui sunt illi sapientes, & paruuli, ostendit per-
doctus c Catapetres superioris citatus. Et si ergo ipse De-
us pater, se ipsum cum filio, & sacro almoque spiritu co-
gnoscat, comprehendat, & intelligat; Nihilo tamen mi-
nus pro sua immensa bonitate, & clementia, filium suū,
Deum, & hominem verum, Doctorem secretorum. Ma-
gistrum Mysteriorum, illuminatorem omnium hominū,
liberaliter nobis donauit. Vt per eum quidem vniuersa
salutis, fideique nostrę arcana diuina reuelarentur, Ma-
nifestarētur. Hęc autē arcana sunt, Individuę Trinitatis
vna trinitas, Verbi diuini miranda Incarnatio, Passio, &
mors crucis acerbissima, Gloriosa triumphantis Christi
Resurrectio, salubria, & necessaria Sacramenta, Aeternę
vitę beatitudo, Iuditij vltimi dies, & alia quę plurima in
vtraque vtriusque Testamenti pagina ad cultū quoque ipsius
pertinentia, demonstrata indicataque. Ceterū cum f Ter-
tullianus hac in re nō pauca superioribus accommodata
Marcioni heretico docte satis respōdeat, præter huius
operę erit, ea presentibus adnectere, atque adiungere. Quę
ista? inquit, & cuius? & a quo abscondita? & a quo reue-
lata? Sed Deo Marcionis abscondita, & reuelata; qui om-
nino nihil præmiserat in quo aliquid absconditum esse
potuisset, non prophetias, non parabolas, non visiones,
non vlla eorum aut verborum, aut nominum argumen-
ta, per allegorias, & figuras, vel ænigmatum nebulas
obumbrata: Sed ipsam magnitudinem sui absconde-

^a Phebadi^{us}
pag. 272.

^b Cyrill^{us} in
Io. lib. 6.
cap. 24. to.
1. pag. 800
& in li. 10.
thesaur.
cap. 1. to.
2. pa. 293.
vsq; ad 291
cū seq. &
de recta in
Deū fide
pag. 729.
tom. 2.

^c D. Thom.
1. par. q. 31
art. 4. & in
1. sen. dist.
21. q. 1. ar.
2. & 4. &
sup Matr.
cap. 11. fo.
35. verso.

^d Castrensis
Dicit De-
us hæres.
9. to. 1. pa.
347.

^e Catape-
tres li. 1.
cap. 10. &
li 9. reg. 2.

^f Tertulia-
nus lib. 4.
pag. 216.
& 215.

rat, quam cum maxime per Christum reuelabat: ^a fatis inique. Quid enim delinquerant sapientes, & prudētes, vt absconderetur illis Deus? ad quē cognoscendum nō suffecerat sapientia atque prudentia illorum, nulla via data ab ipso per aliquam operum prædicationem, vel vestigia, per quæ sapientes atque prudentes deducerentur? Quāquam, & si in aliquo deliquissent erga Deum ignotum, pone nunc notum, non tamē Zeloteneū experiri debuissent, qui dissimilis creatoris inducitur? Igitur si nec materias præmiserat, in quibus aliquid occultasset: Nec reos habuerat, à quibus occultasset: Nec debuerat occultasse, etiā si habuisset, iam nec reuelator ipse erit, qui absconditor non fuit: ita nec Dominus Cæli, nec Pater Christi, sed ille, in quem competunt omnia: Nam, & abscondit præmissio obscuritatis prophetiæ instrumento cuius intellectum fides mereretur: ^a Nisi enim crederitis non intelligetis: & reos habuit sapientes atque prudentes ex ipsis operibus tot ac tantis intelligibilem Deum non requirentes, vel perperam in illum philosophantes, & ingenia hæreticis subministrātes: ^b & nouissime Zelotes est. Denique hoc olim per ^c Esaiam concionabatur, perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium ^d Zelabo: sicut & alibi tam abscondisse, quā reuelaturum esse significat: ^e Et dabo illis Thesuros absconditos, inuisibiles aperiam illis. Et rursus: ^f Quis alius disijciet signa ventri loquorū, & diuinationes ex corde: auertens in posteriora sapientes, & cogitationes eorum in futuans? Si autem, & Christum suum illuminatorem nationum designauit, posui ^g te in lucem gentium quas interpretamur in nomine paruulorum, sensu scilicet retro paruas, & imprudentia infantes, iam vero, & humilitate fidei pusillas, facilius vtique credemus eundem etiam paruulis reuelasse per Christum, qui etiam retro absconderit, & per Christum reuelationem repromiserit. Aut si Deus Marcionis ea, quæ à creatore

Deo Dñs Cæli pater Christi, & illi & omnia cōpetunt.

^a Esa. 7. ver. 9. vbi vulgata nra hēt non p manebitis

^b Philosophi ingenia hæreticis demōstrarūt q̄ idem alijs in locis Tertullianus ostendit relat^o à F. Frāci sco Ardētio in add. ad Iren. pag. 105 col. 5.

^c Esa. 29. 14.

^d 1. ad Cor. 1. 19.

^e Esa. 45. 2.

^f Esa. 44. 25

^g Esa. 49. 6.

creatore abscondita retro fuerant, patefecit: ergo iam creatori negotium gessit, res eius edifferens. Sed in destructionē, inquis, vti traduceret eas. Ergo illis traduxisse debuerat, quibus creator abscondidit, sapientibus, & prudētibus. Si enim benignitate faciebat, illis erat agnitio præstanda, quibus fuerat negata: nō paruulis, quibus, nihil creator inuiderat. Et tamen vsque adhuc, puto, probamus extructionem potius legis, & prophetarum inueniri in Christo, quam destructionem. Omnia sibi tradita dicit à patre. Credas, si creatoris est Christus, cuius, omnia, & quia non minori se, tradidit omnia filio creator, quæ per eum condidit, per sermonem suum scilicet. ^a Ceterum si *επερχόμενος* ille (idest superuentitius Deus Marcionis) quæ sunt omnia quæ illi à patre sunt tradita? Quæ sunt creatoris? Ergo bona sunt quæ pater filio tradidit: & bonus iam creator, cuius omnia bona sunt: & ille iam non bonus, qui in aliena bona inuasit, vt filio traderet, Docens alieno abstinere. Certe mendicissimus, qui nec filium vnde ditaret, habuit nisi de alieno. Aut si nihil de creatoris traditum est ei à patre: & quomodo hominem creatoris sibi vendicat? Aut si solus homo ei traditus est, omnia homo non est. Scriptura autem omnium edicit traditionem filio factam. Sed et si omnia, ad hominum genera, idest ad omnes Nationes interpretaberis, & has filio tradidisse creatoris est. ^b Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Aut si habet, & ipse aliqua sua, quæ omnia filio traderet, pariter cum homine creator is, ostende vnum aliquem, ex omnibus in fidem, in exemplum: ne tam merito non credam eius esse omnia, cuius uihil video, quam merito credam, etiam quæ non video eius esse, cuius sunt vniuersa quæ video. Sed nemo scit qui sit pater, nisi filius: & qui sit filius, nisi pater. Nemo enim scit patrem, nisi filius, & filium nisi patre, & cuicumque filius

traducere eas .i. infamare eas

Christus magis legē & prophetas cōstruxit, quam destruxit.

^a Ioan. 1. 1. Deus Marcionis superuentitius.

homo omnia est.

omnia cōprehendit etiam homines.

^b Psal. 2. vers. 8.

Vniuersa Christo tradita.

reuelauerit. Atque ita Christus ignotum Deum prædica-
uit. Hinc enim, & alij hæretici fulciuntur, opposentes
creatorem omnibus notum, & Israeli secundum familia-
ritatem, & Nationibus secundum naturalem. Et quomo-
do ipse testatur, nec Israeli cognitum se? Israel autem
me non cognouit^a, & populus me non intellexit: Nec
nationibus. Ecce enim nec de nationibus (inquit) Ne-
mo. Propter^b quod & illas stillicidium situlæ deputauit,
& sionem tamquam speculam in vinea dereliquit. Vide
ergo an confirmatio sit propheticæ vocis, & exproban-
tis ignorantiam in Deum humanam, quæ fuerit ad fili-
um vsque. Nam, & ideo subtexit, ab eo cognosci pa-
trem, cui filius reuelauerit: quoniam ipse erat qui posi-
tus à patre, illuminatio^c Nationum annuntiabatur vti-
que de Deo illuminandarum: etiam Israelis, vti que per
agnitionem Dei plenior. Hæc Tertullianus. Sed ta-
men aduertendum nobis est, ne cognitionem hanc à
fide villo modo seiungamus, segregemusque: vti quidam
seiungere conantur. Perperam existimantes fidem no-
bis esse de filio, cognitionem vero de Spiritu sancto; quos
optimè confundit Clem.^d Alex. dicens; sunt enim qui
fidem quidem nostram esse de filio, cognitionem autem
de Spiritu sancto distinguant. Non animaduertent au-
tem, quod verè quidem credere oportet filio, & quod fi-
lius, & quod venerit, & quomodo, & propter quid, & de
passione: Nosse autem necesse est quis sit filius Dei. Iam
verò nec est cognitio sine fide, neque fides sine cogni-
tione. Sed neque pater est sine filio. Simul enim cum
eo quod est pater: est filij pater. Filius autem verus est
de Patre Magister. Et vt credat quis filius oportet nosse
patrem, ad quem refertur etiam filius. Et Rursus vt pa-
trem priuscognoscamus, oportet credere filio, quoniã
docet Dei Filius. Ex fide etiam ad cognitionem per fi-
lium pater. Cognitio aut filij, & patris, quæ & ex co-
gnoscendi regula (quæ vere est regula cognitionis) est
aggressio

^a
Ies. 1.
verf. 3.
^b
Ies. 40.
verf. 15.

^c
Ies. 49.
verf. 6.
Christus
illumina-
tio Natio-
num.
Cognitio
& fides cõ-
iungenda.

^d
Clem. A-
lex. lib. 5.
strom. in
prin. pag.
147.
Quis sit fi-
lius Dei
necessario
sciendū.
Cognitio
nō est sine
fide nec fi-
des sine
cognitio-
ne.
Pater non
est sine fi-
lio.
Filius ve-
rus de pa-
tre magi-
ster,

aggressio, & tractatio veritatis per veritatem. Nos ergo
sumus qui sumus si deles in eo quod non creditur, & qui
sumus cognitione præditi in eo quod non cognoscitur,
hoc est, in eo quod ignoratur, & nō creditur ab omnib⁹,
cognitione autē præditi, in eo quod à paucis creditur, &
cognoscitur. Cognitione autē præditi, nō oratione ope-
ra describentes, sed ipsa contemplatione. Hactenus ille.
Quæ cum ad explicationem, illorum verborum: Nemo
nouit filium nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius
& cui voluerit filius reuelare, non parum conducant, vti
liter hic relata, & commemorata à nobis esse existima-
to. Nec minus ad eiusdem loci enucleationem cōducit
explicatio illa, qua docti quidam referunt ea verba, nisi
pater, ad eundem patrem, qui optimè nouit se omnia tra-
didisse filio, in quo pacem, vitam, remissionem peccato-
rem, & veram salutem, posuit. Vnde nemo scit ea à patre
filio tradita, nisi pater, qui tradidit, & ille cui idem pater
voluerit reuelare. Quam explicationem video etiam assi-
gnari à Doctissimo & Reuerendissimo Antistite & patre
D. Feliciano capitonio in^a explicationibus catholicis
vbi ponderat Christum non dixisse, nemo nouit Deum
nisi filius, sed nemo nouit patrem nisi filius. Quoniã phi-
losophi (inquit, ille) Deum quidem cognouerunt. Et lex
Mosis Deum prædicauit, nullus tamen eorū demonstra-
uit homini, esse Deum patrem. Solus quippe Christus
Deum esse factum patrem generi humano, declarauit, Phi-
losophi vero plura de Deo disputado, docuerunt. Sed
quæ tantum illuminare intellectum, minime vero inflam-
mare affectum valerent. Lex etiam Mosis ostendit, Deū
iudicem, Zelotem; & vsque in tertiam & quartam gene-
rationem scelera vindicantem. Solus autem filius Dei
Christus noster, patrem esse factum, & homines in
hæredes & filios constitutos patriæ cælestis, patefecit.
Ipse enim solus (inquit,) pater amat vos, quia vos me
amastis & credidistis, quia a Deo exiui. Vnde Salomon

cognoscē-
di regula
patris & fi-
lij cog-
nitio est ag-
gressio &
tractatio
veritatis
per veri-
tatem.
fideles in
quo sim⁹.

^a
2. par. cap.
21.

de eo inquit candor est lucis æternæ speculū sine macula, & imago bonitatis illius. ^a Cæterum verba illa præcitati authoris, Nullum, demonstrasse homini, Deum, hominum patrem fuisse: de aperta manifestatione, qualis fuit in lege gratiæ, apparente nēpe gratia & benignitate Dei, intelligerē. Cum in ipso veteri testamento etiā ipse Deus, se patrē amantissimū populo suo non semel demonstrauerit, prædicaueritq;. Verum enim vero quas dignas gratias in diuiduē trinitati, cæca nostra ignorātia reddere vnquā valeret, pro tot ac tātis diuinæ sapientiæ, Arcanorū Thesauris, per filiū reuelatorē fidelissimū & amantissimum nobis manifestatis reuelatisque? Nisi & eiusdem Christi Opti. Max. redemptoris nostri congratulatio patri pro nobis quoque facta; gratiarum nostrarum inopiam suppleret, retributionis nostræ exiguitatem excusaret? Quanto ergo minus, ille cuius diuina Deitas, & excelsa magnitudo, vlla nostra cognitione, obsequio, aut cultu augeri minuiue potest; sua nobis arcana propalare cogebatur: tanto plus, ea in re immensam Bonitatem, & æternā charitatē suā nobis profecto indicauit ostēdit. Nulla quippe necessitate constrictus, sed sponte sua, hosce arcanorum fontes, & reuelationum fluentia, sapientibus incognita, in paruulorum Aluea, & pusillorum stagna per limpidissimū diuini oris filij sui canale emanare fecit. Vnde D. ^b Paulus ad Ephes. 3. vers. 3. per liberam, & spontaneam Dei reuelationem Mysteriū Christi sibi, & nobis patefactum testatur. Idem ad Colos. 1. vers. 26. ibi secundū dispensationem Dei quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei: Mysteriū quod fuit absconditum à seculis, & à generationibus, quod nunc manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notum facere, quæ sunt diuitiæ gloriæ Mysterij huius ingentibus. Quem locum, si placet, poteris prosequi & exornare cum Clemente ^d Alexandr. qui propterea reuelationem hanc per filium datam, gratiā cognitionis, & spi-

^a Sap. 7. Nullæ digrat & Deo pro arcanorū reuelatione per filium facta reddūtur. Congratulatio Christi patri facta supplet angustias, nō gratulatio nis.

Deitas nostris obsequijs non augetur. Bonitatem suam Deus manifestauit in arcanorum reuelatione. De^o nulla cogebatur. necessitad reuelanda nobis arcana sua

^b Paul. ad Ephes. 3. vers. 3.

^c Paul. ad Colos. 1. vers. 26.

^d Clem. Alex. lib. 5. Strom. pa. 164. cūseq. Cle. Alex. in præcitato

lib. Strom. pag. 167. & 165.

& spiritale donum, præcitato loco appellauit: disciplinam quoq; illuminationē ex eo dictam asserens: quia occulta manifestauit; & vt bonus Magister arcæ operculum aperuit; contra quam poetæ dicunt; Iouem bonorum quidem Dolium obturasse, malorum autem aperuisse. Et subiungens hæc verba ait. Benedictus Dominus noster o fratres, qui sapientiam, & intelligentiam posuit in nobis occultorum suorum. Hanc ipsam diuinæ Bonitatis communicationē, Beatus ^a Maximus in hūc modū cōsiderat. Qui communicabilis est creaturis, non secundum substantiam, alio vero modo desiderat illis quæ possunt, communicari, ab arcano substantiæ suæ plane non degenerat: cum vel ipse modus secundum quem cōmunicari cupit, perpetuo maneat omnibus indicibilis. Quemadmodum ergo Deus ea quam ipse nouit ratione sponte se communicat: ita etiā volens modo sibi cognito excitauit ea; quibus communicatur, beneficio bonitatis potentiam superantis. Nec longe ab hac sententia absunt, quæ idem B. ^b Maximus eodem loco cōsiderat. Summæ bonitatis (inquiens) proprium est, non solum diuinas, & incorporeas intelligibilium substantias, arcanæ diuinæque gloriæ, simulachra constituere, integrā, quantum fas est, illarum habita ratione, suscipientes incomprehensam animo pulchritudinem inaccessæ, dignitatis: verum etiam ipsis sensibilibus, & ab intellectualibus substantijs longe distantibus, magnificentiæ suæ summitates immiscere: quæ possunt, humanum illis insidentem animum ad Deum recta trajicere, supra visibilia omnia collocatum: vt qui tendat ad summam Beatitudinem. Hæc B. Maxi. At sicuti D. ^c Opti. Max. charitatem suam in eo maxime commendat, quod filium suū mūdo donauerit, vt saluaretur mūdos per ipsum; ita sanè ardentissimum hoc (vt ita dicam) desiderium communicandi, reuelandique arcana & Mysteria sua hominibus; in eo euidentissime demonstrauit, quod

Magister noster aperuit arcæ operculū, contra quæ poetæ Iouem fecisse aiunt. Dolium bonorum, & malorum ^a B. Maximus cōsiderat. i. de virtute & vitijs ca. 7. pag. 1265. in appēd. bibl. SS. patr.

^b Idem. B. Max. cōsiderat. 2. cap. 96. pag. 1295.

^c Ioa. 3. 1. Deus quæ ire magis ostenderit ardentissimū desiderium suū, vt homines sua arcana intelligerent.

quod filium suum vnigenitum à summis cælorū in hunc infimum terræ locum miserit vt ea mūdo aperto ore, Diuinitus propalasset reserasset. Stupenda profecto amicitiae indicatio, admiranda amoris inflāmatio, & excelsa immensę bonitatis demonstratio. Consonant huic nostrę considerationi quę eleganter tradit Clemens: ^a Alex: locō iam citato. Cum enim (inquit) ad ea quę sunt cōprehēdēda imbecillis esset anima, & diuino magistro egeremus: deorsum mittitur seruator, bonę possessionis, & Doctor, & suppeditor. Arcanum magnę prouidentię, sanctumq; signum & indicium. Vbi est ergo scriba? vbi inquisitor huius seculi? Et reliqua. Accedit his D. ^b Chrysofomi consideratio: Qui maximum amicitię argumentum esse credens, hanc diuinorum arcanorum reuelationem: sic ait. Non amplius vos dicam seruos, sed amicos; omnes vos amici mei estis, quoniam omnia quę audiui à Patre meo annuntiaui vobis. Hoc est, credidi, ac commisi vobis. Si autem hoc solum est amicitię argumentum credidisse, cum pateat eum non solum per verba credidisse mysteria, sed etiam, ea ipsa nobis gratis donasse per opera, cogita quantę sit id quod sit charitatis. Similiter etiam D. ^c Gregorius in euangelia adnotat etiam Amicis, discipulis nota, & denuntiata esse supernę felicitatis arcaña. Adiunge D. ^d Bern: in capite Ieiunij ibi, secretum est quod reuelatur amicis. Nec tantum hoc, amicitię, & charitatis argumentum, reuelationumq; splendorem quidquam obscurat; Arcana hæc à prudentibus, & sapientibus siue intelligentibus occultata; solis paruulis fuisse reuelata; cum id potius superbię, arrogantię, Malitięque ipsorum quorum causa obscæcati remanserunt; quam Domini Dei nostri, inuidentię (cupientis tamē omnes in veritatis ^e agnitionem venire) tribuendum sit. Id quod aperto Pauli testimonio fulcitur ad ^f Ephes. 4. 18. ibi non ambulētis sicut, & gentes ambulat in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes

^a Clem. Alex. lib. 5. pag. 149. Imbecillitas nostra ad diuina cōprehendenda efficit vt pius pater. miteret filiu ad hoc.

^b D. Chryf. 1. ad Cor. 2. homil. 7. to. 4. pa. 342.

Amicitię signū arcanorum reuelatio.

^c D. Grego. ri⁹ in euāgeli. homilia. 27. to. 2. pag. 291.

^d D. Bern. ser. 2. fol. 26. verso. col. 1. littera h.

^e 1. ad tom. 2.

^f Paul. ad Ephes. 4. 18.

bentes intellectum, alienati à vita (seu a via) Dei, per ignorantiam, quę est in illis propter cæcitatem cordis illorum. Qui desperantes, semet ipsos tradiderunt impuditię in operationem immūditę omnis, in auaritiā. Vbi speciatim Aecumenius adnotauit, eorū vitam excecationis causam extitisse. Idē aperte docet D. ^a Chrysofomus, & B. Anselmus, ^b atque Theodoretus ^c eodem loco. Qui etiam capite 1. ad Romanos idem adnotarūt, et præcitato capite vndecimo Matth. Accedit optimus locus scripturę apud Baruc. cap. 3. qui expresse agit de ignorantia sapiētum, & omnium culpa, cuius occasione disciplinam & intelligentiam Domini assequi non meruerunt. Quod autem. D. Opt. Max. inuidus non sit, ostendit D. Apostolus ad Ephes. 3. 4. & ad colof. 1. vers. 26. cum seq. vbi cognitionem, & reuelationem suorum arcanorum omni genti ad salutem fieri voluisse atque semper velle testatur. Adde Tertullianum contra Marcionem hoc capite 3. adductum, & Clementem ^d Alexandrinum loco præcitato. Dixisse enim Prophetā, inquit, parabolam Domini quis intelligit nisi sapiens, & sciens, & diligens Dominum Deum suum. paucorum est hæc capere. Non enim inuidens (inquit) præcepit Dominus in aliquo euangelio: Mysterium meum mihi, & filijs domus meę in tuto, & extra solitudinem statuens electionem, vt cum ea acceperit quę sunt coniuncta, & conuenientia ijs quę elegerit, sit zelo superior. Qui enim non habet boni cognitionem, est malus, quoniam vnus bonus est pater. Patrem autem ignorare est mors, vt nosse, vita eterna per participationem potestatis in qua non cadit interitus, & non interire quidem, est esse participem diuinitatis. Interitum autem affert recessus à Dei cognitione. Rursus idem Clem. illud apostoli ad Rom. ^e 1. vers. 5. ad obediendum fidei in omnes gentes cogniti, explicans ait: hoc est in eos qui ex gentibus eum esse credebant. Vnde si gentes, & Pharisei minime credebāt.

^a Eecumenius.

^b Chrysof. homil. 13. tom. 7. pa. 1036.

^c Ansel. pa. 350. col. 2. tom. 2.

^d Theodoretus to. 2. pag. 129. col. 1.

^e D. Opt. Max. non est inuid⁹.

^f Clem. Alex. lib. 5. Strom. pa. 165.

Malus est qui nō habet boni cognitionem. Patrem ignorare ē mors vt nosse vita eterna.

Non interire ē esse participē diuinitatis.

^e ad Rom. 1. vers. 5.

nihil

nihil mirum est Arcana diuina salutis illis, in sua sapientia, superbia, impudicitia, & cecitate permanentibus occultari. Reuelari vero his, qui humilitatem, simplicitatemque sectantes, Christo Opti. Max. credentes noui ho-

Clem. A. lex. in lib. 1. pedag. pag. 17. Infantes, & paruulos apriorres sapientibus ad salutem.

Christus sapientiss. Magf exclamat ueluti cū infantib⁹ balbutiens. Pueri dicuntur qui ueterē hominē exuunt, & Dei incorruptionem induunt.

1. ad Cor. 14. 20.

1. ad Cor. 13. 11.

Grece nepion significat infantē, & stultum.

Arcanz do & rine perfectiorum disciplinaz.

mines, veteri exuto, fieri uoluerunt. Idem Clemens^a in lib. pedag. sic ait: Confiteor tibi pater Deus Celi, & Terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea paruulis. Infantes nos ac paruulos pedagogus, & Magister appellans, qui sapientibus, qui sunt in mundo, sumus aptiores ad salutem: qui sapientes seipfos existimantes superbia inflati sunt. Et exclamat exultans, & mirandum in modum lætus, tanquam vnā cum infantibus balbutiens: Næ, O pater, quia sic complacuit ante te. Propterea quæ absconsa sunt a sapientibus, & intelligentibus huius quod nunc est seculi, reuelata sunt infantibus. Merito ergo Dei pueri, qui ueterē quidem hominem deposuerunt, & uitij tunicā exuerunt, Dei autem incorruptionem induerunt: ut nouus, facti, populus sanctus, regenerati impollutum hominem custodiamus: & infans quidem est, tanquam Dei puelus, qui a fornicatione, & improbitate est expurgatus. Manifestissime itaque B. ^b Paulus nos ab hac quæstione liberauit, in priore Epistola ad Corinthios sic scribens. Fratres ne pueri efficiamini mentibus, sed sitis uitio infantes, mentibus autē estote perfecti. Illud ^c autē, quādo eram paruulus, cogitabam ut paruulus, loquebar ut paruulus, quam sub lege egit uitam significat, in qua, non ut iam simplex, sed ut adhuc insipiens, puerilia quidem animo agitans, persequebatur, puerilia autem loquens, blasphemijs, & maledictis uerbum incessabat. Duo enim significat τὸ νήπιον, infantem uidelicet & stultum. Postquam factus sum uir, (rursus inquit Paulus) feci, ut cessarent ea quæ erant infantis. Non ætatis imperfectam magnitudinem, sed nec temporis præfinitam mensuram, neque uirilium, & perfectiorum, disciplinas, scilicet
alias

alias doctrinas significat; infantiam extra fines amandans, qui se eam annuntiare profiteretur apostolus; sed infantes quidem dicit eos qui sunt in lege qui non secus ac laruis pueri, timore perturbantur. Viros autem, qui uerbo paremus, nostriq; sum⁹ iuris, & arbitrij, uocauit, qui credidimus spontanea electione seruati, sapienter, non insipienter metu territi. Hæc Clemens Alexandr. Iuxta quæ accipi debet locus ille D. Pauli ad^a Ephesios. 4. uer. 14. ibi ut iam non simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia, ad circumuentionem erroris. Vbi Syriaca interpretatio sic habet: ut non simus paruuli, qui agitemur, mutemur quo uis uento doctrinarum fraudulëtarum, hominum illorum, qui calliditate sua imponunt ut inducant in errorem. Quod uero authores græci νήπιον Nepion, merito ad ætatē referant, pro infante puero loq; sumentes; & ad mentē etiā: pro eo usurpantes, qui est animo infans, & latius pro imprudenti, stulto, simplici & amente: late uidere poteris apud^b Thesaurum linguæ Græcæ. Idem apud hebræos reperies qui פֶּתַיִם pethaim, Vocant paruulos, simplices suasibiles, fatuos, stultos, & imperitos, imprudentes, & insipientes: a uerbo פָּתַח pathah. idest facile suadere, inclinareq; uti uidere est apud^c Thesaurum pagini, & dictionariū^d Forsterij, atque^e Boderiani. Sumitur autem ea dicitio tam ab hebreis quā a Græcis, & in malā, & in bonā partem. In malā ut^f prouerb. 1. uerf. 22. ibi usquequo paruuli diligitis infantiam; & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam. Vbi translatio Chaldaica; usquequo insipientes diligitis insipientiam & derisores derisionē appetunt sibi, & stulti odiunt scientiam. Et^g prouerb. 7. uer. 7. ubi pro pethaim, D. Hierony. transtulit paruulos; ibi, & uidebo paruulos. Et^h prou. 14. 18. pro pethaim, ponitur stultitia, ibi impatiens operabitur stultitiam. Etⁱ cap. 8. uerf. 5: intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite.

Infantes q. sunt sub lege. Viri qui.

^a ad Ephes. 4. 14.

Syriaca interpretatio. Nepion q. & qua in significatione sumat.

^b ro. 2. pag. 1671. cum seq.

Paruulus apud hebræos quis dicitur?

^c Pagnin. in Thesi. col. 2271. cum seq.

^d Forsterius in diction. pag. 680.

^e Boderian⁹ in dictione Syrochal. pag. 165. col. 1.

^f pro. 1. 22.

^g prou. 7. 7.

^h pro. 14. 18.

ⁱ prou. 8. 5.

Vbi

Vbi in hebreo est **אִיִּם**, pe haim pro paruulis, & in textu Græco **ἀναίδωται**, idest insipientes. Et^a prou. 9. vers. 6. ibi Relinquitte infantiam & uiuite, & ambulate per vias prudentiæ. Vbi loco infantia, est pethaim. Vid. etiã Job. 5. vers. 2. ibi stultū, & paruulum (secundum Hiero.) occidit ira. In bonã etiã partē sumit, vt psal. 118. vers. 139. ibi declaratio sermonū tuorum illuminat & intellectum dat paruulis, vbi in hebræo est, pethaim, & græco **ἁπλοῖς**. Et Chaldaica^c habet, intellectum dabit simplicibus. Et psal. 18. vers. 8. ibi lex Domini immaculata conuertens animas, testimoniū Domini fidele, sapientiam præstans paruulis, vtroque est. Pethi hebraicæ, Etnepia Græcæ: Chaldaica hêt præbens sapientiam insipienti. Et^d prouerb. 9. vers. 14. si quis est paruulus, veniat ad me, & insipientibus locuta est. Idem^e cap. 14. 15. ibi innocēs credit omni verbo vbi est, pethi. 1. paruulus: aut simplex aut inspiens, qui facile se persuaderi finit, & ita Chaldaica, pro innocēte transfuit: inspiens credit omni verbo. Id quod experientia ipsa habemus satis compertū. Cum uideamus simplices & innocentes homines ab alijs facile decipi, eo quod facile, sincereq; uera sibi dici credant. Vnde illud^f Matth. 11. sæpe citatum de paruulis, idest de stultis euangelicis, simplicibus, insipientibus, & fatuis à mundo eiusq; sapientibus reputatis, sane est intelligendum. Sapientiæ namq; carnis, spiritus simplicitas, & prudentiæ mundanę: fatuitas, atque crucis stultitia, præualet. Quãobré hi merito cū Apostolo, & Seraphico nostro Coripheo & Auriga D. Frãcisco paruulorū, humiliissimo institutore, & simplicium pädagogo dicere possunt. Nos stulti propter Christū, & cęt. Paul. g 1. ad Corinth. 4. 10. Oportet ergo vt qui vult esse sapiens (iuxta illud eiusdē Paul. h 1. ad Cor. cap. 3. vers. 18.) stultus seu paruulus fiat Nam sapientum, prudentumq; sapientiã, atq; prudentiã humanam, & insipidam, Deus Opt. Max. superbiorū oforperpetuus, stultam, fatuamq; reddidit: vti D. Paul. 1. ad Rom. 22.

Rom. vers. 22. & 1. ad Cor. 1. vers. 20. ait. Porro de^a huiuscemodi paruulis vide latius D. Augustinū, & alios patres citatos a Sylua^c allegoriarū dictione paruus. Diuinis ergo mysterijs, & sancta illa luce Deus impertiri illos concessit (vti Clemens^d Alexandrinus tradit) qui ea possent capere. Iam vero non reuelauit multis ea quę non erant multorū, sed paucis quibus sciebat cōuenire; qui & ea possent accipere, & ex eis informari. Quod si aliquis dicat scriptum esse; Nihil occultū quod non manifestabitur, nihil opertum quod non reuelabitur: à nobis quoq; audiat ei qui occulte audit, occultū manifestum iri, & ei qui secretè ea quę tradūtur potest seruare, apertum iri, quod opertum est: vt veritas, & id quod multis est occultum fiat paucis manifestum. Nam cur omnes nesciant veritatē? cur autem non est ab omnibus amata Iustitia? si est omnium Iustitia? sed enim traduntur mysticè mysteria vt sit etiam in ore loquētis id quod loquitur, potius autem non in voce, sed intelligentia. Quę maxime conferunt ad confundēdos impios hereticos incusantes Apostolos eo quod omnia omnibus, nō reuelarūt, De quo articulo optime disputat Stapleton^f lib. principiorū Fidei, cui hæc addes & alia superi^g adnotata. Quãobrem Christo Saluatori, & Magistro verissimo dicenti: Nemo nouit patrē nisi filius; & cui filius reuelauere; indubitata fides (vt idē Alexandrinus testatur) est adhibenda. Cum fide dignus sit, qui non aliena sed sua annūciat. Quod ē ipse Clemens Alexandrinus ex Platonis sententia credendū asserit, licet absque probabilibus, & necessarijs demonstrationibus, per vetus, & nouum Testamentum dicatur, & prædicetur. Si enim non creditis, dicit Dominus, in peccatis vestris moriemini. Contraⁱ autem qui credit habet vitam æternam. Beati ergo sunt omnes qui confidunt in ipso: fidutiam autē habere est quid fide amplius. Quãdo enim sciuerit quis piam Magistrum nostrū esse Dei filium, concipit fidutiã quod

Doctrina vt empedocles ait auget præcordia. Fiduria in Dño auget fidem. Baruc. 3. 20. Inuentio arcanorū, & mysteriorū orig. Deo, & nō gentilibus nec demonibus attribuda. Daniel. 2. 27. 28. c. Accedit etiam illud D. Paul. d. Apostoli 1. ad Cor. 8. vers. 6. Ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, & ad Rom. 1. 1. 36. & coloss. 1. 16. Adde quæ scribit Tertul. in Lib. de Trinitate & Iamblicus de mysteriis cap. de expositione symbolorū & proclus de Anima, & Dæmone. Vide eundem Alexandrinum loco sepe repetito cum Eusebio de præparatione euangelica. Vbi ostendit arcana diuina hebræis manifestata, ab Aegyptijs, & alijs gentibus immixtis quamplurimis fabulis, superstitionibus, atque mendatijs; vsurpata fuisse. Nihil enim ipsæ gentes præter umbras habebant. Vid. g. Chryf. in epist. ad Cor. Vnde falso sibi ipsæ gentes Arcanorum inuentione arrogarunt. Qua in re Dæmon inuidus

Doctrina vt empedocles ait auget præcordia. Fiduria in Dño auget fidem. Baruc. 3. 20. Inuentio arcanorū, & mysteriorū orig. Deo, & nō gentilibus nec demonibus attribuda. Daniel. 2. 27. 28. c. Accedit etiam illud D. Paul. d. Apostoli 1. ad Cor. 8. vers. 6. Ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, & ad Rom. 1. 1. 36. & coloss. 1. 16. Adde quæ scribit Tertul. in Lib. de Trinitate & Iamblicus de mysteriis cap. de expositione symbolorū & proclus de Anima, & Dæmone. Vide eundem Alexandrinum loco sepe repetito cum Eusebio de præparatione euangelica. Vbi ostendit arcana diuina hebræis manifestata, ab Aegyptijs, & alijs gentibus immixtis quamplurimis fabulis, superstitionibus, atque mendatijs; vsurpata fuisse. Nihil enim ipsæ gentes præter umbras habebant. Vid. g. Chryf. in epist. ad Cor. Vnde falso sibi ipsæ gentes Arcanorum inuentione arrogarunt. Qua in re Dæmon inuidus

g. de præ par. euang. cap. 7. & lib. 2. & 3. per totum. g. D. Chryf. ad Cor. 2. pag. 338. in fine to. 4.

us vt homines cæcos dementaret. b. Quod olim per magos illos incantatores & serpentes eorum, per incantationes, & arcana ægyptiorū, corā pharaone in æmulationem Moysis facere conabatur: id etiam cum suis ap parentibus Mysterijs, & præstigijs arcanis tunc, & hodie apud cæcas nationes, & magicos Cabalistas, impiof que hæreticos arcanum quodam falsissimum excogitan tes efficit. Verum vt scriptura testatur loco adducto & D. Hiero. tradit q. 2. ad algasiam de Antichristo, sicuti virga Moysis deuorabat virgas serpentesque magorum, ita, & nostra sacra mysteria atq; diuina arcana: profana, & falsa gentilium, hæbreorumque de liria, deuorabunt, exinanibūt, funditusq; euertent. De his magicis arcanis vid. late Patrē Medinā c. lib. de recta in Deū fide & Thomam Stapletonum superius citatum. Sed de his in sequentibus latius differendum erit.

De multiplici diuinorum Arcanorum reuelatione.

Cap. IIII.



Vemadmodum sol hic noster (vt D. d. Dionysij sensum, & verba sequamur) non ratiocinando, nec eligendo, sed eo ipso, quod est, illuminat cuncta, quæ possunt illius lumen pro sua quodq; ratione, participare: sic ipsum bonum tantum quidem solem superans, quantum tenui imagini eximius præstat Archetypus: Ipsa sua existentia, in omnes res proportionem totius bonitatis radios emittit. His, constiterunt omnes & quæ ratione cernuntur, & quæ mente præditæ sunt, essentiæ, atque virtutes, & actiones: horū enim sunt, vitamq; habent sempiternam, & quæ imminui non potest, ab omni interitu, morte materia, ortaq; solutæ ac liberæ. Nec in eas cadit, instabilis, & fluxa, & quæ aliàs aliter fertur mutatio, eadēque & vt corpore, ac materia vacantes, intelligunt, & eorum quæ sunt rationes discunt, diuina sibi accomodata

G G g illustra-

a Demō inuidus falsa arcana, & mysteria adinuenit vt gētilēs deciperet. vid. Euseb. de præpa. euāgelica lib. 4. c. 8.

b Exo. 7. 11.

c P. Mich. Medi. lib. 2. cap. 7. cōtro. 1. li. 2. cap. 18.

d D. Dion. lib. de diuinis nomi. cap. 4. 4. pa. 227. in paucis opusculis

Essentiæ virtutesq; oēs actiones quoq; à summo bono. In Angelis non est mutatio instabilis, & fluxa.

illustratione: rursusque sua in ea qua cognita sunt diffundit, mansionem quoque a bonitate habent, earumque illine pendet tum firmitas, tum stabilitas, tum conformatio, tum bonorum pabulum, idque expetunt: statimque ac rectum, integrumque statum habent, atque ad eius similitudinem, quoad eius fieri potest, expresse sunt, bonitatisque speciem, prae se ferunt: & cum inferioribus, ut diuina lex praescribit, munera qua ab ipso bono in ipsas profecta sunt, communicant. Hinc sanctus Diuus Augustinus, & sacra omnis Theologorum Academia, ad hanc ipsam summi boni & omnipotentis creatoris, immensam bonitatem & creaturarum utilitatem, vniuersorum creationem refert. Quam diuinam, & Arcanam Theologiam, sapientissimum illum Platonem minime latuisse conspicio. Cum ipse in Timeo dixerit, nullam aliam causam potentioram afferri cur Deus mundum condiderit, quam quod bonus esset: Bonum autem nullam vnquam vllius rei attingere inuidiam. Vnde liber cum esset, voluisse, inquit, omnia sui quam maxime similia existere. A qua tamen Platonis consideratione Proclus Platonius in libro de anima, & demone, non multum distat, cum sic scribat. Ipsum bonum tamquam super naturam intellectua-lem in se consistens (si dictu fas est) vsque ad postrema descendit, illustrans omnia, & conseruans, exornansque & interim ad se conuertens. Primo quidem ipsis vere existentibus adest, secundo diuinis animis, tertio numinibus humano generi praesidentibus: quarto nostris animis, ac deinceps animalibus, & plantis, omnibusque corporibus; ipsi denique informi materiae, infimae rerum foeci, ipsum profecto bonum, clam, ineffabiliterque ante omnem ordinem proprium munus exhibet omnibus. Hac autem illud vbique participant aliter, atque aliter, suo quaelibet ordine, & quatenus vnaquaque naturaliter apta sunt; Bonum inde reportat. Mercurius vero trifmegistus in suo pymandro sic ait: Bonum in nullo ponitur:

Angeli superiores, cum inferioribus munera communicant.

D. Aug. lib. 1. de doctr. christi. tit. c. 13. & lib. 11. de ciui. dei cap. 24.

Bonitas Dei causa est cur ipse mundum condiderit.

Proclus pag. 229. Bonum in se consistens ad postrema vsque descendit & omnia illustrat. Bonum quibus, & quo ordine adest.

Bonum, omnia quatenus ad id apta sunt participant.

Trifmegistus. cap. 5. pag. 404. in parui.

tur: nisi in vno Deo, immo ipsum bonum, Deus ipse semper. Quamobrem essentiam omnis motionis, atque cognitionis esse, Deum oportet. Hac essentia orbatum nihil. Hae circa se stabilem actum, nullius egenum, infinitum superabundanter porrigentem possidet. Vnum id vniuersorum principium, bonum porrigens, & effundens bonum. Quoties nomino bonum (ait ille) id quod omnia bona, & quod bonum semper intellige. Latius prosequere cum August. Eugubino in librum de perenni philosophia. lib. 2. c. 4. His etiam adde Boetium in libris de consolatione, as lib. 4. c. 21. ferentem gentiles illos sapientes non sine quodam diuini cuiusdam numinis afflatu, illud nemo Bonus nisi fol. 87. C. & lib. 6. cap. 13. 14. & 15. & li. 7. c. 6. fol. 181. ver. D. solus Deus, hominum auribus, non dum a Christo saluatore aperte, & dilucide insinuat, assequutos. Verum ut ad nostrates reuertamur, eloquentissimum Theologum D. Gregorium Nazianzenum, de hac ipsa summe bonitatis affluentia loquentem audiamus. Quoniam autem (inquit) illo summo bono nequaquam satis erat sua ipsius sola contemplatione moueri: sed bonum illud diffundi ac propagari oportebat, ut plura essent, quae beneficio afficerentur (id enim summae bonitatis erat) primum angelos, & caelestes spiritus cogitauit: ac illa cogitatio opus erat quod verbo conficiebatur, atque spiritu perficiebatur. Hac Nazianzenus. Quae profecto cogitatio ut per omnes, illa immensa bonitatis diffusio, communicatioque ab ipsa statim angelorum creatione (siue ea ante omnem sensibilem creaturam, ut superius tetigimus, & patribus graecis olim placuit, siue simul cum visibili creatura hoc est caelo, & terra ut latinis est receptius facta fuerit) diuinitus elucesceret, vel per GG g. 2. essentias:

res praes adducit, & opti. palatium in 2. sent. dist. 2. disput. 2. pag. 135. vid. Tertul. & annotat. illius lib. de Trin. pag. 493. & Anasta. Synaita lib. 6. exameron ap. peadice bibl. SS. patr. pag. 1428. vid. et in langu si lesu in adno. ad Athenagora pro christianis to. 1. in operibus Iustini martyris pag. 250. & optime per R. P. Feliciani capito. par. 3. explica. cathol. expli. 69. Vid. et R. P. Hierony. Vielmius in lib. sex dierum lect. 7. vbi abude de hac q. disputat. post Guliel. hamerum et. Dhicamant. 1. Genes. fol. 6. verso. & Reuer. Patre. Bongo. de Mysti. a. v. signi. si. par. 1. pag. 18.

Deus est essentia omnis motionis, & cognitionis.

lib. 2. c. 4. lib. 4. c. 21. fol. 87. C. & lib. 6. cap. 13. 14. & 15. & li. 7. c. 6. fol. 181. ver. D.

Boetii li. 3. pros. 10.

Nazianzenus de naturae trinitate Christi pag. 341. & in orat. 2. de palchate pa. 439.

Cap. 3.

De quare vid. Catapet. lib. 6. hiporipos in pfatio. ne, vbi plu.

essentias suas, vel per species concretas, & congenitas, arcanam cognitionem rerum omnium naturalium, etiã antequam crearentur clementissimus dominus eosdem angelos habere^a voluit; quos insuper splendidissimis ad huc naturalibus^b decoratos, naturali tamen beatitudine in ipso creationis initio, & non supernaturali beatos efficiens: diuinam quandam similitudinem substantialiter & immediate illis impressit. Qua quidem per suam substantiam tanquam per eius speciem ab ipso Deo immediate^c sumptam, arcanam, diuinamq. Dei naturam intelligerent ac cognoscerent; cognitãq. naturaliter diligerent. Ac proinde ipsum absconditissimum Deum & dominum incomprehensibilem, minime ignorare possent. Quam rationem D. a Irenæus aduersus hæreses sic profequitur. Quomodo autem, & ignorabant vel angeli aut mundi fabricator primum Deum quando in eius proprijs esset, & creaturæ existerent eius, & continentur: ab ipso? Inuisibilis quidem poterat eis esse, propter eminentiã, ignotus autem nequaquam propter prouidentiam. Etenim licet valde per descensionem multum separati essent ab eo quomodo dicunt; sed tamen dominio in omnes extenso, oportuit cognoscere dominantem ipsorum, & hoc ipsum scire, quoniam qui creauit eos est dominus omnium. Inuisibile enim eius cum sit potens, magnam mentis intuitionem, & sensibilitatẽ omnibus præstat potentissimæ, & omnipotentis eminentiæ. Vnde etiam si nemo cognoscit patrem nisi filius, neque filium nisi pater, & quibus filius reuelauerit; tamen hoc ipsum omnia cognoscunt, quando ratio mentibus infixã moueat ea, & reuelat eis, quoniam est vnus Deus omnium dominus, & propter hoc altissimi, & omnipotentis appellationi omnia subiecta sunt. Hæc Irenæus. Adde hanc Dei cognitionem, & aliarum sane rerum in verbo, imperfectam tamen, eos habuisse. Aliter enim si perfecta ipsa foret, naturalis minime esset, sed

^a Vide. D. Tho. 1. par. q. 55. ar. 2. sed latius disputat in palaci^o in 2. dist. 3. dispu. 3. & dist. 5. disp. 1. fo. 105. & dist. 29. disp. 1. pag. 265. col. 1.

^b D. Thom. 1. par. q. 62. art. 1. seraphic^o S. Bonau^e tur. in 2. dist. 4. q. 1. palaci. libi. disp. 1.

^c D. Thom. par. q. 56. art. 3. vid. mag. pala. loco adducto disp. 5. dist. 5. pag. 112.

^d D. Irenæ^o lib. 2. c. 5. pag. 88.

Cognoscunt oia Dei ratio ac mentis infusa reuelate verum esse deũ oium.

sed supernaturalis: quod Theologorum Schola diffiteatur. Iuxta hanc naturalem Dei, rerumque cognitionem in verbo imperfectam: Matutinam illam Angelorum cognitionem accipit D. Thom. ^a & Scotus ^b noster quos alij sequuntur. Quapropter nec perfectam cognitionẽ, reuelationemque Arcanorum, & Mysteriorum gratis, tunc temporis habere potuerunt; Nisi postea cum iam beati effecti, verbum, & res, siue arcana fidei abscondita, in verbo ipso, perfecte, & euidenter fide illis infusa cognouerunt. Id quod D. c Thomas loco adducto aperte tradit. Et si non omnia, nec omnibus æqualiter, nec eodẽ tempore illa arcana gratiẽ reuelata fuerint, sed aliqua ab initio, habita suorum munerum, & functionum ratione, reuelata: alia vero postea. Hinc fit vt ipsi Angeli ab hominibus in aliquib^o circa incarnationis Mysteria eruditi sint, quibus quidem (vt Scotus noster ^d docet) Deus Opt. Max. aliqua reuelare dignatus est, quẽ ipsis Angelis denegauit. Sed qualiter illa sententia a quam plurimis patribus asseuerata intelligi debeat, consule R. P. Fratrem Barthol. ^e a Medina loco præcitato, vbi ex professo quæstionem hanc felici calamo absoluit. Et vltra loca ab ipso adducta, vide D. Chrysoptom. ^f De incomprehensibili Dei natura, vbi multis ostendit, nonnullas dispensationes Mysteriorum diuinorum fuisse, quas angelicæ illæ virtutes nobiscum intellexere, cum omnino antequã nos eas intelligeremus, ignorarẽt. Nec modo nobiscum, verum per nos ipsos acceperunt. Iuxta quẽ accipienda sunt quẽ Anastasius ^g Synaita de cognitione illius mysterij existimauit. Adiunge Iusti. Marty. ^h de veri. Christi. relig. vbi credidit angelos, p. unctionis, & Resurrectionis mysteria ignorasse. Adde etiam dulcissimam illam D. Bernard. ⁱ considerationem qui cum

GGg 3 demy

tio clauij pag. 48. col. 1. e Frater Barthol. de medina 2. 2. q. 55. art. 2. pag. 1067. col. 2. f Chrysoft. homil. 4. 10. 4 pag. 1071. g Anastasius Synaita li 4. exameron in appendice bibl. SS. patr. pag. 1407. h Iusti. Marty. to. 2. pag. 78. in fine cum pag. 79. in pri. i D Bernard. in 15. sermonibus de natiuit. Dñi fol. 389. col. 1. in magnis codicibus Col. 2.

Matutina An. elorũ cogitatio quæ.

^a D. Tho. 1. par. q. 62. art. 7. & q. 58. ar. 6. & 2. 2. q. 5. ar. 1. arg. 1. b

Scotus in 2. dist. 9. Melchior Flau^o minorita. in eius resolutione pag. 15. latius Magist. Palati. in 2. dist. 3. dispu. 3. add. Scotũ in 3. di. 3. q. 11. c

D. Tho. 1. par. q. 57. ar. 1. med. P. F. Bart. de med. 3. par. q. 2. pag. 13. & q. 55. ar. 2. vid. eund. D. Tho. 2. 2. q. 5. art. 1. Scot. in 3. dist. 24. q. vnica & flau. in resolutione pag. 45. d

Scot^o in 3. dist. 25. q. & resolu-

de mysterio incarnationis agit: videt & ardet (inquit) ille vehemens amator, & totum epithalamium in eius laudibus decantat, vbi manifeste sponsus inducitur spiras amorem sincerissimū, nec vltra valens dissimulare quod patitur: & postea quam angelis incarnationis mysteriū manifestasse ait. Quæritur modus redēptionis, & statim de Thesauro Diuinatis, Mariæ nomen euoluitur, & per ipsam & in ipsa, & de ipsa, & cum ipsa, totum hoc facien- dum decernitur: vt sicut sine illo factum est nihil, ita sine illa nihil resectum sit. Sic ergo D. Bernardus ineffabile hoc incarnati verbi mysteriū, & arcanū: angelis reuelatum, & cōmunicatū fuisse pro comperto habet. Sed hæc, & similes aliæ sententiæ iuxta superiorem traditionem accipi debēt. Vides ergo quāto bonitatis stultio, & amoris ardore Diuina bonitas se diu latere occultariq; minime patiēs, Angelicā, splendidamq; naturā ex nihilo creauerit: seseq; ipsum eidem liberaliter (vt ita dicā) tradens, tot, tantaque arcana eisdem mirificis modis, simul re- rauerit patefecerit. Quis igitur tam demens, tamque ob- cecatus esse potest qui hanc clementissimi patris bonita- tem nō obseruet, & colat? potentissimi virtutē non mire- tur? Beneuolētissimi Domini amorē hunc, amore quoq; reciproco, non compenset? absconditissimæ Diuinitatis communicationem non laudet? totq; reuelationes Ar- canorū angelis factas, non magnificat? Verum hæc be- neficia, omni humana laudē maiora, humanam superant facultatem, & linguas nostras sui magnitudinæ obmute- scere faciunt. Laudent illum potius Astra ipsa matutina, hoc est angelice illæ substantiæ, & iubilent omnes filij Dei, quibus hoc laudandi munus, sanctus ^a Iob aperte conuenire testatur. Diuinus ille Psalmographus, ^b vtrāq; inuisibilem, & visibilem, cælestem, & terrenam creaturā, ad tanti conditoris laudem inuitans, ipsos primum an- gelos ad hoc officium excitat. Laudate, inquit, eum om- nes angeli eius, laudate cum omnes virtutes eius, & sub- iungens

Modus re- demptionis: Maria ex thesau- ro diuini- tatis euol- uitur.

Sine ma- ria nihil re- fectum.

Diuina bo- nitas mini- me patiēs se diu oc- cultari an- gelos crea- uit vt illis se reuela- ret cōmu- nicare etq; Bonitas D. Opt. Max. colē- da, & ad- miranda.

Beneficia angelis fa- cta omnē laudē su- perant. Astra ma- tutina an- gelicæ vir- tutes.

^a Iob. ca. 38. vers. 7.

^b Psal. 148. vers. 1. & Psal. 103. ver.

iungens causam (ait) quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt: innuens illos ex eo amoris cō- municationisq;. Mysterio, & creationis bñficio, peculia- rius ad hoc ipsum teneri. Et tres illi ēt pueri in fornacē ignis deiecti, angelos ibidem diuino nutu ipsos seruan- tes, ad hanc eandem laudem decantandam incitarunt. ^a Angeli Domini Dominum benedicite. Porro quanto minus Diuina potentia, Angelorum ope indigebat, tan- to magis diuina bonitas, atque beneuolentia, hoc in Mi- sterio splenduit. Ac proinde verissimum illud nostrorū Theologorum ^b placitum libenter est amplectendū. Quo- quidem asserunt Deum Opt. Max. se solo hoc est imme- diatione virtutis, & suppositi omnia condidisse orna- seque. Vnde D. Irenæus aduersus hereses coniunctis quæ ibi eius adnotauit interpres sic ait: Hic enim filius, qui est verbum Dei, ab initio perstruebat, non indigēte Patre Angelis, vti faceret conditionem, & formaret ho- minem propter quem, & conditio fiebat; nec rursus indi- gēte ministerio ad fabricationem eorum, quæ facta sunt, ad dispositionem eorum negotiorum, quæ secundum ho- minem erant, sed habente copiosum, & inenarrabile mi- nisterium. Ministrat enim ei ad omnia sua progenies & figuratio sua, id est filius, & Spiritus sanctus, verbum & sapientia; quibus seruiunt, & subiecti sunt omnes ange- li. Vani igitur sunt, qui propter hoc quod dictum sit ne- mo cognoscit Patrem, nisi filius, alterū introducūt inco- gnitū patrē. Hęc Irenæus. Qui verbis illis Simonē Magū Basilidem, & Rabinos pungit. Nec tamen diuinæ bene- ficientiæ & huic bonitati peremni, satis fuit; Arcanorum cognitione, inuisibilem tantum, irrigare creaturā: Immo etiam (vt proculus superius ait) ad postrema vsque de- scendes, rationalem creaturam ex fece & limo conditā, multiplici arcanorum diuinorum manifestatione mirifi- ce illustrauit. Nam cum ex indiuiduæ sanctæq; Trinita- tis immutabili decreto hominem, propter quem inuisi-

^a Daniel 3. 58. Deus ope angelorū minime in- digebat.

^b Vid. Do- ctores 2. sent. dist. 1. & ibi sco- tu que. 2. & late pa- lati. disp. 3. & 4. vid. R. Antisti- tem D. Pa- trem Hie- ronymum Vielmiū. de sex ope- rib. lec. 18. pag. 220.

^c Irenæus lib. 4. c. 17.

Non solū inuisibili creatura arcana ma- nifestauit sed etiam visibili hac est homi- ni.

Adā sciētia infusa, & species rerū concreatæ.
 a
 Vid. Magiſtrum Michæelē de Palac. 12. diſ. 3. diſp. 3. pag. 73. co. 2. & di. 23. dup. 2. pag. 130. Adā Doctōr, magiſter pēdagogus & inſtitutor filiorū & poſterioritatis ſuę.
 Adā principium totius naturę ſecundū carnem.
 b
 Aug. ſup geneſ. ad litterā li. 6. cap. 14. to. 3. Bedā in queſt. in geneſim to. 8. pag. 151. & R. Antilles & Pater Felicianus cap. 1. 1. cōtrouer. catholica- rum ca. 7. poſt Eucherium li. 1. geneſ. cap. 17.
 biles, & adminiſtratorios ſpiritus, atque ſumptuoſiſſimi orbis opificiū creaffet, illū nempe primū hominē infuſa omnium rerum naturalium ſciētia, per ſpecierum con- creatarum infuſionem a cumulatiffime ſtatim repleuiſſe certum eſt. Et ſi ſpecies illas non tantum vniuerſales, quā angelorum fuiſſe exiſtimemus. Nec mirum videri cui- quam debet Deum maximum, & Optimum, illum tanta ſapientia ornafſe, ſi conſideret ipſum ſapientiffimum Dominum non ocioſe, nec fruſtra hominis animam tam varia & multiplici inſtruxiſſe ſupelleſtili. Quippe quem naturę humanę Magiſtrum, Doctōrem, Pēdagogum atque inſtitutorem (vt Theologi noſtri abſque vlla con- trouerſia Docent) designabat. Ac proinde non ſolum eiufdem naturę ſecundum carnis propagationem prin- cipium futurus erat: verum etiam filios poſterosque ſuos, diuinis doctōris inſtitutos, atque imbutos cultu verē religionis, vnius verique Dei inſtitutus erat. Quā ob rem indicare volens ſapientiffimus Deus infuſa hac ſapientia, hominem ſapientiffimum euafiffē, vniuerſa animalia ab ipſomet Deo creata in ipſius conſpectum Iuſſione ſua, b & Angelorum miniſterio adduxit, vt illis nomina iuxta ſingulas illorum naturas atque propieta- tes imponeret. Formatis igitur (inquit Moſes) c Domi- nus Deus de humo cunctis animantibus terrę & vni- uerſis volatilibus cęli adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adam, Ani- mę viuētis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitque Adā nominibus ſuis, cuncta animantia, & vniuerſa volatilia cęli, & omnes Beſtias Terrę. Cum ergo dicat ipſum eſt nomen eius; nihil aliud (aſſertore d Eufebio) uult indi- care: Quam quod Adam, conuenienter ad naturas rerū, Nomina illa impoſuerit. Quod enim vocatum eſt, hoc quidem eſt, in ſua natura. Quod idem D. e Tho. docuit, & recepta

c Geneſ. 2. 19. d Eufebius lib. 11. præpar. euang. cap. 4. e D. Tho. 1. par. quę. 96. art. 1. ad 3.

recepta Theologorum a eſt ſententia. Hinc illud Plato- nis exiſtimantis primum nominum impoſitorem fuiſ- ſe ſyrum: de quare vide Fabritium b Boderianū in præſa- tione Syriacę translationis. Quo fit vt merito Rabino- rum quorundam vana fabuloſitas irridenda fit aſſeren- tium Angelum Adami, Razel appellatum, illi librū tra- didiſſe, continentem omnium rerum diuinarum, & na- turaliū arcana. Eos irridet R. P. Georgius Venetus loco præcitato. Quale autem Myſterium ſeu Arcanum in ea Nominū impoſitione ab Adamo facta cōtineretur, vid. Eucherium c loco adducto, & Anaſtaſium Synaitam, in exameron, etſi D. Auguſtinus d propheticū arcanū ſub illis verbis abſconditū cognoscēs minime illud no bis ex- plicauerit. Nec admitto Pagnini e interpretationē, & ſen- tentiam; negātis nomina animalium primitus ab Adamo impoſita fuiſſe, & aſſirmantis illa impoſita fuiſſe ab ipſo Deo, qui tamen ea adduxit ad ipſum Adamū, vt videret an vocaret ea eiſdem nominibus, ab ipſo Deo iam impo- ſitis, idque feciſſe vt hominis ſapientiam indicaret, quę tanta ſane erat; vt eadē nomina à Deo impoſita, & adin- uenta, Animalibus, nullo indicante nec docente impo- fuerit. Cæterum ea interpretatio tamquam dura & vio- lenta ab oleaſtro eodem f capite exploditur. Cuius ta- men illa expoſitio, qua putat non inueniſſe Adamum im- poſitis nominibus in illis Animantibus, & auibus, adiutorium quod eſſet coram ſe, ſeu ſicut nomen ſuum: quia nullum erat ſibi ſimile: Cum nullum Animal (ſer- pente excepto) loqueretur: Minus profecto mihi arri- det. Quippe quę aperte diuinat, & litteram violat, at- que vulgati Textus comunem & receptiſſimum ſen- ſum, quem tot grauiffimi authores ſuperius citati am- plectuntur. Et præterea, vnde oleaſtro conſtat in eo capite agi de adiutorio ſimili, hoc eſt de nomine ſimi- li? Catholica autem ſententia eademque vera, & litte- ralis ad ſimilitudinem naturę rationalis, & ipſius

f cap. 2. pag. 61.

Euę

a Aug. ſup geneſ. ad ſeram li. 6. c. 14. & 12. D. Chryſ. Piſal. 148. to. 1. pag. 1237. ph lon. li. 1. al legoriarū ſo. 18. Eucherius li. 1. geneſ. c. 19. name- r' in gene. c. 2. fo. 44. co. 2. R. P. Geor. Ve- netus mi- norita. nū to. 1. proble. leſt. 1. problem. 2. 2. R. præ ſul. Felici- cianus li. 1. cathol. explicat. in 2. expli- cation. b to. 5. bibl. Regiz. c Eucherius Anaſtaſius Synaitam appēdice bibl. SS. par. pag. 1421. d D. Aug. d. li. 6. ca. 14. ſup gene. ad litterā. e Pagninus li. 1. inſti. hebra. c. 1. pag. 2.

Euæ adiutorium, illa verba semper retulit. Vti ex cap. 17. Eccl. inferius adducendo, patebit. Vid. præter omnes alios interpretes R. P. F. Alphonsum^a Castrensem Minoritanum in lib. aduersus hereses, dictio. Adam. Serpentem autem cum loquela, & sermonis capacem naturaliter creatum fuisse: Merum figmentum est Iosephi,^b & aliorum, quos D.^c Thomas & Abulensis^d optime redarguunt. Adde plura à nobis diligenter adducta in Torque aureo, siue sacra catena sacrorum laborum D. Apostoli Pauli: Vnde reiecta Oleastri expositione, communi traditioni magis est adhærendum. Aliarum uero substantiarum, accidentiumque nomina (exceptis animalibus & volucris) Deum Opt. Max. imposuisse asserit Pagninus loco adducto, & Anastasius Synaita, licet Magister Michael de Palacios superius citatus oppositum credat. Adde tamen Aug.^e de genesi ad litteram. Sed vt ad sapientiam primo homini infusam, aliaque dona illi concessa reuertamur: Expendenda in primis nobis est auctoritas illa Eccles.^f cap. 17. vers. 1. cum sequentibus: quæ sic habet. Deus creauit de Terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipsam: & secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum, & tempus dedit illi, potestatem eorum quæ sunt super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est Bestiarum, & volatiliu. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi, Consilium, & linguam & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos. Creauit & illis scientiam spiritus: sensu impleuit cor illorum, & mala, & bona ostendit illis: posuit oculos ipsorum, super corda illorum, ostendere illis magna operum suorum. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ, hereditauit illos, testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis. Et magna honore eius, vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum. Vnde apud me dubia satis est illa

^a R. P. F. Alphonsum à Castro li. aduersus hereses, dictio. Adam pag. 126. to. 1.
^b Iosephus li. 1. antiq. cap. 13.
^c D. Thom. 1. par. 9. 95. art. 4. ad 2.
^d Abulensis, genef. 3. col. 11.
^e D. Augu. lib. 6. cap. 12. to. 3.
^f Eccles. 17. 1.

est illa Clementis Alexand.^a sententia dum firmat Adamum in constitutione sua minime perfectum factum fuisse, sed aptum ad suscipiendam virtutem; præsertim cum idem^b aliter de prima hominis perfectione loquatur. Ceterum cum fere semper in plurali loquatur textus præcitat^c, idemque plurale græca translatio obseruet: manifestum fit, tot donis virtutibus, scientijsque, Euam viuentium omnium Matrem, fuisse quoque decoratam: quot vir eius, & communis parens Adam ornatus, & locupletatus fuerat. Quæ recepta Theologorum^c nostrorum traditio est. Ac proinde Arcana, Mysteria, & magna diuina vtrisque communicata exarataque fuisse dubio procul existimandum. Vt autem singula præcitate capite, primorum parentum statum concernentia melius intelligamus, videndus est D.^d Damascenus. eiusque interpres in libro de orthodoxa fide, & D.^e Thom. in summa, Hæmerus quoque dicto cap. 2. geneseos, vbi de hominis imagine & similitudine agunt. De principatu vero illius super Bestias omnes, & super omnem Terram, vid. eundem D.^f Thomam, & scripta D.^g Gregorij Nazianzeni in oratione Natiuitatis Christi vbi eleganter probat hominem mundum magnum non corpore seu proportione, sed dignitate esse. Quam plurima de ecclesiæ catholicæ primatu & monarchia, huic argumento accommodata ex fandro de visibili Monarchia vtiliter adiuges. h De dominio vero ferarum, earumque obediencia, & mansuetudine, pulchrè. Diuus Chrysostr.ⁱ in Psalmorum enarratione sic scribit. Feræ non antea Adamo nec Euæ terribiles, nec furiæ, sed sicures, & mansuetæ: post peccatum vero in hominem quoque feræ rebellauerunt, plurimum hac in re ex principatu hominis detractum est. Sed nihilominus Dei prouidentia feris loca remota assignauit ab urbibus. Nempè solitudines, ne inciuatibus versarentur hominibusque

^a Cle. Ale. lib. 6. libro. pag. 211.
^b Idem l. b. 4. strom. pag. 142. Euarordo nis decorata quot vir eius.
^c Vid. Pala. in 2. dist. 23. disp. 2. pag. 232. col. 2.
^d D. Dama. li. 2. c. 12.
^e D. Thom. 1. par. 9. 3. ar. 1. ad 2. & 94. art. 3. & 91. ar. 4. ad 1. ad de Mich. de palat. in 2. dist. 16. disp. 1. fol. 191.
^f D. Thom. 1. par. 9. 96. & contra gætes lib. 3. cap. 22. & 1. ad Cor. 15. lect. 3. & seq. & ad hæbr. 8. lectio. 2. & 2. 2. q. 64. art. 1.
^g Gre. Naz. pag. 342.

que
cū seq. vbi Niceta post Ioa. Damasc. loco adducto. h lib. 3. cap. 10. cum seq.
i Chrysostr. Psal. 146. tom. 1. pag. 1237. A.

Adā qualē
inspiratio
nem, & re
uelationē
habuerit.

^a
D. Thom.
2. 2. q. 5. ar
tic. 1. ad
primum.

Adā ante
peccatum
quēdā ex
diuinis
mysterijs
cognoue
rat q̄ nunc
nisi credē
do nequi
m^o cogno
scere.

^b
Ma. Mich.
de palaci^o
in 2. di. 23
disput. 2.
Arcanorū
reuelatio
quomodo
Adamo fa
cta sit.

^c
D. Augu.
de generi
ad literā
lib. 8. c. 18
to. 3. pag.
249. co. 2.

ipsum optimè nouisse ostendat. Non quidem (vt idem ait) ea inspiratione, & reuelatione quā Deus modo à credentibus absens fide quæritur, sed ea quæ per præsentiam contemplationis manifestius cernebatur. Cuius patris autoritatē tanti Roboris ac momenti esse D^a Thomas existimauit, vt ab ea minimè discedere fuerit ausus. Vnde hanc eius sententiam sic explicat. Contemplatio eorum (scilicet angeli, & hominis ante peccatum) erat altior quam nostra: per quam magis de propinquo accedentes ad Deum plura manifeste cognoscere poterant, de diuinis effectibus, & Mysterijs quam nos possumus. Vnde nō inerat eis fides qua ita quæreretur Deus absens, sicut à nobis quæritur. Erat enim eis magis præsens per lumen sapientiæ; quam sit nobis, licet nec eis esset ita præsens, sicut est Beatis per lumen gloriæ. Quo etiam modo Magister, d. dist. 23. eam Hugonis sententiam explicauit. Ac proinde, Vt idem Angelicus Doctor ait, homo noster ante peccatum quædam de diuinis Mysterijs manifesta cognitione cognouit, quæ nunc minime; Nisi credendo cognoscere possumus. Ipse tamen secuti, & angeli, fide indigebat. Quam sententiam prosequere latius cum Magistro Michael. ^b de Palacios in suis perdoctis disputationibus. Heç autem arcanorum reuelationes primo parēti, primitus per sensibilia signa, hoc est per creaturam in forma humana, quæ illi, & Euæ apparebant factæ sunt. Quam sententiam, vt verissimā D^c August. constanter asseuerat, dicens. Quomodo ergo illi locutus est Deus? vtrum intus in mente secundum intellectum, id est vt sapienter intelligeret voluntatem ac præceptum Dei sine vllis corporalibus sonis, vel corporalium similitudinibus rerum: Sed non sic existimo primo homini locutum Deum? Talia quippe scriptura narrat, vt potius credamus sic esse Deum locutum homini in paradiso, sicut etiam postea locutus fuit patribus, sicut Abrahe, sicut Moyse, id est in aliqua specie

cie corporali. Hinc est enim quod audierunt eius vocē, ambulantis in paradiso ad vesperam, & absconderunt se. Idem Augu. ^a rursus eodem loco sic ait: si modū querimus quomodo ista locutus sit Deus, modus quidem ipse à nobis, proprie comprehendere non potest, certissime tamen tenere debemus: Deum aut per suam substantiā loqui, aut per sibi subditam creaturam: sed per substantiam non loqui, nisi ad creandas omnes naturas: ad spirituales verò, atq; intellectuales nō solū creādas, sed etiā illuminandas, cum iam possunt capere locutionem eius, qualis est in verbo eius, quod in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum, per quod facta sunt omnia. Illis autem qui eam capere non possunt, cum loquitur Deus, non nisi per creaturam loquitur, aut tantummodo spiritalem, siue in somnijs, siue in ecstasi similitudine rerum corporalium: aut etiam per ipsam corporale, dum sensibus corporis, vel aliqua species apparet, vel insonāt voces. Si ergo Adam talis erat, vt posset capere illam locutionem Dei, quam mentibus angelicis per suam præbet substantiam: non dubitandum est quod eius mentem per tempus mouerit, miro, & ineffabili modo, non motus ipse per tempus, eique vtile, ac salubre præceptū veritatis imprefferit: vt quæque transgressori poena deberetur, ea ipsa ineffabiliter veritate monstrauerit: sicut audiuntur, vel videntur, omnia bona præcepta in ipsa incōmutabili ^b sapientia, quæ in animas sanctas se transfert ex aliquo tempore, cum ipsius nullus sit motus in tempore. Si autem ad eum modum Adam Iustus erat, vt ei adhuc opus esset alterius creature sanctioris, & sapientioris Authoritas, per quam cognosceret Dei voluntatem, atque Iussionem, sicut nobis Prophetæ, sicut ipsis Angeli: cur ambigimus per aliquā huiusmodi creaturam ei esse locutum Deum talibus vocum signis, quæ intelligere posset? Illud enim quod postea scriptum est, ^c cum peccassent eos audisse vocem Domini Dei ambulantis

^a
D. Augu.
loco addu
cto ca. 27.
pag. 251.
& lib. 11.
cap. 33. &
34. pag.
272. d. 10.
3.

Deus ho
minib^o lo
quit p na
turā spiri
tualē siue
in somnijs
siue in ex
tati.

^b
Sap. 7. 27.

^c
Gene. 2. 8

Deus deambulans in Paradiso per aliquam sibi subditam creaturam locutus est parentibus primis quod est fide catholica ut D. Augu. asserit.

^a 1. ad tim. 6. 16.

^b Genes. ca. 1. pag. 47. & c. 3. pa. 7. col. 2. & genes. 9. pag. 131. col. 1. & exod. 33. in fine, & nu. 12. vid. eund. nu. 12.

^c Euse. li. 1. histo. eccl. cap. 2. Nicæph. lib. 1. & ca. 2. pag. 19. sub fine.

^d Lectio. 26. pag. 296. usque ad 300.

^e part. 2. ca. 67.

ambulantem in Paradiso, quia non per ipsam Dei substantiam, sed per subditam ei creaturam factum est, nullo modo dubitat qui fidem catholicam sapit. Ad hoc enim, & aliquanto latius, de hac re differere volui, quia nonnulli hæretici putant substantiam filij Dei nullo assumpto corpore, per se ipsam esse visibilem, & ideo antequam ex Virgine corpus acciperet, ipsum visum esse patribus opinantur, tamquam de solo Deo patre dictum sit: ^a Quem nemo hominum vidit nec videre potest: quia Filius visus sit ante acceptam serui formam, etiam per ipsam substantiam suam. Quæ impietas procul à Catholicis mentibus repellenda est: hæc D. Augusti. Cuius integram sententiam (studiose lector) ex industria tibi proponere volui, ut aperte videas, quanta cum ratione improbari ^b debeat Oleastri lusitani nostri falsa opinatio, qua sane credit, Adamum Deum in effigie humana, & corpore humano assumpto vidisse, atque etiam Moysen cui in ea humana effigie locutum etiam affirmarunt Eusebius ^c & Nicephorus. In quo etiã errore Augu. Eugubini. lib. 1. cap. primo de perenni philosophia versatus est. Quorum sententia ab heresi Antropomorphiceorum, & vadianorum non multum distat. Et ne quispiam me doctissimo, & Catholico viro, atque de religione benemerito suspensionem hanc gratis iniungere putet, legat doctissimam huius articuli confutationem, quam ex professo aduersus eundem R. P. Oleastrum instituit Reuerendissimus D. Hieronymus Episcopus Aemoni. Dominicani etiam instituti singulare ornamentum, in libro suo ^d sex dierum cui quidem ob eius rationes, & præsertim D. Augustini auctoritatem (cuius ipse non meminit) planè assentiendum est. Adde etiam Reuerendissimum P. Felicianum in explicatio. ^e catholicis. Ex ea ergo D. Augu. Doctrina colligis iam, Deum per somnum illum vehementem, quem in Adam inmisit: Arcana magni ponderis, & momenti eidem reuelasse, manifestasseque. Et in primis diuinam essen-

essentiam illi eo tempore ostendisse; Quam quidem ipsum Adamum vidisse D. Aug. & alij patres tradiderunt, Et si oppositam sententiam de Adamo Moyses, & alij, veriore credant alij non contemnendæ authoritatis auctores quos recenset nouissime R. P. Cifuentes prouintie Castellæ in suis commentarijs vbi latissimo sermone questionem hanc disputat. Adde Magistrum ^a Michaelē de Palacios in suis disputationibus in secundum sententiarum, & Reueren. ^b Archiepiscopum Felicianum Capitonium loco nuper citato. Et quæ nos de eadem visione diuinæ essentie Mosi facta inferius cap. Sexto repetemus. Sed & si ex his appareat dubium; An primus homo Dei essentiam viderit; nullum tamen apud nos esse debet ipsum eo in sopore, quem in eum Dominus inmisit; Arcana Dei & Mysteria futuri redemptoris Christi D. N. atque sacrosanctæ eius Ecclesiæ eiusque sponsæ cognouisse, ac intellexisse, cum alijs quamplurimis tunc temporis reuelatis, & signosticis, vti refert Sixtus ^c Senensis huiusmodi reuelationibus ad abusi fuerint. In somno namque, & ecstasi (vti superius D. Augustinus docet) solet D. Opt. Max. sua arcana reuelare. Quod vt Moses significaret, inmisit ergo (inquit) Dñs. Deus soporem in Adam: cumque obdormisset tulit vnam de costis eius, & repleuit carnē pro ea genes. ^d 2. 25. vbi pro sopore, est in hebræo תרדמה thardemah, quod significat grauissimum; & valde profundum somnum, vt patet genes. ^e 15. 12. ibi sopor cecidit super Abraham quando Dominus Deus ei Arcana futura patefecit. Accedit illud ^f Ionæ. 1. vers. 5. ibi dormiebat sopore graui; & ^g 1. Reg. 26. 12. ibi sopor Domini cecidit super eos: & ^h Iob. 4. 13. & ⁱ Esa. 1. 29. 10. Quibus in locis sopor nõ pro qualicūque sopore sed pro sopore graui accipitur. Deducitur autē thardemah à verbo תרדמ Radam. i. soporare, siue sopire. Vide Thes. ^k nouif-

^k Thes. ling. sanctæ. col. 2636.

Adam in somno graoissimo diuinam vidisse essentiam aliqua asseruat.

^a M. Mich. de Palac. fol. 281. col. 2. cū seq.

^b Reuerēdi. Archiepi. Feliciani explicatio 61.

^c Mysteria maxima in illo sopore Adamo reuelata sunt.

^d Sixtus Senen. lib. 2. bibl. Sanctæ litteræ A. pa. 44. sub finem.

^e Genes. 2.

^f Genes. 15.

^g Ionæ. 1. 5.

^h 1. Reg. 26.

ⁱ Iob. 4. 13.

^j Esa. 29. 10.

^a simum, & Forsterum. ^a Hinc apud Latinos grauiſſimus
 Forsterus in suo di- sopor, vt apud Lucretiũ videre est. Et apud Liuium, ^b al-
 ſtio. hebr. tiſſimus ſopor, apud ^c Horatium quoque, & profundus ſo-
 pag. 768. por legitur, apud ^d Virgiliũ. Et licet græcis *ὕπνος* vponos,
^b lib. 7. ab ſonus dicatur, & *καταφορεῖν* Kataphorein idem ſit. quod
 urbe con- *ὕπνω*, id eſt grauius dormire: & *τὸν βᾶδον ὑπνον* pro ſopo-
 dita. re vel ſomno profundo ſumatur, vti in Theſauro linguæ
^c Ser. 2. ſati. græcæ ^e latius videri poteſt: Nihilo tamen minus ſeptua-
^r ginta interpretes præcitato cap. 2. geneſ. verſ. 2. i. poſue-
^d Virg. 8. runt *ἔκστασι* ecſtaſin. Quo etiam modo D. ^f Hieronymus
 Aencid. legit in quæſtionibus hæbraicis in geneſim, vbi ſic ha-
^e bet: pro ecſtaſi, id eſt mentis exceſſu, in hebræo habetur,
 ro. 3. col. 1749. & tardemah quod Aquila Kataphoran, Symmachus Ka-
 1756. cum ron, id eſt grauem & profundum ſoporem interpretati
 ſeq. & to. ſunt. Denique ſequitur: Et dormiuit. Id ipſum verbum
 4. fol. 110. B. & in Ionæ Stertentis ſomno poſitum eſt. Vide eundem
^f D. Hiero. D. Hieronymum in Eſaiam, & D. etiam ^h Auguſtinum,
 to. 3. pag. in geneſim ad litteram. Chryſoſtomus ⁱ etiam conſen-
 318. tit ibi immiſſo exceſſu tanto ſomno oppreſſit, vt quaſi
^g D. Hiero. grauedine quadam correptus nullum rei quæ fiebat ſen-
 to. 4. pag. ſum caperet. Sumitur autem ecſtaſis pro dimotione rei
 233. A. li à ſuo ſtatu, vt in præcitato Theſauro ^k græco latius vi-
 9. cap. 19. dere poteris, & pro exceſſu à ſe ipſo iuxta Dionyſi-
^h D. Augu. um quem refert diligens, & perdoctus, pater Ham-
 lib. 9. cap. merus ^l in præcitato cap. 1. geneſ. vbi R. P. Hierony-
 19. tom. 3. mus ab Oleaſtro, ſoporem Adam, naturalem minime
 pag. 257. col. 1. fuiſſe recte aſſerit, & ſi in eo quod ait, ſoporem hunc fuiſ-
ⁱ D. Chryſ. ſe ſpaſmum qui metus cauſa & pauoris fieri ſolet: non
 homil. 1. i. in Geneſ. parum aberret. Adde his Anaſtaſium ^m Synaitam in
^k tom. 1. col. hexæmeron vbi non ſolum ecſtaſim legit, ſed & pro ec-
 1761. cum ſtaſi alium interpretat torporem, alium veternum, alium
 ſeq. ſomnum legiſſe teſtatur. Sed Epiphanius ⁿ cæteris præ-
^l fol. 45. ſtãtius, rationem aſſignat, cur pro ecſtaſi noſter facer tex-
^m lib. 9. in ap- tus dixerit ſomnum; cuius doctrina cum ſuperioribus
 pendice maxi-
 bibl. SS. par. pag. 1494. n Epiphanius titul. 2. tom. 1. ſue hæres. 48. pag. 124.

maxime conſonet validum quæ firmitatis robur ac præ-
 ſidium præſtet, merito quidem in medium proferenda
 erit. Is ergo in libris contra hærefes ſic ſcribit. Scrip-
 tura dixit. Immiſit Deus ſoporem, & ecſtaſim in A-
 dam, & dormiuit. Et non amplius ſimile eſt hoc illi.
 Non enim, & hic corpus formaturus erat, Deus vt ideo
 ecſtaſim immiſſet, quo ſimilia inferret, propter ex-
 cellentem benignitatem. Nam ipſi Adam induxit ecſta-
 ſim ſomni; non ecſtaſim, & emotionem mentis. Ecſtaſis
 autem iuxta multas differentias modum habet. Dicitur
 enim ecſtaſis ſtupor ob excellentiam admirationis; Di-
 citur, & ecſtaſis inſania, eo quod a propoſito emoueat.
 Verum illa ſomni ecſtaſis, hoc eſt ſopor, iuxta alium
 modum dictus eſt, iuxta naturalem actionem, maxime
 eo quod profundiffime ſancto Adam inductus eſſet,
 qui manu Dei formatus erat. Re vera enim videre li-
 cet, quod merito hanc ecſtaſim diuina ſcriptura poſuit.
 Nam dum dormit homo, transferuntur omnes ſenſus ad
 quietem conuerſi. Velut verbi gratia, vis viſua ſi a deſt,
 non vidit; concluſi enim ſunt oculi. Quieſcit motorius
 in homine ſpiritus, ſiue anima. Si graueolentia aut gra-
 tus odor eſt in domo, etiam ſi adſit olfactus ſenſus, non
 ſenſit: emotus eſt enim talis ſenſus, & ad quietem con-
 uerſus. Si amari aut falſi aut dulces humores ſint in ore,
 guſtus non percipit. Nam in quietis ecſtaſi ac ſopore ia-
 cet non operans, quod in vigilia operabatur. Auditus
 a deſt; ſed ceſſat vis audiendi in ſenſu, & ſæpe loquentes
 in domo, niſi expergeſiat homo, non audit quæ dicant,
 eo quod diſceſſerit actio ad tempus. Si animalia quæ-
 dam procurrant per noſtrum corpus, non ſentimus ipſo-
 rum, circa corpus noſtrum, contactum, niſi grauius nos
 impetant: ita toto corporis organo propter ſomni quie-
 tem ab actione emoto. Nam quum organum naturæ ſit
 terræ, & animæ circumdatum, eo quod ſic ex Deo vtilia
 HH h 2 nobis

Qualem
 ecſtaſim
 Dñus A-
 damo im-
 miſerit.
 Ecſtaſis
 quid ſigni-
 ficat.
 Somni, ſi-
 ue ſoporis
 ratio.

Ecſtaſis ef-
 fectus.

Vis ſenſuſ
 in quo cõ-
 ſiſtat.

nobis contingerunt, datur somno tempus, qui ipsum ab efficacissimo sensu ad transitum quietis transfert. Ipsa vero anima, à principali actione ac prudentia non emouetur. Sæpe enim imaginatur, velut in vigilijs, & obambulat, & operatur, & pontum penetrat, & plura ac maiora his per somnia speculatur. Non tamen in desipiente, & in ecstasi posito, ac mente moto homine, qui corpore, & anima vigilans, horrenda tractat, & sæpe se ipsum & alios male accipit. Ignorat enim quæ loquitur, ac facit: namque in ecstasi mentis ac desipientia talis existit. Hæc autem omnia à charissimi (idem Epiphanius ait) necessario colligimus, ob id quod dictum est immisit Deus ecstasim siue soporem in Adam, & dormiuit: vt differentias modorum ecstasis explicaremus. Et dixit ob quam causam illic à Domino ecstasis dicta est somni participatio: nimirum propter Dei indulgentiam, & benignitatem, quam omnibus quidem hominibus idem largitus est, vt transferatur homo à cura in quietem somni, & negotiorum vitæ. Verum illic amplius illam ecstasim vocauit, eo quod fecerit ipsum ad tempus non sentire dolorem, propterea quod accepturus erat costam ab ipso, & ipsam formaturus ei in vxorem. At non erat mentis ecstasis ac intelligentiæ emotio. Statim enim, vt surrexit, agnouit, & dixit, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro ipsius hæc sumpta est. Nouit enim, velut vides, & prima & præsentia, & vaticinatur de futuris: Ecce enim agnouit prima quando erat in somno dicens: Hoc nunc os ex ossibus meis. Et agnouit præsentia, postquam facta esset mulier agnoscens ipsam de corpore sublatam. Et vaticinatus est futura: nimirum, ea gratia relinquet homo patrem suum, & Matrem suam & adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnã. Hæc autem non sunt uiri mente moti

nec

Ecstasis
immisita
Adam.

Præsentia
Adm ecsta
si soluta
cognouit,
& prim a
& futura.

nec intelligentia priuati, sed sanam mentem habentis. Si uero etiã de illo, ego dixi in ecstasi mea, omnis homo mendax, dicendum est: alia rursus hæc facultas, est, non velut desipientis alicuius, ac mente moti hominis, absit: Sed valde admirantis, & cogitantis de his, quæ secundum consuetudinem cogitationum moderate videntur ac fiunt. Quando quidem enim admiratus est Propheta, propter admirationem hic id dicit. Fuerunt etiam prophetae in ecstasi, non in ecstasi rationis. Fuit ite petrus in ecstasi, non qui non intelligeret sermonem, sed qui videret aliam quam, quæ per quotidianam consequentiam ab hominibus videtur. Videbat enim linteum demissum, & omnia quadrupedia, ac reptilia, & volatilia cæli in ipso. Vide vero quod intelligit, & non erat in ecstasi ac emozione mentis sanctus Petrus. Quando enim audiuit, surge, macta & comede, non velut qui sanam mentem non haberet, persuasus est, sed ait ad Dominum: nequaquam Domine, nunquam enim inquinatum, aut immundum ingressum est in os meum. Et sanctus Dauid dixit, omnis homo mendax. Qui vero dicit, ego dixi: proprie dixit, & de hominibus dixit; quod mentiantur, ergo ipse non mentiebatur: Verum stupens, & admirans ipsius benignitatem, & quæ ipsi à Domino prædicata erant, admirabatur per excessum. Et videns omnem hominem egentem misericordia Dei, soli Domino veritatem attribuit, omnem autem hominem sub pœna nouit, vt ostendat verum spiritum, qui in prophetis locutus est, & profunditates cognitionis ac certitudinis Dei ipsis reuelauit. Fuit præterea, & Abraham in ecstasi, non in ecstasi mentis, sed in ecstasi ac percussione timoris: Videbat enim clibanum, & lampades circa solis occasum. Sed & alij Prophetae videntes visiones mente sana dicebant: Velut Moses dicit, timidus sum, & tremens. Cognouit autem

HHh 3 Abra-

Propheta
in ecstasi
D. Petrus
in ecstasi vi
dit linteum.

Psal. 30.
23.

Ecstasis A
brahe vnde.

Mosis uisio,
& tremor & aliorum prophetarum.

Abraham ea quæ à Domino dicebantur, Cognoscens; cognosces; quod semen tuum peregrinum erit in terra aliena annis quadringentis. Et vides quod omnia apud prophetas dicta in veritate videre datur, & in sana mente, & in sapienti ratione, & non in infania. Hęc sapien-
tissimus Antistes Epiphanius. Cui non incongrue adiungentur adnotationes Ioannis langi in orat. ^a Athenagor. pro Christianis in primo tomo operum Iustini Martyris & Tertulliani interpres ^b aduersus Marcionem, & ipse quoque Tertullianus. ^c in lib. de anima. vbi sic ait. Adam ante ebibit soporem, quam sitijt quietem. Ante dormit quam laborauit, immo quam, & edit, immo quam & profatatus est, videant naturalem indicem somnum omnibus naturalibus principaliorem. Inde deducimur etiam imaginem mortis iam tunc eum recensere. Si enim Adam, de Christo figuram dabat, somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius, vera Mater viuentium figuraretur Ecclesia. Ideo & somnus tam salutaris, tam rationalis etiam in publicę & communis iam mortis effingitur exemplar. Voluit enim Deus, & alias nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus paradigmate platonico plenius humani, vel maxime initij ac finis lineas cottidie agere nobiscum, manum porrigens fidei facilius adiuuandæ per imagines, & parabolas, sicut sermonum ita, & rerum. Hęc Tertullianus. Qui paradigma Platonis vocat, idęas exemplares quarum lib. ipso de Anima cap. octauo mentionem facit. Porrò de hac præfiguratione mortis Christi, & lateris eius apertura in cruce facta, atque de eiusdem Domini, redemptorisque nostri coniunctione cum Ecclesia, Vide D. Gregoriũ Magnum quem Magister hammerus in præcitato cap. 2. Genes. adducit cum alijs. Atque D. ^d Augusti. & D. ^e Chry-

^a pag. 226.

^b Interpres Tertul. li. 4. pa. 210.

^c Tertullia. c. 25. pag. 561. a.

Somnus Adæ mors Christi. Mater Ecclesia ex latere Christi.

Paradigma platonium.

Mors Christi, & lateris apertura, & somnus adami.

^d D. Augu. Psal. 56. to. 8. pag. 227. col. 2 & in lib. 9.

in genesim. cap. 13. pag. 251. col. 1. & cap. 15. tom. 3. & pag. 257. col. 1. ^e D. Chrysof. tom. 1. pag. 85. a. r. 2. & pag. 635. c. & tom. 1. pag. 1556.

sostomum, adiunge Alchimum ^a Auitum, de initio mundi, & primorum parentum creatione, vbi eleganti carmine hæc omnia complectitur. Vid. etiam cętones probæ ^b Falconię, de formatione Euę, & Anastasium Synaitam, in ^c commētarijs in Exęmeron. latissime etiam prosequitur D. ^d Augu. in Ioannem vbi satis explicat auctoritatem ^e illam apostoli, hanc vocem Adami proferentis: hæc nunc os, & cęt. de Christo, & ecclesia. Vid. ibi Chrysof. Ansel. Bedam: & Theodoretum & Adamum delphiũ, & aduersus lutherum catholice quidẽ explicat R. P. Archiepiscopus Felicianus ^f capitonius in suis catholicis explicationibus, vbi occurrit Caluino inepte, & ignoranter incusanti nostram vulgatam quæ habet sacramentum, & non mysteriũ; prout in græco est. Non aduertit, imperitissimus homo, Mysterium, & sacramentum pro eodem sumi, vt cap. 1. ostendimus. Quod idem Thesauri lingue Gręcę ^g auctor ille, faterur à gręcis Theologis pro sacramento mysterium vsurpari. licet etiam ipsemet thesauri author satis impius, & profuga: Caluini, & similibus vitam, sectam, moresq; approbans, vulgatam quoque hac in re mordeat. Præterea, vt Adamus Delphius eo in loco aduertit, apostolus ibi sacramentum seu mysterium accipit etiam pro typo, & allegoria iuxta ea quę ex Nazianzeno, & Budeo contra insolentiam Erasmi ibidem probat. Sopor ergo Adami fuit ecstasis præter naturę ordinem. Vera quidem & verus sopor, vt probat Sixtus Senensis ^h in Biblioth. sancta contra Caietan. qui perperam oppositum scripsit. Illa vero ecstasis arca & officina quædam mysteriorum fuisse videtur. Vnde recte D. ⁱ Augustin⁹ cõtra Manicheos, asserit ipsam visionem secretam, nomine soporis significari. Eucherus ^k etiam loco præcitato sic habet: Iste sopor ad hoc intelligitur immisus, vt ipsius mens per ecstasim particeps fieret Angelorum, & intrans in sanctuarium

^a Alchim⁹ in tom. 7. bibl. SS. patr. pag. 291. ^b to. 8. bibl. SS. patr. pag. 226. in fine.

^c Anast. Synait. in appendi bibl. SS. patr. pag. 1493.

^d D. Augu. tract. 9. ex cap. 2. to. 9. pag. 35. co. 2. in fi. & 36. col. 1. in prim.

^e ad Ephes. 5. 21.

^f Archiepi. Felician⁹ par. 3. explicatur. 67. pag. 455.

^g Thes. gręc. cu. tom. 2. fol. 1656. to. primo.

^h lib. 5. an. not. 46. & 47. pag. 374. in marginis.

ⁱ D. Aug. li. 2. cap. 12. to. 1. pag.

357. col. 2. ^k Eucherus in genes. lib. 1. cap. 20. pag. 20.

rium Dei intelligeret nouissima, & euigilans tanquam prophetia plenus, Sacramentum quod commendat apostolus eructaret. Ista omnia futura, in Christo, & Ecclesia facta sunt, & plena mysterijs, & sacramentis. Quæ eadem verba Diuus^a Augustinus scribit loco genesios adducto addens, Ideo Christum Dominum, & amantissimum Redemptorem verba illa Adami, propter hanc et cetera, in euangelio^b repetisse, vt hinc intelligeremus propter ecstasim quæ processerat in Adamo, hoc eum diuinitus tanquam Prophetam dicere potuisse. Vnde primum hominem, primum vatem, D.^c Hieronymus appellat: qui de Christo redemptore nouissime venturo, & Ecclesia, primitus tunc prophetauit. Adiunge etiam Theophilum^d antiochenum in libro contra Christianæ religionis calumniatores. Porro sub illis propheticis verbis purissimam virginem Mariam, Adamum quoque designasse quæ per Euam eius vxorem etiam significabatur, nullum est dubium. De qua re vide^e Tertullia. aduersus Marcionem, Irenæum quoq; & R. P. Canisius^f lib. 1. de virgine Maria. Nec solum ante lapsum primus homo Diuina Arcana est assequutus: sed etiam postea, ad suæ calamitatis, & infelicitatis leuamen. Misericors namque, & clementissimus Deus miranda, & diuina humanæ naturæ instaurandæ consilia, & incarnationis Mystera illico illi benigne patefecit. In illa namque maledicti serpentis maledictione; ipso Adamo, Euaque presentibus, Diuinum Arcanum futuri Redemptoris in medicamentum atque peccati remedium; delineare, & demonstrare dignatus est. Inimicitias, inquiens, ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semine illius: Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius genes. 3. vers. 25. siue autem ipsa, vti ecclesia latina Mater nostra Sacrosancta legit, siue ipsum, aut ipse iuxta hæbraica, & græca exemplaria legamus: eadem, plane sententia erit. Atque in Christum Dominum, caput serpentis

^a D. Augu.
lib. 9. de ge-
nesi ad lit-
teram ca-
19. tom. 3.
pag. 217.
col. 1.

^b Matth. 19
4.

^c D. Hiero.
in epistol.
ad eph. c.
5. to. 6. pa-
425. B.

^d Theophi.
Antio. lib.
3. tom. 5.
bibl. SS.
patr. pag.
145.

^e Tertulia.
aduersus
Marcionem li.
2. pag. 149
Iren. li. 3.
pag. 216.

^f lib. 1. cap.
2. & lib. 2.
cap. 3.

^g Genes. 3.
25.

Varia le-
ctio, vulga-
ta in oib;
preferenda.

serpentis conterentem, referenda victoria est; Primario quidem, secundario vero purissimæ eius genetrici Mariæ virgini, per quam ipsum benedictum semen, fortissimum armatum, Gigantem excessum & inclitum inferorum expugnatorē misericorditer habuimus. Vnde Iyranus, illud, ipsa conteret caput tuum: vere explicans, inquit, quia per ipsam mediante filio, potestas Demonis contrita est, sicque recte dicimus ipsam Virginem intemeratam, redemptionis, & Redemptoris causam fuisse, inquantū hominem Deum, & Virgo concepit, & peperit: latius prosequitur R. P. F. Barthol. ^a de Medina, post alios Quam ob rem siue ipsa, siue, ipse, aut ipsum, legas: eūdem semper sensum elicies. Ipsa nanque per ipsum, & ipsum semen, vel ipse, per ipsam mediante vera carnis assumptione, ex eadem purissima Virgine, caput serpentis cōtruit. Sed ne in huius lectionis varietate diutius immoremur, videndus est Reueren. P. ^b Canisius in Pio illo & Catholico libro de Virgine Maria, vbi exacte vulgatam lectionem defendit, & vtriusque lectionis eundem fore finem demonstrat. Cui tamen adde Franciscum Lucam Burgensem ^c in annotationibus in sacram Bibliam, & Reueren. Patrem Feuarentium ^d in adnotationibus ad D. Irenæum, adde etiam Cephæ ^e Syrum in commenta. De paradiso, & Anastasium ^f Synaitam in exameron. Quibus in locis congesta reperies vniuersa, quæ ex Hæbraicis, Græcis, Latinisque exemplaribus, & ex patrum quoque doctrina desiderari possunt. Sed libeat nunc, vt nostro instituto satisfaciamus accommodatam satis, & pulchram Diui ^g Irenæi sententiam commemorare. Ille ergo loco præcitato sic habet. Qua propter, & Deus eum quidem qui à semetipso zizaniā absconfe feminauit, id est transgressionem, quam ipse intulit, separauit à sua conuersatione. Eum autem qui negligenter

Ad Christi-
stū Dñam
serpentis
victoria re-
ferenda est
primario,
secundario
vero ad
De: perā
virginem
Mariam.

^a Medina 3.
par. 9. 35.
arti. 4.

^b Canisius
lib. 4. cap.
3. pa. 374.
& lib. 5. c.
9. & cap.
26. pag.
735.

^c Burgensis
annot. 1.
pag. 25.

^d R. P. Fe-
uardetius
lib. 4. c. 78
pag. 321.
col. 2.

^e par. 1. to. 6
bibl. SS.
patr. pag.
342.

^f appédice
bibl. SS.
patr. pag.
1523.

^g d. lib. 4. ca.
78.

Deus inimicitia in auctorum inimicitiarum re-torfit.

Deus quoniam modo in se inimicitia hominis recapitulauit.

Eucherius in genesim ca. 29.

Adamus delphicus c. 61. pag. 228. col. 1.

D. Cyrillus lib. 1. pag. 4. & lib. 2. pag. 8. to. 1.

ad Roma. 5. 14.

ter quidem, sed male accepit inobedientiam, hominem miseratus est, & retorfit inimicitiam, per quam inimicum Deo facere voluit, in ipsum inimicitiarum auctorem, auferens quidem suam, quæ erat aduersus hominem inimicitiam, retorquens autem illam, & mittens illam in serpentem. Quemadmodum & scriptura ait dixisse serpenti Dominum; & inimicitiam ponam inter te, & Mulierem, & inter semen tuum, & inter semen Mulieris. Ipse tuum calcabit caput, & tu obseruabis calcaneum eius. Et inimicitiam hanc Dominus in semetipsum recapitulauit, de muliere factus homo, & calcans eius caput, quemadmodum in eo qui ante hunc est libro, ostendimus. hæc Irenæus. Et etiam Leo Papa serm. 2. de natiuitate Domini, ea in maledictione serpentis. Deum Opti. Max. inter ipsa mundi primordia, statim prædestinata remedia suæ pietatis, præsignasse ait. Vnde iam aperte colliges, Redemptoris, reparacione futurâ statim post transgressionem & ante expulsionem à Paradiso, ipsis primis patribus, manifestatâ fuisse. Id quod etiâ Eucherio a super genesim visum fuit, & Adamo b Delphio in Esaiâ. Quibus adiunge illa quæ sapientissime docet circa redemptionis mysterij, manifestationem Adamo, & alijs posteris factâ; D. c. Cyrillus in genesim. Adde etiam Iacobum Fabrum Doctorem Sarbonicum in epistola sua epiphaniij operi præfixa. Conducunt plures ille, & magni ponderis similitudines quas idem Cyrillus inter vtrunque Adamum considerat, in quo quidem futuri redemptoris figuram Deus Opti. Max. vt suam simul sapientiam, & misericordiam demonstraret delineare, & adumbrare voluit. Id quod satis D. Paulus d ad Roma. 5. vers. 14. ibi qui est forma futuri, nempe Redemptoris Christi, & Textus græcus articulo præposito, aperti⁹ indicat. *ὁ ὅτι τύπος τῶν μέλλοντος* hoc est, qui est typus, siue forma, aut figura illius futuri. Syriaca quoque interpretatio eodem modo explicat

explicat dicens. Qui est typus illius qui erat futurus. Iuxta quæ accipienda sunt illa verba Zachar. a 13. vers. 5. ibi, Adam exemplum meum. Vbi Rupertus, de Christo intelligit, quanquam alij alio referant. Vide Adamum Delphium ex Origine, b & Ambrosio, illam similitudinem quoad genus, non vero quoad speciem explicantem. Accedunt quæ etiam c Irenæus omnino videndus tradit: & Aug. d atque Tertullianus e de carne Christi & de resurrectione. Adiunge his omnino Anastasium f Synaitam in genesim, vbi hæc similitudines optime profecquitur: atque vniuersa sex dierum opera mysterium incarnationis significantia, fusc explicat. R. P. Fr. Barthol. a Medina illam similitudinem primi, & secundi Adami, optime quoque exponit. Sed etsi ex his adhuc non tam aperte ostensum foret, mysteria Adamo eiusque vxori à Deo reuelatâ fuisse: sufficeret tamen cognoscere Diuinæ bonitatis, Clementiæque naturam; quæ sane afflictos, tristitiaque oppressos poenitentes, viscerali pietate subleuare solet. Quæ sola ratio idonea satis esset vt crederetur D. Opti. Max. & immensæ misericordiæ Deum parentes, nostros à paradiso expulsos, tot tantisque bonis spoliatos, grauissime dolentes, penitentesque, huius tanti mysterij, & reparacionis manifestatione subleuare voluisse. Certum est nanque eos verè poenituisse, & saluatos fuisse in virtute meritorum Christi secundi Adami tunc temporis futuri, vt docet D. h Aug. & Anselmus, i atque Irenæus k ostendens oppositam sententiam hereticâ, & falsam. Cui Accedit D. l Gregorius Magnus, & Câtapetræsis m in suo utilissimo libro hypotypose. & diligentissimus n Genebrardus in sua chronologia. Pro quorum sententia vide Textum Diuinæ scripturæ apertissimum. Sap. o 10. vers. 2. ibi eduxit

h D. Aug. epist. 99. & ser. 104. de tempore fol. 170. col. 2. i Anselmus. lib. cur Deus cap. 16. pag. 73. col. 2. to. 3. k Irenæus. lib. 3. c. 34. & 39. & lib. 1. c. 35. vbi vid. fratrem Feuarentium eius diligentissimum interpretem. l D. Greg. epist. lib. 6. c. 495. to. 2. pag. 615. litt. E. m Câtapetræsis lib. 3. cap. 1. n Genebrardus. pag. 4. col. 1. sub. fin. lib. 1. suæ chronologiæ. o Sap. 10. 2.

Zach. 13. 5

Origines oino videndus. li. 1. c. 5. epist. ad Rom. to. 2. pa. 8345. D.

D. Irenæus lib. 3. aduer. heres. cap. 22. & 33.

Aug. to. 2. pag. 107. in epi. 57. & to. 10. pag. 219. ser. 13. co. 1.

Tertullianus pag. 17. de carne Christi & pag. 50. & 59. de resurrectione.

Lib. 7. pa. 1441. in appen. bibl. SS. pat.

R. P. Fr. Barthol. a Medi. 3. par. 9. 49. ar. 16. pa. 955. co. 1.

eduxit illum a delicto suo, et cetera. Quem locum post alias nō vulgares rationes, in hanc sententiā se inuenisse testatur R.P.F. Alphonfus ^a à Castro aduersus hæreses dictio. Adam. Vid. Philist. Episcopum Brix. lib. de hæresibus. ^b Nec obest Gelasium Papam librū de poenitentia Adæ, reijcisse vt refert Sixtus ^c Senensis cum ille poenitentia illius minime neget, sed librū apochriphū damnet. Hinc sanè fit vt Eua omnium viuientium Mater edito primogenito suo sic dixerit: possedi hominē per Deū vbi ^d textus hæbraic⁹ in huc modū habet וְהָאָדָם יָרַע אֶת אֵת הַיְהוָה וְהָאָדָם יָרַע אֶת אֵת הַיְהוָה וְהָאָדָם יָרַע אֶת אֵת הַיְהוָה

veha adam, iadagh, eth stho, vartahar, vatheled, eth Kain, vatomer, Kaniti, isch, eth, Iehouah. Hoc est (vt sine nostræ vulgatæ præiudicio cum Pagnino ad litteram dicamus) & homo ipse cognouit chauuah vxorem suam, & concepit, & peperit Kain. & dixit, Acquisiui virum cum Domino. Chaldaica paraphrasis sic transtulit. Et Adam cognouit Euam Vxorem suam: & cōcepit, & peperit Kain, & dixit possedi virum corā Domino: sed cū inter dictionem illam, virum, & Deum, nulla sit præpositio, & articulus אֶת eth, accusatiuum demonstrat, ad litteram (nifallor) rectius dici posset, possedi hominē Deum. Nostra tamen vulgata septuaginta translationem amplectens, possedi, inquit, hominē per Deum: supplēs, illam præpositionem per. Est igitur sensus possedi hominem seu virum: idest certissima iam sum hoc viro, hoc masculo primogenito nostro suscepto, de spe reuelatione, atque promissione, Dei hominis nobis facta, qui quidem per nostram propagationem carnalem nasciturus, verus homo futurus erit: vt tantæ cladis, & ruine damna omnia instauret. Hæc igitur tantæ promissionis Arrham, me plane consolabitur. Vocauit autem primogenitum suum, nouissimo & inaudito vocabulo Kain, non solum vt hanc salutis Arrham suscepto masculo significaret, sed

^a Castrenf. lib. 2. hæref. 1.
^b to. 5. bibl. SS. patr. pag. 17. D.
^c Sixt. Sen. in bibl. sancta lib. 2. dist. Adā pag. 45. in principio.
^d Genes. 4. vers. 1.

Articulus & accusatiuum demonstrat.

Eua quare nouissimo nōie Kain filii suum vocauit.

sed vt indicaret se, generatione hac in tanta miseriarum egestate, & calamitate; Diuinitus ditatā, locupletatamq; fuisse. Kain namq; deriuatur à verbo קָנָה Kanah. quod significat substantiam, opes & Diuitias; quas quidem habet qui possidet. Vide Ezech. ^a 38. 12. & latius in Thefauro ^b nouissimo Pagnini. Vnde certe fallitur Eusebius ^c in libro de præparatione euangelica, existimans Kain ab inuidia dictū, ac proinde illū merito reprehendit doctissim⁹ P. Gulielmus Ammerus ^d in cōmentationibus suis in genesim. Elegāter tñ Philon ^e in libro, quod deterior potiori insidiatur, per significantiā illam possessionis nominis Kain, Arrogantiā intelligit illius qui sibi multū tribuit, & omnia se possidere credit, alios vero nihil omnino. Idem Philon ^f in libro de Cherubin; eodem nomine, significari asserit, eius impiæ stultitię morē quē innumeri hodie obseruant. Superioribus etiam arridet quorundam explicatio, qua, possedi dicūt, virum, & Dominū. Non est tñ silentio prætereūda alia ^g Anastasij Synaitę cōsideratio loco superius citato, qui vulgatę nostrę lectione retenta, aliud arcanū, & diuinū Mysteriū, sub illis verbis possedi hominē per Deū: latere credit. Habet igitur in hunc modum: Est autem dignum admiratione quod quando duplex factus est Adam, statim Deus, est nominatus Dominus, & Deus, per totam Paradisi Historiam duplici nomine appellante scriptura, opificem. Et de his prompto, & alacri animo tibi philosophari studiose, minime cunctabor, & consequenter addere initia capitum. Et rursus, Audis quod ex quo ingressa est tanquam diuina quedam natura, diuina insufflatio, in terra natum corpus Adami, statim scriptura nō simplici nomine appellauit, sed vt pote quod Christus esset compositus: Deum, & Dominū cum compositæ nominauit, quo modo in sinceris ac non adulteratis antiquisq; exemplaribus diligentissime scrutari inuenimus, ijs, inquam quę notata fuerunt à Clemente, & Ireneo, & Philone,

Kain derivatio.

^a Ezech. 38. 12.

^b Theol. col. 1496.

^c Cōtra Eusebiū lib. 11. de præparat. Euang.

^d Ammerus cap. 4. fol. 53. col. 2.

^e Philon. pag. 108.

^f Phil. pag. 80.

^g lib. 7. pag. 1456. in appendice bibl. SS. patr.

Deus quā Adam duplex fact⁹ est, Dñs, et Deus appellat⁹ est.

Philone Philosopho, & ab eo qui exapla composuit. Quamobrem sex quidem dierum creaturam Deus, cum esset simplex, fabricatur. Nouam autem quæ postea fuit creaturam, ut qui factus esset compositus, Dominus, & Deus, hoc est, Deus & homo, Christus Iesus. Audi (inquit) attento animo mysteria Dei viuientis & admirare.

Adamo x
pulsio quo
modo De
us fuerit
appellat^r.

Cōtra Iu-
dæos,

Quando enim exijt Adam ex Paradiso, protinus scriptura non composito nomine appellauit Dominum, sed simplici. Nobis enim narrans, diuinitus inspirata historia, partū Euz, dicit statim post exitum à Paradiso. Cognouit autem Adam vxorem suam & cum concepisset peperit Kain; & dixit possedi hominem per Deū. Quamobrem autem (ò Iudæe) diuina scriptura, quæ in septē decim capitibus consequenter in Paradiso Deum duplici nomine nominauerit, & eum Dominum, & Deum appellauerat; statim post hominis è paradiso egressum ipsum Deum appellauit, sed non Dominum, & Deum? Vt tu discas quod Ecclesiæ est proprius Dominus, & Deus, & non similiter eorum qui sunt extra Ecclesiam. Nam hominum quidem qui sunt extra, Deus est nempè θεός, hoc est θεατής, id est spectator. Ecclesiæ autem Deus & spectator & Dominus eiusque curam gerens, eamque suscipiens, tenens, ac defendens. Quod si etiam post expulsionem è Paradiso, nominatur in Diuina scriptura Dominus, Dominus Deus, ne mireris, erit enim tempus. Quando etiam ijs, qui sunt extra ecclesiam dominabitur per euangeliū, & erit (ut ipse a dixit) vnum Ouile, vnus Pastor. Hæc ille. Verū ut cunque se se res habeat: satis sit protoparentibus, uti primis humani generis pædagogis, & institutoribus: primariam hanc diuinorum Arcanorum cognitionem propalatum fuisse, non solum ante lapsum, sed etiam post lapsum; tunc etenim ipsi, Abelum, & posteros de fide promissionis venturi Messig atque Ecclesiæ futuræ, de eiusque diuino cultu, sanctè, & pie instituebant, ne offitio & eorū saluti vilo modo deessent.

a
Ioann. 1c.
56.

Adā, & E-
ua Abel,
& poste-
ros de Me-
f
fia, de ec-
clesia futu-
ra, & de di-
uino cultu
institue-
rant.

sent. Quo fit ut eorum filius, primus Iustus Abel dictus, victimis, & oblationibus, mortem humani generis, designans: sanguine vero victimarum, Messig promissionē significās; sacrosanctę ecclesiæ sacra initia eodē quoque sanguine, & morte consecrauerit. Vnde merito ab ipso Abelo Ecclesiæ & initium, exordium, atque originem desumimus. Nam licet ipsa multo antea, in terreno Paradiso in ipsorum protoparentum formatione mirabili; delineata; prefigurataque à Deo extiterit, ut ex iam superius adductis liquet, primus tamen Abel morte sua, Christi Redemptoris D. N. mortem significauit, & ab accepta gratia, sicuti eius parens, minime cecidit. Ac proinde Abelo ecclesiæ origo potius quā Adamo tribuitur. De qua re vid. latius D. a Augustinū quē citat, & explicat Magister Michael b de Palacios. Quæ sanè ratio præstantior est ea, quā assignat R. P. Paduanus c de grassis in Dialogo suo de republica. Quo in loco credit ideo Ecclesię originē Abelo, & nō Adamo tribui, quia ipse Adamus vnus erat, & non congregatio. Et tñ si ipse aduertit Abel vnus etiā erat & non cōgregatio. Nec formā futuri Adami (ut Paulus ait) præ se ferebat. Et præterea Adam⁹ vnus, plures homines erat virtute propagationis, & humani generis principatu. Cū vero apud sanctos patres legimus, ecclesiā à latere Christi ortū habuisse, sicuti & Euz, à latere Adami, de Ecclesiā quæ post prædicatum euangelium ex gentibus credidit, & creuit accipere debemus, uti latius explicatū leges apud Doctissimum nostrum Minoritanum d Michaellem de Medina libro suo de recta in Deum fide, & late etiam de eadem re agit diligentissimus, & de Fide Christiana optime meritus Stapletonus in libris controuersiarum catholicarum. Post Abel autem, Seth, & filius eius Enos, cum paucis familiæ suæ posteris, Mathusala, Enoch, & ipso demū Noa, veram hanc protoparentum, pietatis & religionis traditionem, & institutionem perpetuo, & obseruarunt, & re-

Abel pri-
mus iust⁹
o prima
ecclesię
origo.

a
D. Augu-
lib. 13. De
ciuit. Dei
cap. 9.

b
Mag. Mih.
de Pala in
3. dist. 25.
disp. 2. pa.
270. col. 1.
& col. 2.

c
Paduani
de Grassis
ratio reij-
citur.

d
R. P. Mi-
chael de
Medina li.
5. cap. 14.
e
Stapleto-
nus lib. 2.
contro. 1.
cap. 11.

Filij Dei, & Alij filij hominum.

& retinuerunt. Quamobrem merito filij Dei appellati sunt; reliqui vero qui maioru fide, & traditione cõtemp- ta, in horrenda vitiorum Monstra & delictorum voragi- nes prolapsi fuerant, filij hominum dicebatur, vti & nos ex priscoru patru autoritate lib. primo historie Tobie adnotauimus. A Patriarcha vero Noa, tres filij eius (ex quibus veluti ex tribus radicibus, seu fontibus humanu genus propagandum erat) easdem etiam arcanorum di- uinorum, Messie, & redemptionis future reuelationes, traditionesque cum alijs ad diuinum cultum necessarijs, ore ad os acceperunt. His accedunt duo illi Heroes coeta- nei, Abraham, & Iob. Alter in Armenia, alter in Terra- hus; quorum vterque patriarcham Noe vidit. Abrahã nanque natus est plusquam quinquaginta. annis antequã Noe decessisset. Ipse tamen Abraham ab orbe condito, Millesimo quingentesimo anno, primus fuit, quo enim so- lemmissimum illud, Fẽdus Deus Opti. Max. solemniter a- inire dignatus est, & qui precepta mandata atque cere- monias, & verbo, & scripto recepit. Preceptum namque vtrunque insinuat. Iuxta ea que tradit D. Iustinus Mar- tyr in libro responsionum, & questionum Christianoru, & noster Oleaster Lusitanus. Omnia ergo arcana, & diuina Mysteria ad Dei cultum, & Messie veteri cog- nitionem qualencunque pertinentia: Non solum filio suo Isaac benevolentissime immolationi Montane se se offe- renti; tradidit reuelauit, sed etiam relique sue posteritati reliquit. Id quod etiam alij asseuerant. Ab ipso autẽ Isaac ad Iacob patriarcham ac posteros vsque ad Mosem, ea- dem horum mysterioru cognitio suboscuro tamẽ, dima- nauit. Nam licet Deus Opt. Max. Iacob, & alijs, plura ad redemptionem futuram propalaret, notitia tamen fi- guratiua, ac symbolica, Arcana, & Mysteria illa, sicuti rerum umbras quasdam, a longẽ quidem prospiciebant. Vnde dubio procul Abraham post Noe, & Adamum; Isaac, Iacob, & ipse Moses, Dauid & alij Patres Prophe- teque,

Abraham, & Iob Pa- triarcham Noe vide- runt.

Abraham primus est quo Deus fẽdus iniit.

Genes. 12. & 17.

Iusti. Mar- tyr. to. 3. pag. 118. q. 2.

Olcaster. canone. 16 ante Cõ- mentaria sua in ge- nesi.

a patriar- chis ad Mo- sẽ vsq; co- gnitio my- steriorum incarna- tionis ob- scura di- manauit.

teque, Christum non dum natum, in lumine fidei, viuen- tem, redemptorem, resurgentem, & indicantem viderunt. Ac subinde verissimum est, Christi filij Dei aduentum, & absconditum arcanum illi populo primitus fuisse reuela- tum: vti ex quamplurimis scripturæ Testimonijs & ip- sorum patrum assertionibus, diligenter colligit, doctissi- mus Pater Frater Barth. à Medina. At quia huic con- siderationi non paruum fulcimentum ex his quæ Euse- bius tradit, accedere potest, eius verba hic referenda sunt. Is igitur libro suo historie ecclesiasticæ sic scri- bit: Huic quoque sententiæ alius propheta locuples testis accedit, in hymnis sic diuinitus memorans. Ipse dixit, & facta sunt ipse mandauit, & creata sunt: Patrem, & fa- bricatore, vt summum moderatorem, nutusuo regio, de rerum creatione præcepta tradentem: Verbum autem Dei ab ipso, secundum idem dico quod est a no- bis manifestò prædicatum paternis præceptis obtem- perans inducit. Quod quidem omnes a primo satù hu- mani generis, quicumque singulari Iustitiæ & pietatis amplitudine præstitisse dicuntur: vt magnus ille & in- signis Dei famulus Moses: vt Abraham qui illum ætate anteibat, eiusque filij: vt prophetæ etiam, puro since- roque mentis & intelligentiæ lumine illustrati, & qui- cunque denique postea probitate excellere videban- tur, tum ingenuè agnouerunt, tum illi, vt Dei filio, debitum decus, & venerationem, impertierunt. Is vero quo pium, & sanctum illum cultum, qui patri debetur, abiecta inertia studiose propagaret, omnes homines ad patrem vere cognoscendum sedulo erudi- uit. Et rursus ipsum Dei verbum, quod ante om- nium rerum erat originem, incredibili quodam amoris ardore erga humanum genus incensum, inter- dum per Angelos hominibus in terra vitam degenti- bus apparuit, & vbi iam ab istis viris semina pietatis per hominum multitudinem, sparsa essent, & gens I I i inte-

R. P. F. Barth. à Medina 3. par. q. 49. art. 6. pag. 960.

Eusebius in histor. eccle. lib. 1. cap. 2. pag. 1.

Psal. 148.

Dei ver- bum Chri- stũ Dñm a primo homine vsque ad Mosem fuisse co- gnitũ, & i veneratione habitũ.

Euseb. su- per citat. pag. 4. B.

integra studio pietatis dedita, ex illis vetustissimis hebraeis orta fuisset. Deus ipse in ingentem multitudinem condescendentibus, cum adhuc in pristinis vitæ institutis ætatem degerent, per Prophetam Mosem sacrorum initiationes, non illas quidem evidentes, & eximias, sed imagines, & symbola sabbati cuiusdam mystici, ac circumcisiones, aliarumque arcanarum, & operarum præceptionum formulas tradebat. Hæc Eusebius. Cui Addendus est Nicephorus a calistus. Et illud b Ioan. 13. de agno. qui occisus est ab origine mundi; videlicet Abel qui fuit Christi figura. Vnde Iræneus c cui assentitur Ioan. languis in scholis ad Iusti. Marti. de verita. Christi. religionis; affirmat Mosem sub figura paschatis, passionem Christi horam, & diem atque locum eius cognovisse, & si ipsi, nempe Eusebius & Nicephorus asserant, Abrahamam, & Mosem, Deum in hominis effigie vidisse, quod iam superius à veritate alienum esse ostendimus. Accedat adhuc quæ eodem libro paulo inferius, idem d Eusebius de nominis Christiani antiquitate, & pietatis instituto docte agens in hunc modum scribit. Ceterum quamvis non plane recentibus simus, & hoc novum nomen Christianorum modo apud omnes gentes increbuerit: vitam tamen, & institutionis genus, vna cum pietatis præceptis, non nuper à nobis confectum, sed à primo (prope dixerim) humani generis ortu naturalibus quibusdam notionibus, in veterum hominum mentibus, qui Deo chari erant insitis exercitatum, excultumque fuisse. Et rursus idem Eusebius, si quis item omnes illos qui sunt Iustitiæ testimonio (loquitur de primis hebreorum patriarchis) comprobati (ab ipso autem Abrahamo ad primum usque hominem gradatim ascendendo, repeti solet) Christianos, non nomine, sed re affirmet; non multum profecto à veritate aberrauerit. Nam illa omnia quæ Christiani Nomen in se continet, ni mirum ut sit Christianus, qui per Christi cognitionem, & Doctrinam, modestia, iustitia, arduarum

rerum

Moses cognitionem habuit Christi p umbras, & symbola.

a Niceph. calist. li. 1. hist. eccl. cap. 2. pag. 29.

b Ioan. 13.

c Iræneus lib. 4. cap. 23.

d Idem Eusebius ca. 4. pag. 7. De antiquitate nominis Christiani.

Ab Adamo usque ad Abrahamum fuerit Christiani relictum non nominem.

Nomen Christiani quid in se continet.

rerum in vita perpeffione, & tolerantia, virtutis constantia, pietatis etiam, verique cultus confessione, vni, & soli Deo super omnia attribuendi, præstet, excellatque (illa inquam omnia) ab illis antiquis patribus, non minus studiose, quam à nobis exercitata, excultaque fuerunt. Et postea. Quin etiam ipsum Christum idest unicum Dei, perspicue agnouerunt. Quam perspicuum est, eam religionem, quæ est ab illis pijs viris, qui circa Abraham tempora vixerunt, inuenta & excogitata, atque iam nuper per Christi Doctrinam & prædicationem omnibus patefactam, primam, vetustissimam, omniumque plane antiquissimam existimari debere. Hæc Eusebius. Ex quibus constat hanc diuinam Theologiam reuelatam, christianæ religionis, ab ipsis antiquis patribus cognitam fuisse ab illisque originem traxisse. Et hoc est quod Ioan. a Frosterus, & Scaligerus in epistolis de Adamo primo sapiente & Theologo scripserunt. Errat tamen grauitur qui Kabalæ originem Adamo ascribunt: Mysteriorum autem fidei originem (vti ex dictis constat) verius illi attribueret. Sapientem igitur appello Adamum, & Theologum & non Kabalitam. Ne illam cabalisticam denominationem admittamus, eamque Adamo falso impostam permittamus. Cur enim diuinum, & sacrum Theologiæ nomen à reuelatione sacrorum arcanorum deductum, ad infamem, & stultam Kabalistarum traditionem, seu potius superstitionem referemus? Nam licet iuxta nominis, & etymologiæ rigorem nostra Theologia, & ea doctrina quæ anagogicum sensum respicit, Kabala dici olim potuerit, nunc tamen ob deprauatum fabulantum rabinorum abusum illud prophanatum nomen, tantæ tamque sacræ rei tribui minime debet. Nec miretur quispiam nos nomen illud ob Iudeorum abusum, & Demoniaca sacrilegia abhorreret: cum etiam sacrosancti illi patres, in re maioris momenti, ab eo nomine Christi perira maxime cauerint, teotecon, Virginem Dominam nostram

Ili 2 idest

Christiana religio omnium antiquissima.

2. Ioan. Foste. in dictio. suo pag. 715. verbo Kabal.

Adamus sapiens non Kabalita quales Rabini.

Nomen in famia, sacræ Theologiæ non est attribuendum.

ideſt matrē Dei appellantes: cum tamen vere Chriſti, qui Deus, & hō eſt; mater ſit. Cauebant^a (inquā) ab eo nōie Chriſtotochon ſeu Chriſtipara, ne cū Neſtorio, & alijs hereticis eo nomine abutentibus, vt Chriſti diuinitati detraherent, quo quomodo cōuenirent. Catholici namq; & orthodoxi viti nō modo impia hereticorū Dogmata, & rabinorū deliria detestari debent, ſed & ipſa ipſorū, vocabula, & normā ſomnāq; loquēdi omnino repudiare: Præfertim cum illa ſuperſitionē potius, quā ſalubre aliquod petatis myſteriū designāt. Vnde magis admitterem eos qui Adamū, Abrahamū,^b & Salomonē, magos, ſophosq; & ſapientes dicunt, cum magia naturalis ſit ſcientia per quam quidem ad cognitionem proprietatū, naturarūq; fructum & operationem rerum naturalium, peruenitur. Sed qui ipſos cabaliſticos appellant imprudenter faciunt, cum alia longe præſtantiora nomina minime deſint, quibus ſane patres illos plus honorare poſſim^o. Sed de his inferius latius agendum erit. Satis tamen nobis eſſet debet, eccleſiam, atq; fidem reuelatā in omni ſtatu, & cognitā ac reuelatā extitiſſe. Quo ſanē ſit vt fides noſtra, ſicuti Eccleſia ipſa, ſacra ſcriptura antiquior haud dubie cenſenda ſit, vt latius catholici omnes noſtri tractatores oſtendūt, Et inter eos noſter R. P.^c Michael de Medina lib. de recta in Deum fide, & Magiſter Michael de Palacios in diſputationibus tertij ſententiarū. Hinc Theologia noſtra, reuelata ſcientia merito appellatur. Ac proinde, qui diuinā reuelationē lumenque diuinitus inſuſum, formalē ipſius Theologiæ rationē eſſe tradunt, veriſſimo fundamento innitūtur: Vt ex D. ^e Thom. & eius alumno Doctiſſimo Fratre Melchiore Cano de locis Theologicis, apparet. Cui adiūge Mag. Mich. ^g de Palacios, & R. præſulē F. Hierony. ^h Vilemiū in ſuo opere ſex dierum, & alia quæ adhuc de fidei obiecto latius dicentis in notatio. ad teſtam. Ruben. Martyris. Porrō vt huic cap. quarto vltimum iam Colophonē imponamus,

Multipli-

^a Io. Damaſcen. lib. 3. ortho. ſid. ca. 12. vbi eius interpres vide. Palaci. in 3. diſtin. 4. diſp. 2. & Medin. 3. par. 9. 35. art. 4.
^b Vido congeriem de trāſnūta metalloſū. cap. 19. pag. 161.
^c Michael de med. li. 4. cap. 3.
^d Micha. de Palacios. i. 3. diſt. 25. diſp. 1. & di. 24. diſp. 2.
^e D. Tho. 1. par. 9. 1. art. 3. & d. veritateq. io. ar. 1.
^f Melchior canus lib. 12. & c. 3.
^g Michael de Palacios i. 1. q. 9. præcursoria.
^h Hierony. Vilemi^o. lectio. 1. pag. 7.

Multiplīces reuelationum rationes, manifeſtationeſque, Myſteriorum a Deo Opti. Max. varijs in locis, diuerſis perſonis, atque temporibus factas, qui plenius legere cupit, videat D. ^a Chryſoſtom. in geneſim, & D. Bernard. ^b in ſerm. de Villico iniquitatis, & in libro de conſideratione, ^c & in ſermone de ſancto Ioa. Bapt. Accedat D. ^d Gregori^o Magnus in libris Moraliū, vbi proſequitur modū, quo Dñs, diuinitatem nobis manifeſtat. Vid. etiam Clem. ^e Alexandrinum de arcanis qui paucis reuelātur, in libris Stromatum; & quare paucis, explicat, Nyſſen. ^f de vita Moſis, & quomodo arcana per Spiritū ſanctum Deus reuelat oſtendit Epiph. cōtra Theodotionem. Et de arcano Dei conſilio in his manifeſtationibus, & myſterijs, vid. optime per D. ^h Augu. de piorum conſolatione vbi plura hoc in articulo leges. Vid. etiam ſi placet Reueren. illum Patrem. Alphonſum à Caſtro in pſal. Beati quorum. De hac differentia ſacrarum reuelationū, & de acceptationē vnitateque ipſarū mutuabis plura à præcitato Magi. Michaelē de Palacio ^k in libris ſenten. Adde etiam S. Leonem ^l Papā in ſerm. 5. de Natiui. Dñi & Cathechiſmū Romanum in principio. Ad arcanorum autem cognitionē quis perueniat, pete à B. Maximo ^m in ſuis centurijs.

De diuinis Arcanis ex Natiuitate educatione, & eloquentia Moſis. Caput. V.

DEus igitur Maximus Optimus, Adamo primo parenti, & poſteris ad Abraham uſque, (à quo 3. mundi ætas ſumpſit exordiū) pro ſua bonitate atque Magnificentia, diuina Arcana ſua manifeſtans, ſubſequentem mundi quartam ætatem (quam à Moſe ad Dauid uſque regem, omnes connumerant) minimè vacuam, &

Ii 3 exper-

49. q. 2. to 2. pag. 74. cum ſeq. ⁱ Alphon. à Caſtro. homil. 17. to. 2. ſuorū operum. pag. 997. ^k Michael. de palacios lib. 1. q. 7. præcurſ. & ſeq. ^l Leo Papa pag. 16. ^m centu: 4. de virtutib^o & vitijs c. 14. in appen. bibl. SS. patr. pa. 1316.

Varię Dei reuelationes.

^a D. Chryſ. cap. 4. homil. 2. to. 1. pag. 7. & gen. 1. 12. homil. 32. pa. 229. & in ſer. de icui. pag. 465. eod. tom.

^b D. Bern. fol. 57. col. 1. c.

^c D. Bern. lib. 5. cap. 3. fol. 212. verſ. & fol. 394. hono. re. 6. & fol. 34. c. j. ſer. hebd. prænoſq.

^d D. Greg. Mag. li. 5. moral. ca. 20. ad 4. c. 1. put Iob.

^e Clem. Alex. lib. 1. pag. 4.

^f Greg. Nyſſen^o pa. 140. d.

^g Epiph. hæ. res. 54. pa. 147. lib. 2. tom. 1.

^h Aug. epis.

expertem harum reuelationum & arcanorum dimissit: Indubitata namque Redemptoris promissionem diuini, præstantiorisque religionis cultum, atque certam adumbratæ Ecclesiæ doctrinam Deis, & Dominus nonster prouidentissimus, cōtinuata hac ætatum successione tam verbis, quam signis mirificè explicauit, commendauit. Quam ob rem diuina prouidentia singula suæ dispensationis, Arcana consilia, locis, formis temporibus, ac inopinatis medijs distributa dirigens ac administrans: Mosem, cū asyrijs quartus decim⁹ saphrus, & syeionis duo decim⁹ orthopolis, & Criasus quintus Argiuis, (vt D. ^a Augu. tradit.) cum etiam lege tyranni egyptij, Masculi hebræorum infantuli uiuere, vetabantur: in lucem edidit, atque in fiscela quadam, bitumine, & picæ illita influentia nili, à parentibus, tribus iam mensibus elapsis exponi voluit. Fiscelam ipsam ad eam annis Ripā, qua Merides chenephris Aegyptiorum regis filia, tunc temporis spatibatur, aquarum vorticibus, Diuinitus eiecit. Vtque ab eisdem aquis quibus alij obruuntur, ipse infantulus vitā ipsam, & incolumitatem præstantius fortiretur. Matrem præterea regis filiam, & veram genitricem, dulcem nutricem, Deo ita mirabiliter disponente, reciperet, vti ex sacra exodi ^b historia manifeste liquet. Vnde illi mosis nomen ab ipsa pharaonis filia, non vero à legitima, & Naturali matre impositum est. Mos autem (vti ^c Philon ait in libro de vita Mosis) Aegyptiorum lingua aqua dicitur. Sed Iosephus ^d in libris antiquitatum, quem Io. Zonora græcus, Cedrenus, & alij probāt, propriam nominis etymologiam ostendit dicens. Mos ab Aegyptijs aquā dici, isis vero, seruatum siue eductum. Cui quidam deriuationi hæbraici nominis appellatio etiam cōsonat. Nam משה Mosech dicitur educt⁹, à verbo משה Mascha, idest educere: atque ideo cum ipsa filia Pharaonis exposito infantulo, Mose nomē illi imposuit, statim dixit, quia de aqua tuli eum. exod. c. 2. vers. 10. כִּי מִן הַמַּיִם מָשַׁחְתִּיו

Mosis natiuitas.

^a D. Augu. lib. 18. de ciui. De. ca. 8. ro. 5. pag. 222. col. 1.

^b Exod. 2.

^c Philo. de vita Mos. lib. 1. pag. 389.

^d Iosephus. lib. 2. c. 5. sequit Zonora lib. 1. annali pa. 20. Cedrenus in cōpēdio hist. pag. 34.

Clem. Alex. lib. 1. strom. pa. 40. & Hiero. vilem⁹ de sex diebus lect. 1. pag. 2.

^e Exo. 2. 10.

chi,

chi min, hamaim, Miscitahu: hoc est, quia de aquis traxi eum, siue tuli, aut eduxi. Vbi idem verbum Mascha ponitur. Quo aperte confunditur error ^a Gregor. Gyrallibris de poasi, afferentis, ipsum Mosem sibi ipsi nomen imposuisse, & satis quoque confirmatur sentētia Iacobibili, in commentarijs ad Ioa. Damascenum, probātis, Mosem, & non Moyes scribendum, quidquid aliter August. Eugubinus in eod. cap. 2. exodi opinetur. Græci tñ, auctore Eupolemo. D. c. Aug. & Eusebio, Musæum, illū dixere. Manethon vti Iulius Gyraldus loco adducto refert, Mosem prius orsalipham vocatū asserit. Et ^d Cedrenus, ab alijs dictū, Adamisim atque tethmosim. Sed nos scripturæ tutius adhærebimus, etsi non diffiteamur fieri potuisse gentiles præter hoc diuinæ scripturæ nomen, ipsum, alijs nominibus denominasse. Hic tamen apposite adiungi possunt verba Euthimij ^e in psalmorū præfatione, existimantis veriorem esse, sententiam eorum qui omnes psalmos à Dauide compositos fuisse credidere: atque eum qui inscribitur, oratio ipsi Mose homini Dei, non ideo hunc habere titulum, quod à Mose compositus fuerit, sed quod his congruat qui per diuinā aquam, hoc est per salutare lauacrum baptismatis, homines Dei effecti sunt. Mose quidem (vt idem Euthy. ait) interpretatur eductus ex aqua, subscribit eidem Brandemachius in eadem psalmorum præfatione; & Andre. ^g Maschius in præfati. ad librum Iosue, de Mose eleganter sic scribit. Iam vero (inquit) cum visum esset æterno Dei consilio ecclesiam suam, nō modo resecti præputij signo, ab reliquis hominum cætibus separare, verum etiam peculiaribus viuendi legibus, & religionis ritibus: eoque quintam Moliretur *πολειταιαν*, cuius administrum facere Mosem constituēbat, eiusce notionis nomine, hunc insigniri procurauit, quod haud obscurum liberandæ ecclesiæ ex fluxis calamitatibus, & fluxa religione, quibus malis illa tum in Aegypto laborabat, certissimum esset præ-

^a Greg. Gyrald. dia. 2. pa. 42. i. sine. ro. 2.

^b Iacob⁹ bi lius lib. 2. ortho. fid. cap. 6. pag. 201. verso

^c D. Aug. d. c. 8. vbi ludo. Viues Euse. lib. 9. d. prep. euang. ca. 4. nu. 11.

^d Cedrenus pag. 33.

^e Eutymius que supra retulimus lib. 6. cap. 9. de littera laud. seruili.

^f Brandemachius pa. 5.

^g And. Mas. in Iosu. pag. 5.

Aquarū
Natura, et
significa-
tio ſcrip-
turis.
Act. 7. ver.
17.

ſagium. Moſes enim aquis extractum ſignificat. Quarum
natura fluxa eſt, quæque in ſacris litteris miſerias, atque
ærumnas ſignificant. hæc ille. His ſuffragatur ſacra illa.
D. Stephani prothomartyris authoritas diligenti profeſto
obſervatione digna; dum Act. 7. verſ. 17. ſic ait. Cum
autem appropinquaret tempus promiſſionis, quam pro-
feſſus erat Deus Abrahæ, creuit populus; & multiplica-
tus eſt in Aegypto, quoad uſq; ſurrexit alius Rex in Ae-
gypto, qui non ſciebat Ioseph, hic circumueniēs genus
noſtrum, afflixit patres noſtros, vt exponerent infantes
ſuos ne viuificarentur. Eodem tempore natus eſt Mo-
ſes, & fuit *αἴσιος*, hoc eſt gratus Deo. Qui nutritus eſt
tribus menſibus in domo patris ſui. Expoſito autem il-
lo ſubſtulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum ſibi in fi-
lium. Ex quibus fanè verbis, colliges iam arcanum Dei
conſilium, & prouidentiam omnium ſapientum iudicia
ſuperantem. Quis vnquam vel mediocriter ſapiens, &
prudens, ſtabiles promiſſiones ſuas, repugnantibus om-
nino medijs hoc eſt per infantulum, aquis penè ſubmer-
ſum, & in littore expoſitum, adimpleret? ſolus ille, qui
inopinatis medijs, & humano iudicio planè contrarijs
conſilia ſua diſpenſat. Ac proinde infantuli naufragio,
populique afflicti multiplicatione, arcanis, & miracu-
lis locum aperuit. Nam vt historiographi tradunt, qui-
dam ex ægyptiorum ſacerdotibus, pharaoni denuntia-
uerat futurum, vt circa id tempus, Iſraelites vnus naſce-
retur, qui ſi adoleuiſſet, & Aegyptios depræſſurus, & po-
pulares ſuos eſſet euecturus. Quare Pharao præterritus,
omnes Maſculos qui hæbreis naſceretur in flumen pro-
iectos necari iubet. Quod quicumque parentum negligē-
rent, cum omni familia perituros, & partus hæbræarum
mulierum ab ægyptijs obſetricibus obſeruari iubet.
Sed (vti Iosephus ſuperius citatus præclare ait) nemo
potest Dei voluntati reſiſtere, etiam ſi infinitas artes in
hoc commiſcatur? Nam, & puer de quo ſacrorū ſcriba

præ-

prædixerat, eluſis regijs obſeruatoribus, clam à parētibus
educatus fuit, & vatem non fuiſſe vanū euentus rei com-
probauit. Vnde merito, D. a Chryſoſt. in eodē cap. 7. ſic
ait. Hoc mirabile quod futurus præfectus, neq; poſt hæc,
nec ante hoc, ſed in ipſo medio furore naſcitur, & edu-
catur mēſibus tribus in domo patris. Quādo igitur huma-
na, ſpē oēm negant, etiā abiecerunt illū, tunc diuina di-
ſpenſatio clare fulſit. Hæc Chryſ. Philon. b etiam de vita
Moſis tam facile (inquit) ſuccedit, quidquid Deo placet,
quamuis arduum. Sāctus vero prothomartyr tribus mē-
ſibus, Moſem in domo patris ſui educatum fuiſſe, ea de
cauſa dixit, vt Arcanum Dei conſilium, tyrannorū Ma-
chinamentis minime impediri potuiſſe intelligeremus.
Accedit quod Moſis parentes non ſine aliqua diuina re-
uelatione illum tribus illis menſibus educarūt, occulta-
runt, & in papyrione poſtea flumini commendarunt. Vn
de Ioseph^o nuper citatus ſic ait. Deinde Amarames ve-
ritus ne re de prehēſa, iram regis incurreret, ac mox, &
ipſe vna cum puero ſublarus è medio, promiſſionem Dei
faceret irritam: maluit ſalutem filij totā ipſius prouiden-
tiæ committere: ratus etiam ſi puer lateret, (quod tamen
perdiſſicile erat) Moleſtum tamen in continuo periculo
viuere, non eius tantum, ſed & ſuo. De Deo vero certā
ſpēm habebat prouifurum, vt oraculi veritatem euentus
indicaret. Et rursus: hic vero manifeſte Deus declara-
uit, nihil humana ſapientia, ſed omnia bonitate illius
omnipotenti confici: eoſq; qui propter vtilitatē ſuā aut
ſecuritatē, alijs pernitiē moliuntur, quanta libet vtan-
tur diligentia ſepe tamen voti cōpotes non fieri. Rursus
qui ſuam ſalutem Deo committunt, præter opinionem è
medijs periculis emergere; quod & in hoc puero videre
licet: hæc Iosephus. Quæ quidem vehementer D. Pau-
li a Authoritate confirmantur; dum ad hæbre. ſcribens
cap. 11. verſ. 23. inquit, fide Moſes natus, occultatus
eſt menſibus tribus à parentibus ſuis eo quod vidiffent
elegan-

a
D. Chryſ.
homil. 56
to. 3. pag.
431.

b
Philon
pag. 289.
in li. lib. 1.
Quidq; d.
Deo pla-
cet facile
ſuccedit.

Parentes
Moſis cū
tribus mē-
ſibus ſibi
occulta-
runt &
flumini
poſtea cō-
mendarūt
non ſine a-
liqua diui-
na reuelat-
ione.

c
lib. 2. c. 5.
pag. 51.

Qui pp
vtilitatem
propriam
alijs pni-
ciem mo-
liunt nun-
quam vo-
ti cōpotes
efficiuntur.

c
Paul: ad
hebr. 11.
23.

Moses in-
fans cle-
gis, & for-
mosus.

^a
D. Chryf.
hōmil. 26.
to. 4. pag.
1638.

^b
Philon.
pag. 389.
Marię Mō-
fis sororis
expecta-
tio cū My-
stetio fa-
cta.
Mōfis edu-
catio non
fortunę ca-
sa, sed dei
cōsilio fa-
cta.

^c
Origines
exod. 1. hō-
mil. 2. to.
1. pag. 38.
col. 2. uid.
eundē in
Math. tra.
26. ca. 24.
to. 2. pag.
83. col. 2.
Quo mo-
do Chri-
stus erat i
Mose.

^d
Eusebius
lib. 1. c. 8.

ēlegantem infantem seu Vrbanū (sicuti septuagintā pro-
formoso dixerunt, & Eugub. d. c. 2. exod. annotauit) & nō
timuerunt regis edictum. Cōsonat Philon loco adducto
dum sic ait. Eo tempore natus hic puer uisus est præferre
haud vulgarem indolem, adeo ut ei us parentes edictū
tyranni contemnerēt. Quo fit ut recte scripserit Aecume-
nius. d. cap. 11. parentes Mosis credidisse ipsum seruandū.
Adde D. ^a Chr, sosto. ibidem. Vnde ergo sperauerunt ij, fore, ut
seruarent infantem? ex fide; ex qua fide? viderunt inquit,
elegantem, & scitum infantem, ipse aspectus eos attraxit ad
fidem, ita statim ab initio, & ex ipsis fascijs iusto multa
infusa erat gratia, non hoc efficiente natura. Hinc sane
euanesceat consideratio illa ^b Philonis loco adducto, asserentis,
parentes dum puerum exponerent, se ipsos incusasse, qui
calamitatem propriam tribus mensibus seruando au-
gerent, quasi desperarent de vita infantis. Certum etenim
est infantem, fide expositū fuisse; ac subinde parentes,
diuini numinis reuelatione, certos de felici rei euentū
extitisse. Id quod certe (nisi mea me fallit coniectura)
expectatio illa Marię, Mosis sororis, ē specula, rei euentum
contemplantis satis profecto indicare videtur. Vnde regalis
illa educatio perperam fortunę casu facta ab ethnicis creditur.
Qui tamen assequi non potuerunt, quantis Mysterijs, cælestibusque
arcanis hæc omnia (vti ^c Origines ostendit) plena erant.
De iis vero mysterijs, & arcanis videndus est Eusebius
d de vita Constantini, & Gaudentius ^e brixien-
sis episcopus in tracta. in exodum de obseruatione paschatis,
vbi Mosē cum Christo: Vndas Iordanis, cū fluctibus nili;
cōparat, Late prosequitur Gregorius ^f Nyssenus in libro
de vita perfecta seu de vita Mosis. Vide ^g Adonis
chronicam vbi hæc etiam Mysteria, Christi, & Mosis recenset.
Adiunge D. ^h Augusti. in sermone de tempore post

D. Iu-

^e Gaudentius to. 7. bibl. SS. patr. pag. 51. ^f Gregorius Niscenus pag 120 cum seq. ^g Adonis in histo. christia. pag. 483. xrate 3 ^h D. Aug ser. 88. & seq. to. 1. pag 280. cum seq. col. 2. A.

D. ^a Iustinum Martyrem. Augu. tamen verba quæ etiā
impio Herodi optime conueniunt, & in præfenti referre
operę pretium erit. Sed incredulus (inquit Aug.) Pharaon
in alterum se nocendi aditum vertit, ut quod occultè an-
tea tentauerat, in populis palam faceret; omnem hæbreā
Masculinā prolem Iussit occidi. Quod vbi ad aures Ma-
trum rumor huiusmodi aduexit, pulsatum est planctibus
cælum; & cum ab ipsis vberibus auulsa proles raperetur
ad mortem, succedebat dolor vincens parturientis dolo-
rem. Nulla tamen Mater infelicior fuerat, nisi quæ fecun-
dior erat. Optabant tamen omnes steriles esse quam fe-
cunde parerent. Quid impie insanis? quid crudeliter se-
uis? licet plurimis infantium mortes acerbis inferas, &
animos miserorum crudeliter cremes, tibi necis augetur,
& pœne non detrahitur meritum. Cum enim passim par-
uulorum corpuscula deijcerentur in flumine, Mosē ma-
nus excepit humana: quem pro totius vindictæ causa
quererant. Nam cum Pharaonis filia viridanti in ripa
tremula posceret fluenti lauacra, inuenit in loculo, quæ
pater non posset nutrire supplicio. Ad quem educandū
in nutricem mater adducitur, ad alendū occasio coniun-
xit affectum, quem regis diuiserat metus. Nouum Mira-
culum, genus fecit misericordie filia parricidæ. Nam dū
paruulum seruat ignara patrem decipit incauta. Dignū
Malitiæ eius sceleris erat, ut filię prouisione periret, qui
genitricem indixerat parturire. Competens præcessit, di-
uina vindicta, ut suis affectibus puniretur, & Mosē pro
alijs exuendis exueretur. A fluctibus denique mystica
lingua Mosēs nomen accipit, & pharaonis nece quam
preparauit in nomine, in flumine maris inuenit. Hic ope-
rante virga per medios fluctus, ac si puluerulentos ex hi-
bet gressus, Imperio suspensam in altitudine montium
erigit vndam, ut Dei plebem redderet, saluam. Audistis
nefariam crudelissimamque vocem durissimi Pharaonis,
Masculos in amnem projcete, feminas viuificate. Iubet
hostis

^a
D. Iusti.
Mart. to.
2. pa. 165.

Matres fe-
cundæ in-
feliciores.

Moses ma-
nu filię
parricidæ
in parrici-
dæ mortē
Diuino iu-
ditio ser-
uatus.

Mosis no-
minis ra-
tio.

Nona &
inaudita
crudeli-
tas.

Reus dā-
nari neq;
antequā
eius culpa
manifeste
tur.

Plaga Ae-
gyptiis a-
Deo infli-
cta p cru-
delitate in-
nocentiū
interfectō-
rum.
Moses ad-
optatus.

hostis in flumen paruulos projici iubet innocentes cru-
deli morte necari. Non prohibet nasci, dum natos decer-
nit occidi. Quos enim nec dum viuere natura cōcesse-
rat eos sententia iam sustinet ad penam. O noua, & inau-
dita crudelitas? ante Iudicium celebratur, quam reus
ipse damnetur. Ante sententia profertur quam obnoxio-
sententiæ demonstratur. Vtique reorum mos est, vt rea-
tus sui sententiam, expectare soleant. Nec enim Reus
potest ante damnari quam eius culpa ceperit manifesta-
ri. Hi vero nec rei nati, nec reatus sui sententiæ merito
mācipati. Nascebantur enim non vt vite salutis, præci-
perent fructum, sed vt esset quos crudelitas seculo face-
ret luctum. Nunc præcipis, quod factum deberes vlscisci.
Non natorum pietas, non parentum dolor te flectit, qui
inter infantium mortem, parentumque dolorem seuitiæ
tuæ expleri sententiam gaudes. O parentum vota cru-
delia, lætitia luctibus immutata. Ad facinus profuit quid,
quid in eorum felicitate processit. Gaudebat lætissimus,
hostis, inter madentes omnium fletus. Quantæ perierūt
dolentium præces, quantum in cassum effusa sunt lachri-
mæ, quanti gemitus, ululatusq; multorum, cum paren-
tes manibus natos exponi viderent, qui simile nihilomi-
nus, mox facturi fuissent? suos iam casus in alijs alii cer-
nebant, alii continentes filios suos, cum iam celare non
possent, exponebant: alii mox editos exposuerunt ne
quanto retinerent tardius, tanto emitterent crudelius.
Quanti pro filiis optauerunt mori, quanti sententiā con-
temnere voluerunt tyranni? Satiemus (inquit) eum, &
nostro merore eius seuitiam repleamus. Hæc D. Augu-
stus qui in sequentibus plagam, & punitionem Aegyptiorū
primogenitorum, pro tanta crudelitate iuste a Deo ipsis
inflictā demonstrat. Expositū ergo Mosē (vti Stepha-
nus prothomartyr enarrat. d. act. cap. 7.) filia Pharaonis
sibi in filium nutriuit id est pro filio. Adoptauerat autem
ipsum, cum alioqui liberis caruisset. Vnde (vti idem B.

Stepha-

Stepanus ait) omni sapientia ægyptiorum fuit eruditus;
quem etiam in verbis, & operibus suis potentem fuisse
testatur. Verum difficilis intellectu videtur, hæc sacra Sre-
phani assertio, qua Mosē litteras ab ægyptijs didicisse
asserit. Constat nanque, exstrabone, Mosē ægypti sa-
cerdotem extitisse, ab eoq; (vt Artapanus ait, alijque
prophani scriptores testantur) non solum hebræos litte-
ras habuisse, à quibus phenices vicini, & à phenicibus
græci per Cadmum easdem acceperunt: verum etiam
fuisse Mercurium vocatum, & primum sapientē Iudæo-
rum, atq; eā grammaticā quā nunc habet primitus ipsis
hebræis tradidisse, vti ex ex Eupolemo lib. a de regibus
Iudæ refert Cyrillus, & etiam Clem. b Alexandrinus ex
eodem Eupolemo Mosē primum fuisse sapientem, &
grammaticam primum tradidisse Iudæis commemorat,
& genebr. lib. i. suæ chronol. c Antiquiorē propterea
ipsum Mosē, omnibus alijs sapientibus omnes tradide-
runt. De qua re late D. d Aug. de ciuitate Dei, e Cyrillus
contra Iulianum, Theodoretus f lib. de principijs, qui
Mosē oceanum appellat, à quo fluuii, alij, emanarunt.
Iustinus g Martyr in oratio. ad Antoninum pium, & in
præfatione illius orationis, & in oratione ad gentiles. Ni-
ceph. h in Historia ecclesiastica vbi Mosē antiquiorū
omniū antiquissimū fatetur. Idē speciatim ostēdere niti-
tur I Eusebius libro de præparatione euāgelica, & in ora-
tio. Cōstāntini Magni: latissimo sermone profecquitur Ta-
tianus k in oratio contra græcos, & S. l Theophilus An-
tioch. ad Autolium. Adde etiam m Augustinum Eugu-
binum in psalmorum enarratione; latius Reueren. P. &
presulē Fratrem n Hieronymum lib. de sex diebus, vbi
ostēdit Mosē octuagesimo suæ ætatis anno in deserto
histo-

g Iust. Mart. to 1. pag. 153. & pag. 48. cum seq. & in quæst. christia to. 3. pag. 7. vbi agit de tempore in quo mosēs ægypt. sapientia vsus fuit. h Niceph. lib. 4. cap. 23. pag. 222. i Eusebius lib. 10. cap. 3. & in Histo. Eccles. cap. 13. pag. 309. k Tatianus to. 8. bibl. SS. patr. pag. 56. cum seq. l S. Theophi- lus lib. 3. to. 5. bibl. SS. patr. pag. 163. & 168. m Aug. Eugub. psal. 23. to. 2. pag. 88. vers. n R. P. Hieronymus. lect. 1. pag. 9. & 151.

Moses æ-
gyptiorū
sciētia eru-
ditus quo-
modo in-
telligatur

Moses æ-
gypti sa-
cerdos, ab
eoq; litte-
ras hebræi
habuerūt.

a
lib. 7. con-
tra Iuli-
aposta.
to. 2. pag.
618. d.

b
Clem. A-
lexan. lib.
1. stro. pa.
40.

c
Genebr.
lib. 1. chro-
nol. pag. 4
col. 7.

d
D. Augu-
stus lib. 18. c. 8.
& 37. cū
seq. & Iu-
stin. mar-
to. 1. pag.
48. cū seq.

e
Cyrillus
to. 2. lib. 1.
pag. 519.

f
D. Theo-
doretus li-
bro 2. pa-
423.

Bilius,

a

Aug. Eug.
li. 2. c. 2. &
3. pa. 360.Moses
scriptor
secundum
omnes
antiquissi-
mos oēsque
precessit.b
Aug. Eug.
lib. 7. c. 8.
pag. 136.
& li. 7. ca.
15. p. 155.c
pag. 480.
col. 2. &d
pag. 483.
& lib. de
principijs
lib. 2. pag.
498. col. 1.e
li. 1. p. 390.D. Hiero.
c. 5. lib. 3.
tom. 6. pa.
3. 6.g
D. Hier.
super Da.
ca. 1. to. 4.
pag. 110.
lib. sine.h
D. Augu.
lib. 18. ca.
37. tom. 5.
pag. 233
col. 2.i
lib. 2. c. 4.
to. 3. pa. 19
col. 2.

hystoriam sacram conscripisse. Ad nocte etiā prædictis, de Mosis antiquitate bilium in adnotatio. ad Beatum Iohannem Damascenum. Hic insuper commemorāda sunt quæ docte, & diligenter scribit Augustinus. Eugubin^o de peremni philosophia. E barbaris autem (inquit) omnium consensu, vetustissimus est Moses, ante quem neminem alium inuenies scriptorem, neque apud græcos, nec apud Caldæos nec phænices, ceterosque barbaros; post quem floruit Mercurius tresmegistus in Aegypto & postea idem^o sic ait. Omnium Scriptorum iudicio, & omnibus rationibus Moses, est omnium, qui scripserunt antiquissimus. Neque Caldæorum aut Aegyptiorum vel græcorū, & phænicum, quæ sunt vetustiores nationes habitus scriptor vllus, aut traditur fuisse Mose vetustior. Quir, & ille Mercurius ter Maximus Aegyptiæ Theologiæ pater, post Mosem, temporibus enumeratis, inuenitur floruisse. Obseruatumque à græcis Theologis, eum etiā meras dictiones Mosaicæ; vbi, & ipse de creatione scripsit, vsurpasse. Vnde B. Theodoretus lib. de curatio ne græcanicarum affectionum scribit^o Phenicæ, Aegyptios, Caldæosque ab hebræis litteras accepisse, & ipsum cyrum filium cambyses multaque à Daniele habuerat subditis suis tradidisse. Et idem Theod. d lib. de principijs ait, Platonem ex Mosis Theologia omnia subripuisse. Cæterum licet hæc vera sint, autoritate. D. Stephani firmiter est adherendum, dum Mosem omni ægyptiorum sapientia eruditum fuisse testatur. Idem^o Philon de vita Mosis scribit, & Sixtus^o Senensis & D. Hiero. f ad galatas, qui super Danielē g (ait) Mosem sapientiā Aegyptiorū didicisse, nō vt sequeretur, sed vt iudicaret; eos que vanitatis cōuinceret. Accedit Aug. h de ciuita. Dei, qui eum verum Theologum appellat, & in libris i de doctrina christiana, ait, Mosem primum auro, & argento sapientiæ suffarcinatum fidelissimum famulum exiuisse, cum in omni scientia Aegyptiorum eruditus fuerit. Ad-

de etiam

de etiam^a Theodoretum præcitato lib. de principijs, & Gregorium presbyterum de vita D. Gregorij Nazianzeni, & Clem. Alex. præcitato libro stromatum vbi tamen perperam affirmat, Mosem à græcis in Aegypto institutum fuisse; cum multo post Mosem, sapientes græci extiterint, vti inferius ostendemus. Quo in errore philon etiam est. Vnde (ni fallor) Duo hæc simul stare possunt; Mosem omni Aegyptiorum scientia instructum fuisse; & vsum litterarum illis ostendisse, atque alia plura ad polyticum viuendi modum docuisse, primumque, & antiquiorem omnium scriptorum fore, qui sapientia atque Theologia diuina diuinitus edoct^o, eam primitus ita docuit scripsitque, vt & ethnici omnes ab eo mutuauerint. Ad huius veritatis confirmationem, Artapani antiquissimi scriptoris autoritas plurimum conducit; Dum ait: Mosem à Meride Chenephris regis Aegyptiorum filia, quod ipsa parere non posset adoptatum, maximo apud ægyptios habitum honore ob diuinum ingenium, & inuenta, tam quæ ad eruditionem facerent, quam quæ ad rem publicam, priuatamque, & mores singulorum. Ludo. b Viues in adnotati. ad D. Aug. si quis inquit, inquirat, quibus ergo sapientia ægyptiorum continebatur literis, qua Mosem institutum esse legimus, inueniet forsam voce tantum ea solitā tradi, percipueque, & discen- tium, docentiumque memoria asseruari, litterarū si quæ tunc forma, erat, imagines fuisse animalium quas *ιερόλυφα γράμματα*, hoc est, litteras in sacris sculptas nominabant. Athanasius^c vero in oratione contra sabelli gregales de eterna substantia filij, & Spiritus sancti sic ait. Recepit autem animus Mosis in se omnem ægyptiacam sapiētiam, & eam sapientiam quæ illi adeo impertita fuit. Et Daniel susceptis omnibus Caldæorum disciplinis capax adhuc erat ad varios diuinæ sapientiæ intellectus, quod per Ezechielem a indicat Deus, nunquid sapientior es Daniele. Omne quod occultum est, ostensum est

^a
D. Theo-
doret^o to.
2. li. 2. pa.
493.
Mosem à
græcis eru-
ditum er-
roneū est.

Moses ab
ægyptijs
eruditus
illis vsum
litterarū,
& polyti-
cam oiten-
dere po-
tuit.

Artapan^o

^b
Ludo. vi-
ues d. ca.
39. to. 5.
pag. 419.
Sapientia
ægyptio-
rum qua-
lis fuerat.

^c
D. Atha-
nasius pa.
99.

Daniel sa-
piens.

^d
Ezech. 28
3.

Philon. ^a est tibi. Philon, superius citatus, ad summum sophiæ culmen Mosem peruenisse ait; & oraculis fuisse præstantissimum, uires, & causas naturæ didicisse: Consentit ^a Eugubinus in cosmopœia, qui etiam præcitato libro ^b de perenni philosophia ostendit Mosem vera Theologia non ab ægyptijs, sed partim priscorum memoria, & successionis traditione; partim diuinis oraculis, præditum extitisse. Quidquid falso Simplicius, & Porphyrius dixerint Mosem historiam sacram, ex ægyptiorum fabulis scriptis esse, quos etiam reprehendit, & confundit R. ^c Præsul Hieronymus Vilemius libro de sex diebus. Hic tamen obiter aduertendum, historiam Iob, quam Mosem scripsisse non pauci credunt, ^d antiquiorem esse scripturam ipso penthateuco. Quod tamen non facile superius citati admitterent, sed necessaria demonstratione verum esse comprobatur, illius authorem fuisse Mosem, qui eam ad consolationem filiorum Israel dum in ægypto captiui erant composuit, & tamen postea penthateucum in deserto ut superius diximus, scripsit. Sicque difficultas illa ex D. Stephani autoritate satis diluta manet. Si quis tamen radicatus scire velit, quænam fuerit illa ægyptiorum sapientia? Multiplicem, & variam eam fuisse comperiet, atque in Mathematicam, Naturalem, Diuinam, & Moralem diuidi, uti Diodorus Siculus, Diogenes Laertius, Iamblicus Philon. Eusebius Ludov. Cælius e Rhodiginus, & Sixtus Senensis communiter tradunt. Ad Mathematicam igitur pertinebat Geometria, Astronomia, Arithmetica, & Musica, Naturalisque principia, & causas naturalium rerum tractabat, Phisica appellabatur. Diuina autem quæ Theologia dicebatur, non solum varia dogmata omnibus manifesta continebat, sed etiam Arcana Mystica, & occulta, ne vulgaribus hominibus innotescerent. Hanc triplicem fuisse constat ex Clem. ^e Alexand. & Pierio, atque Becano in suis hieroglyphicis, Sixto quoque Senensi, superius adducto. Quæ vero

^a Eugubinus pag. 4. ver. lib. 7. c. 8.
^b Mosem facta hystoria ex ægyptiorum fabulis scriptis esse erroneum est contra simplicium, & porphyrium.
^c R. P. Hieronymus Vilemius Lectio. 1. pag. 6.
^d Origen. & alij rellati a Sixto Senensi li. 1. bibl. sancte pag. 11. de libro Iob & Eugub. in præfat. illius hyst. Lud. Cæli Rhodi. li. 29. antiq. ca. 25. Sixtus Senensis li. 2. bibl. sancte pag. 45. in maxims.
^e Clem. Alexand. Strom.

vero superstitiosæ hæ scientiæ fuerint, late ostendit a Ludovico Cælius Rhodiginus in præcitatæ antiquitatum libris. Ob idque merito Moses eas execrabatur, ut author est Strabo libro sexto decimo suæ cosmographiæ, quem refert Aug. ^b Eugubinus de perenni philosophia. Quo fit ut asserentes Mosem ex illa Theologia quam dicunt hieroglyphicam, miracula edidisse, atque sacra aliqua instituisse, omni prorsus veritatis fundamento destituantur. Cum Moses eam uti superstitiosam execratus sit, & virtute diuina, operibus, & sermonibus (uti diuus Stephanus docet) potens fuerit. Vnde B. ^c Iustinus Martyr in libro quæstionum, & responsionum sic scribit, si propheta scientiam habuit, usus tamen ea non est: quippe quia directe ciuili hebræorum vitæ ex præscripto Dei institutæ consuetudini repugnarent. Cuius consuetudinis gratia, omnem in ægypto regiam aspernatus potestatem, pro ea simul malis affici cum populo Dei elegit. Et iterum; sed quoniam utroque nomine conspicuus fuerat apud ægyptios, & propter eloquentiæ institutionem, & propter vitæ mundanæ splendorem, utrumque autem post veram in Deum pietatem habuit: propterea eum admirata, est scriptura sacra. Hæc Iustinus. opera immensæ virtutis eiusdem Mosis in compendium reducit D. ^d Gregorius Nazianzenus, & Gregorius etiam Nissenus. Potentem tamē Stephanus dixit Mosem operibus, primum, & postmodum sermonibus; ut inde intelligamus opera semper sermones præcedere debere, veluti umbra corpus. Sermones etiam Christianorum columnis, quarum solidæ Bases ipsa opera sunt, comparare possumus. Iterum etiam opera substantiuis, & verba adiectiuis comparabimus; ita ut quemadmodum in grammatica substantiuo, & adiectiuo congrua fit cõpositio, ita etiam in christianæ vitæ actionibus hæc eadē adiectiuo congruitas reperiatnr. Vnde ^e Theophilus Alexandrinus Episcopus, in epistolis paschalibus, sic eleganter scripsit:

^a Lud. Cæli Rhod. lib. 16. c. 4. & 5. & 25.
^b Aug. Eugub. d. lib. 7. c. 8. pag. 186.
^c Clem. Alex. & sextus. fenensis ubi sup.

^d D. Iustini Mart. to. 3. q. 25. pag.

^e D. Greg. Nazianz. orati. 26. pa. 677. in li. & Greg. Nissen. in orati. aduersus eos que egre ferunt reprehensiones pa. 610. d.

^f Theophilus alex. epif. 1. to. 1. bibl. SS. patr. pag. 378.

KKk Haben-

Habentes radicem sermonis, atque rationis scientiæ notionē; sermonem autem (vt ita dicam) operum vestibulū. Porro opus sermonis, & scientiæ, ædificij tecta perfecta, & firmissimum domus culmē impositū. Sermo, enim, & ratio, & scientia, & fides, absque opere cassæ sunt, & instabilia. Et vt aliquid propter eos, qui dialecticis, artibus instituti sūt, ex illa doctrina videamur adsumere, quomodo si verbum nomini coniungamus, perfectus sensus efficitur, verbumque si solum fuerit, aut nomen sine verbo nihil est omnino quod dicitur, sic scientia absque opere, & opus sine fide infirma, sunt, & caduca: & è cōtrario scientia operi copulata, perfecta virtutis inditium est. Tacita quippe animi cogitatio, arcanus eius est sermo, qui per linguam forinfecus resonans, profert mentis sententiā.

D. Greg. Theologus.

^a D. Anastasius in quæst. scripturæ q. 79. to. 6. bibl. SS. patr. pag. 210. cum seq.

^b Philon. pag. 109. & 390.

^c Orat. 19. pag. 513.

^d niceph. li. 6. cap. 36. pag. 290. sub finem.

^e Iosephus. lib. 4. c. 8. sub finem.

^f Philon. pag. 395.

Cumque sermo fuerit opere consummatus scientiæ, & cogitationi nostræ finis imponitur. Hæc ille: Adde Gregorium Theologum in oratio. de fide, & grandine, Basilium, & alios citatos ab ^a Anastasio Episcopo Nicæno in libro quæstionum scripturæ, vbi sapientiam, virtutem atque potentiam non in sermone, sed in opere consistere ostendit. Vid. ^b Philo. adductum, & ^c Eliam Greg. Nazian. interpretem, atque Nicephorum Callistum ^d in historia ecclesiastica. Quæ omnia, perfecte in viro perfecto Mose enituisse D. Stephanus præcitatatis verbis, aperte indicauit. At cum opere, & sermone potens fuisset; eloquentia, & in negotiis peragendis, gratia, atque dexteritas incomparabilis illi minime defuit: vti ^e Iosephus libris antiquitatum testatur. ^f Philon quoque de vita ipsius sic ait: deprecabatur hanc functionem causatus exilitatē vocis, & linguæ tarditatem, negansque sibi adesse facundiā, præsertim postquam Deum loquentem audierat, ratus enim mutam esse humanam eloquentiam cum veritate collatam, & verecūdo ingenio præditus, subtrahebat se grauiori quam pro viribus reputabat oneri, rogabatque vt alius eligeretur ad exequenda mandata magis Idoneus.

neus. Deus pudore delectatus respondit; An nescis quis os homini dederit, & linguam indiderit? Quis guttur, cæteraque vocis rationalis instrumenta fecerit? Ego sum noli timere, meonutu articulate differes omnia, facundia mutata in melius & vsque proficiente, neque aliter absque impedimento fluente, & cogitationes promente, quam fontes manant limpidissimi. Hæc Philon. Vnde ^a Origines ad quartum exodi caput, ostēdit Mosē cum primum apud ægyptios versaretur gracili voce, & eloquenti sermone præditum fuisse, sed posteaquam cum Deo loquutus fuit, tardioris linguæ redditum. Et merito quidem nam si ipsum quis contemplatur Diuinum verbū, ipsamque diuinam respicit sapientiam, quantecumque sit eruditionis, & quantecumque sapientiæ, Multo amplius quam apud nos sunt pecudes, ipse apud Deum multum se Animal profitebitur. Hoc nimirum erat Moses quod, & Beatus Dauid, intuens, & tali ordine semetipsum, ad diuinam Sapientiā librans, dicebat: Vt ^b Iumen factus sum apud te. Secundum hoc ergo, & prophetarum maximus Moses in præsentī lectione dicit ad eū, quod gracili voce sit, & tardus lingua. Omnes enim homines, ad comparisonem verbi diuini, non solum ineloquentes, sed, & muti putandi sunt. Hæc ille. Diuis ^c Gregorius Magnus in Ezechielem sic discurret. Siue enim omnipotentis Dei Naturam considerent, siue eius Iudicia perpendant, trepident contremiscant. Eis ergo quasi ^d alas deponere, est virtutes quas habent humiliare. Sic Abraham alas deposuit, qui quando loqui cum Deo coepit, puluerem & cinerem se esse cognouit, dicens: loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis? Sic Moses alas deposuit, qui eruditus omni scientia Aegyptiorum, mox vt verba Dñi audiuit, verba se non habere deprehendit, dicens; obsecro Domine, non sum eloquēs abheri. & nudius tertius. Ex quo enim loquutus es ad seruum tuum, impedioris, & tardioris linguæ sum. Ac si

^a Origines 1 exod. ho mil. 3. to. 1. pag. 39. col. 1. Mosēs anrequā cū Deo loqueretur gracili, & eloquenti sermone præditus postmodū vero tardioris linguæ redditus.

^b psal. 37. vers. 22.

^c D. Greg. Magn^o ca. 1. homil. 8 to. 2. pa. 85. g. Alas deponere quid sit.

aperte diceret: postquã ate verba vite audio; cõfũsum me in uerbis prioribus agnosco, Idem D. a Gregri^o in libris Moralũ de Mose loquẽs sic scribit. Sed quia apud se me te humilis extitit, oblatã protinus tanti regiminis gloriã expauit. Moseq; ad infirmitatis patrocinũ recurrit, dicens. Obsecro Dñe non sum eloquẽs, ab heri enim, & nudius tertius ex quo cõepisti loqui ad serũ tuũ, & tardioris, & impeditioris linguẽ sum factus. Et se postposito, aliũ depõscit dicens. Mitte quẽ Misurus es, Ecce cum auctore linguẽ loquitur, & ne tanti regiminis potestate suscipiat, elingue se causatur. Hęc Gregorius. b. Philonis, autẽ pulchra consideratio in libro de eo qui diuinarũ rerum heres sit, minime præmittẽda est: Et quis non attonitus (inquit) fuisset maiestate proferẽtis hoc oraculũ, vt nec eos posset deducere, si non præmetu certe prægaudio? Adimit enim vocem, vt uehemens dolor, ita nimia letitia. Quã obrẽ, & Moses fatetur se parũ uocalem, & lingua tardum, ex quo cõepit habere cum Deo colloquia, quod testimoniũ prophetẽ uerum est. Tunc enim uerisimile est uocis instrumentum fieri tardius, rationẽ autem iam articulatam fieri liberiolem impetu, sententiarum magis quam uerborum ornamenta cõsecrantẽ expedita quadã, & sublimi eloquẽtia. Hęc ille; His accedit Chaldaica paraphrasis præcitato cap. 4. exodi. Sic uerba Mosis apertissime explicans, Non sum eloquens etiam ab heri, & nudius tertius: & ex tempore quo locutus fuisti cũ seruo tuo, quoniã grauis loquelã, & linguẽ profundã ego sum. Septuag. gracili, & tarda lingua ego sum, postquam, &c. Vnde prius dixit, non sum eloquens, & postea explicans magis suã ineloquẽtiẽ causam, adiũxit, ex quo locutus es, &c. quidquid Lusitan^o noster Oleaster ad præcedens caput, uerba illa cõtra historiã contextũ aliter distribuat. Nec similiter audiẽdi sũt Hebrẽi, quos incognit^o sup psalmis amplectit, dũ aiũt, Mosem ideo ineloquẽtem dici, quia gracilẽ tenuẽq; uocẽ habebat: & in illis mirabili-

D. Greg.
Mag. li. 3.
ca. 10. sup
42. c. Iob.
10. pri. pa.
85. H.

Philon.
pag. 313.

Vehemens
dolor, &
Nimiale-
ritia uocẽ
adimit.

contra C.
leastrum.
Cõtra He-
brẽos.
cõtra inco-
gnitum.

mirabilibus fiendis coram Pharaone, necesse erat uoce uti clamorosa, cum regio fastu prope pharaonẽ accedere minime permetteretur. Sunc hęc figmenta, & somnia hebreorum sicuti, & reliqua omnia ipsorum, præterquam quod scripturẽ, & historiã repugnant. Ad hęc igitur de tarditate, & ineloquentia Mosis post Dei congressum reducẽda sunt quã de ipsius eloquentia enarrat Iosephus a in suis antiquitatum libris, & Magister Hieronymus b Vilẽmius in opere sex dierum. Mystera huius Mosis tarditatis leges apud c Cyrillũ in collectaneis ex libro exodi; ubi sic scribit. Sicut Moses erat tardioris linguẽ, ita etiam lex Mosaica est tardioris linguẽ, ad explicandam eius quod est rationem, & aperiendam Sanctã Trinitatis Theologiam. Erat etiam uoce exili, vtque posset paucos alloqui, pauci enim sunt Israelitẽ si conferãtur cum alijs gentibus. Quamobrem ei additur, Frater eius Aaron. Quomodo enim Christus est frater Mosis, quod attinet ad humanitatem: ita etiam lex euangelica fraternẽ conuenit, & consentit cum Mosaica, quod attinet ad spiritum, & id quod intelligitur. Reliqua ad hęc ipsum propositum accommodata sequentibus capitibus idem Cyrillus prosequit. d Theodoretus in quẽstionibus in exodum Deum linguẽ tardioris Mosem ideo fecisse ait, quid id potentiam diuinam magis. Illustrabat. Quemadmodũ Piscatores, publicanos, cedrones ueritatis prædicatores, & doctores pietatis creauit. Sic per uocem infirmã, & linguã tardã confundit sapientes ægypti. At (ut D. e Chryso. considerat) clamor tardioris linguẽ, & uocis gracilis, plus à Deo exauditur, quã eorũ, qui magna, & intensa uoce præditi sunt. Hanc etiam tarditatem linguã D. f Ignatius considerans, Monet perfectos uiros: ut potentes operibus; & sermonibus, ante Deum se inuiles, seruos, & ad nihilũ plane utiles (Iuxta illud Luc. 16. & 18.) perpetuo reputent.

a Iosephus
li. 4. cap. 8.

b Lect. 1. &
pag. 2.

c Cyrillus
cap. 2. to. 1
pag. 1036

d lex mosaica conuenit cum euangelicã quoad spiritum, & ideo Mose Christi frater dicitur.

e B. Theodoret^o to. 1. pag. 28. col. 2. n. 12

f D. Chryf. psal. 140. to. 1. pag. 1185.

D. Ignati^o ad magnifanos epi. 6. to. 1. bibl. SS. pag. 12.

*De Diuina sapientia familiaritate, & prophetico dono
Mosis. Caput: VI.*



*Prouerbi
um Ami-
corū oīa
cōmunia
ētiā de
Deo dī.
Philon. li.
1. pa. 402.
Potentia,
& autho-
ritas Mo-
sis.*

*Mosis cū
Deo ami-
citiā.*

*Bonus vir
nihil possi-
det, nec
seipsum.*

*Mosis de-
us, atque
Rex à deo
cōstituit.*

Hinc igitur talem, tantumque virum in de-
serto Median per annos 40. iam oues pa-
scentem, diuina sapientia sibi peculiarem
amicum legatum, Ducem atque prophetā
delegit. Cui quidem, & diuina, abscondita-
que Mysteriorum Arcana amicè, & familiariter rese-
rauit. Sunt enim (vt tritum prouerbio est) omnia ami-
corum communia. Vnde ^a Philon Hebræus de vita Mo-
sis sic scripsit: perfectas, maximasque Diuitias pro his ei
Deus reddidit; hoc est vt tantumdem posset, quantum
terra, & Mare; atque flumina, elementaque cetera, & que
quæ ex his sunt condita. Fecit enim eum suæ potentia
participem totum mundum ei subdens, tanquam heredi-
tarium. Quamobrem singula elementa ei obediabant vt
Domino, ad iussum eius suas vires mutantia. Nec mi-
rum quandoquidem (iuxta prouerbium) Amicorū om-
nia sunt communia, Amicus autem Dei Propheta dicitur.
Vnde consequitur, vt diuinæ possessionis, vsus ha-
beat, nam Deus nullius eget cum possideat omnia. Bon-
us autem vir, nihil proprie possidet, nec se ipsum quidem.
Verum de Thesauris Dei quantum potest accipit, & me-
rito cum mundi ciuis sit: ideo nullam priuatim in orbe
habet patriam: quippe qui hereditatem habet, non vnā
quampiam regionem, sed mundū vniuersum. Quid quod
Maiorem etiam cum omnipotente rerum patre, condi-
toreque societatem, adeptus communi appellatione di-
gnatus est? Nominatur enim totius gentis Deus, atque
Rex, & caliginem vbi Deus erat intrasse dicitur, hoc est
in illam inuisibilem, incorpoream, specie, formaque ca-
rentem, exemplarem essentiam, abstrusas à mortali na-
tura contemplationes considerans, seipsum quoque, suā-
que

que vitam, quasi tabulam elegatissimè pictam proposuit
spectandam, diuinum opus imitandumque posteris. Idē
Philo. ^a in libro quis rerum diuinarum sit hæres; fidu-
tiam, & libertatem, qua cum Moses Deo loquebatur, ex
hac Amicitie radice excusat. Et in lib. de b sacrificijs A-
belis sic ait: sunt etiam (inquit) aliqui quos Deus altius
promouet, & euolantes super omnes species, omniaque
genera prope se ipsum collocat, sicut Mosis quoque dicit,
tu vero hic sta mecum. Itaque moriturus non deficit, ne
apponitur: Sicut priores, vt pote nec appositionem, nec
subtractionem, admittens; sed ex verbi illius causalis au-
thoritate, migrat per quod vniuersus mundus est condi-
tus. Vt discas quod sapientem illum eodem quo mundū
honore Deus dignatus est, per verbum quo condidit
omnia: perfectum virum ad se traducendo à terrestribus.
Quin, & cum in terrenis eo vtebatur negotijs, non prin-
cipis aut Regis communem aliquam virtutem indidit ei
per quam is exerceret potestatem in affectus animæ: sed
Deum eum constituit, totam corporis regionem, Du-
cemque eius intellectum, subijciens ei, Iubensque ser-
uire. Inquit enim, do te Deum Pharaonis, in Deum au-
tem nec subtractio cadit, nec appositio, cum sit plenus,
& semper sibi ipsi par. Ideoque nemo sepulchrum eius sci-
re dicitur. Quis enim est Idoneus, vt cogitatione com-
prehendat migrationem perfectæ animæ ad eum qui est?
Equidem opinor nec ipsum quidem cui migrare con-
tingit, scisse quanto meliora fortiretur. Quippe quæ tum
correpta erat numine. Nam Deus cum alicui bene facit,
non vtitur eius consilio: sed inexpectata beneficia solet
porrigere liberaliter. Hæc Philon. c. Quem etiam vide in
libro de plantatione Noë vbi eleganter de Mosis cum
Deo amica familiaritate agit. Ex quibus iam illustran-
tur loci illi sacrae pagine in quibus de ipsius Mosis ami-
citiæ peculiaris mentio fit. Quorum præcipuus est ille.
Num. 10. d. vers. 7. ibi non talis seruus meus Moses qui in

*Philo. pa.
314.*

*Phil. pag.
89.*

*Altius
Deus ali-
quos pro-
mouet.
Mosis ap-
positio seu
mors qua
lis & quid
designet.*

*Mosē
Deus, De-
um consti-
tuit.*

*sepulchrū
Mosis ne-
sciri quid
sit.*

*Deo cū be-
neficiat nō
vrit alien-
ius nec re-
cipiētis cō-
silio sed in
expectata
beneficia li-
beraliter
porrigit.*

*Philon.
pag. 148.
in fin. cum
seq.*

*d
Nu. 10. 7.*

Domo mea fidelissimus. Est autem egregia laus fidelem Dei seruum dici. Prosequere cum D.^a Gregorio Nazianzeno in orati. ad Gregorium Episcopum Nyssenum in principio, & Deut. b 34. 10. Moses seruus Dñi dicit, & Iosue. c 1. vers. 2. & cap. 9. vers. 24. & c. 15. 2. & Tertio d Reg. 8. vers. 56. & 4. e Reg. 18. vers. 12. & cap. 21. 9. Secūd. etiā Esdras. 14. Iudith. 4. 13. psal. h 104. 16. Baruc. i. 20. Apoc. k 15. 3. Vid. D. l Hiero. psal. 134. vbi ostendit summā esse virtutem, & honorem Mereri seruum Dei esse. Vid. 3. Reg. 8. 56. Andr. m Mas. in Iosue. vbi tradit rationem quare peculiariter Moses seruus Dei dicat. Adde n Irene. aduersus hæreses. Moses etiam electus Dei dicitur o psal. 105. 23. & dilectus Deo, & hominibus p eccl. 45. 1. Famulus etiā Dei i. 9 paralip. 6. vers. 49. & 2. r paral. 1. 3. Ios. f 1. vers. 13. & 15. & cap. 12. vers. 4. cum seq. & cap. 18. 7. & cap. 14. vers. 7. Secūd. t Esdr. 1. vers. 7. Hinc et Mosēs homo Dei peculiari quodam honoris encomio in scripturis sacris vocari solet, Ios. u 14. vers. 6. ibi ad Mosē hominem Dei, & 1. x paralip. 23. 14. & 2. cap. 3. vers. 16. idem y 1. Reg. 1. vers. 23. & cap. 9. vers. 6. & 7. & 3. z Reg. 12. 22. & cap. 13. vers. 1. cum seq. & cap. 17. vers. 18. cū seq. & 4. Reg. 1. vers. 9. & cap. 23. vers. 17. & 2. paralip. cap. 25. vers. 7. & 1. etiā Esdras. 3. vers. 2. psal. 89. vers. 1. & Deut. 33. 1. vbi Mosēs vir Dei seu homo Dei dicitur. D. Paul. charum suum Timotheum, hominem Dei appellat. 1. ad Timoth. 6. vers. 11. Nec est discrimē inter hominem Dei, & virum Dei, vti D. a Hier. docet in epist. ad Cyprianū. Vid. Victorium b Episcopum de fidei ratione ad Henricum, vbi sic eleganter ait. Quare autem fideles non honorificent integre trinitatem, ad quam se pertinere cōfident? cuius nomine se renatos, cuius seruos se nominari gloriāntur? Nam sicut ad nomen Dei Patris, homines Dei

^a D. Greg. Nazianz. orat. 6. pa. 345.
^b Deut. 34. 10.
^c Ios. 1. 2.
^d 3. Reg. 8. 56.
^e 4. Reg. 18. 12. & 21. vers. 9.
^f 2. Esdr. 14.
^g Iudith. 4. 13.
^h Psal. 104. 16.
ⁱ Baruc. 1. 20.
^k Apocalip. 15. 3.
^l D. Hiero. 10. 7. pag. 387.
^m Andr. Mas. cap. 12. pa. 225.
ⁿ Irzn. li. 4. cap. 2. 8.
^o Psal. 105. 23.
^p Eccl. 41. 1

q 1. paralip. 6. 49. r 2. paralip. 1. 3. s Ios. 1. 13. & cap. 12. 4. & cap. 18. 7. cap. 14. 7. t 2. Esdr. 7. u Ios. 14. 6. x 1. paralip. 23. 14. 2. paralip. 3. 16. y 1. Reg. 1. 23. & cap. 9. vers. 6. z 3. Reg. 12. 22. & cap. 13. 1. & cap. 17. 18. a D. Hieron. epist. 139. to. 3. pag. 153. b victor episcopus 10. 5. bibl. SS. patr. pag. 463. 6.

Dei appellantur, vt Elias homo Dei dictus est, vt Moses homo Dei appellatus est, sic à Christo Christiani nuncupantur, sic etiam à spiritu spiritales appellamur. Si igitur uocetur quis homo Dei, & non sit Christianus, nihil est: qui si Christianus uocetur, & non fuerit spiritalis, nec sibi satis de salute confidat. Hæc Victor Episcopus. Hoc autem Nomine virtute prouectos, & excelsos viros, & supra ea quæ oculis cernuntur positos, scripturam vocare docet Grego. a Theologus in orationibus, vbi etiam Elias eius interpret assignat rationem quare Moses homo Dei, non omnes Dei homines; diceretur. Significat etiam diuinum, & Deo familiarem hominem, vt adnotarunt Andre. Masius in Iosue & Montanus in suis idiotismis. Chaldaica vero paraphrasis loco, hominis Dei: Prophetam substituit quod idem est, vt d. b cap. 14. Iosue. vers. 6. & Deut. c 33. vers. 1. Imo & ipse homo, aliquando appellatur Deus. Iuxta illud ego dixi dii estis, non natura quidem sed gratia, & participatione. Vid. late d Anastas. Episc. Nicenum in quæstionibus sacræ scripturæ. Solet enim nomen Dei Elohim non solum de Deo vero dici, sed de hominibus admiratione dignis, & qui alijs præsumunt, Nomē tñ Ieouah nunquā h hominib⁹ tribuit. vti late videbis apud. Nouissimum Pagnini e Thesaurum. Id quod plurimorum patrum authoritatibus corroboratum apud psalmorum cantenam leges f psal. 49. Adstipulatur Bredembachius ibidem. Adde interpretem g Iustini de veritate Christianæ religionis, post Tertullia. h aduersus praxeam. Mosē autem Deum Pharaonis, appellatum tradit Theodoretus, vt figuram impleret. Vid. i tamen latius Euthymium, & Bredembachium. d. psal. 49. & k Eliam Gregorij interpretem post Hilarium l de trinitate.

Ex

h Tertulia. pag. 321. & lib. 4. aduersus marcionē pag. inferius citanda. i in dialoگو in scripto in confusus dial. 2. to. 2. pag. 317. k Elias in adnot. ad Greg. Naz. pag. 497. & 183. & 345. l Hilarius de trini. lib. 7. pag. 48.

Hominē Dei quid sit quid significet quātus honor, reputeretur.

D. Greg. Naz. orat. 19. pa. 3. 4. 496.

d. cap. 14. pag. 244. Ios. 1. 4. 6.

Deu. 33. 1

Anast. Episc. Nic. q. 20. to. 6. bibl. SS. patr. pag. 163. d.

Theof. pagani col. 105.

Brandemachius psal. 49. pag. 524. cum seq.

Interpres Iustini. pa. 251. to. 2.

Ex quibus Deum dictum colliges, ob magna miracula, & mira prodigia quæ aduersus Pharaonem operabatur, quenque & pro suo arbitrio castigabat, flagellabat. Sententięque suæ prophetā atque Ministrum habebat Aaron; & Demum Mortis & vitę Dominus ab illo esse ferebatur. Adiunge etiam a Philonem locis nuper adductis, & in libro de b agricultura, vbi ostendit quo nam modo Moses, in Deum Pharaonis à Deo datus fuerit. Hinc iam perspieuum esse potest, quantum ipse Moses reliquos omnes veteris testamenti vates, & prophetas superauerit, ac longo post se interuallo reliquerit. Quod sanè Deus Optimus Maximus propalare volens; ad tabernaculum fęderis in columna nubis c descendens Aaron, & Mariam Mosi fratres vocans, sic eos est alloquutus. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somniū loquar ad illū. At nō talis seruus meus Moses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os, loquor ei palam & non per enigmata, & figuras, Dominum videt. In hebręo ad litteram sic habetur: & dixit audite nunc verba mea, si fuerit propheta vester Dominus in visione ad eum notus fiam, in somnio loquar in eo, non sic seruus meus Mosē in omni domo mea fidelis ipse: ore ad os loquar in eo, & in visione & non in ænigmatibus, & ideam Domini contemplabitur. Chalda. vero sic explicans ait; Audite nunc sermones meos si fuerint in vobis prophetæ: Ego Dominus in visionibus apparebo eis, per somnia loquar eis. Non est ita seruus meus Moses, in omni populo meo fidelis est. Verbo ad verbum loquar cum eo per visionē, & non per enigmata, & similitudinē glorię Domini contemplabitur: Et quare non timuistis loqui contra seruū meum Mosē? Septuag. & dixit Dominus ad eos: audite verba mea, si fuerit propheta vobis Domino, in visione illi cognoscat, & in somno loquar ei. Nō sic seruus meus Moses in omni Domo mea fidelis est, os ad os lo-

a
P ilon.
pag. 89. de
sacrificijs
abelis.

b
Philon. de
agricultu.
pag. 130.
cum seq.

c
Num. 12.
vers. 5. cū
seq.

quar

quar in specie, & non per ænigmata, & gloriā Domini videbit. Accedit etiam illud Deut. a 34. vers. 10. & non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moses, quem nosset Dominus facie ad faciem. Chal. cui reuelatus est Dominus facie ad faciem. Huius Mosaicę visionis in specie, & non per ænigmata plura mysteria profecquitur Origenes b in commentarijs numerorum. Ex patrum Doctrinis quam plurima scitu quidem digna diligenter, & erudite congeffit, insignis scripturarum indagator Magister Martinus in suo hypot. poseon. c Cui tamen in eisdem capitis Annotatione, asserenti, Mosē prophetę nomine, ac titulo in scripturis sacris minime ornari solitum, sed legislatoris (quamquam verus, & insignis Propheta fuerit vti citra controuersia omnes testantur) minime assentior. Cum videam locis adductis ipsum Mosē honorifico prophetę titulo honorifice decorari. Et præterea id aperte comprobatur eccl. d cap. 46. vers. 1. ibi fortis in bello Iesus Naue successit Mosi in prophetis. Hoc est (vt Textus gręcus habet) *επι εσφηταις* in prophetijs, Imo & David Regem, prophetam insignem, superauit vti probat D. e Thom. f & incognitus super psalmos, & Magister g Hieronymus vilemius, libro de sex diebus post h Iustinum Martyrem, qui in oratione ad gentiles, Mosē Principem omnium prophetarum designatum testatur. Quidquid Lyranus, & alij asserant. Quia in re aduertendum verbis illis D. Thomę loco adducto in responsione ad secundum, quibus habet miracula, & signa; Mosi maiora fuisse, quoad modum faciendi, eo quod toti populo facta erant: satis quidem confirmari sententiam cuiusdam Rabini, quem Andreas Masius refert, dicentis, Mosē Iosue i Maiorem, eo quod plura, & diuturniora, & a pluribus spectabilia fecerit. Nam de Mosē, inquit, scriptum est כל ישראל לעיני hoc est ob oculos omnium Israelitarum, at de Iosua לעיני ישראל hoc est Anre oculos Israelis, vniuersitatis nota omissa. Rursus idem

a
Deut. 34.
10.

b
Orig. præ
cit. cap. 12
numer. ho
mil. 7.

c
lib. 4. c. 1.
Mosē p-
phete ut.
in scriptu-
ris decora-
tur cōtra
cantape-
trentem.

d
eccl. 46.
1.

e
D. Tho. 2.
2. q. 178.
arti. 4. vbi
caietanus.

f
Incognit^o
psal. 98.
vers. 1683
pa. 76. to.

g

Hierony.
Vilemius
lectio. 1.
pag. 6. & 7

h
D. Iustin.
Marti. 10.
1. pag. 52.
quę vid.
to. 2. pag.

171.

i
Iosua ca.
50. pa. 187

moses qua-
tuor mo-
dis alios
prophe-
tas supera-
uit.

idem, eundem Mosem quatuor modis omnes alios vates excelluisse demonstrat. Aliorum enim Mentis non nisi per administrum Angelum diuino afflatu vnquam esse concitatas: Mosem vero suo ore ex Dei ore, afflatus diuinos excepisse. Ceteros in somnis & secundum quietem: hunc vigilem sacra visa vidisse. Illos non sine pauida animorum consternatione diuinos percepisse monitus: hunc autem perinde atque si amicus cum amico colloquatur. Denique reliquos vates non nisi certis interuallis, modo crebris modo raris: At Mosem quouis tempore suis oculis dignatum esse Deum. Alij etiam addunt, hanc inter Mosem, & alios differetiam, quod aliorum vatum ea animi vis, quæ imaginatiua vocatur, (græci εἰκαστική καὶ ἰκαστική) diuino primū afflatu, pellitur; Et deinceps per hanc illa quæ rationalis appellatur. At Moses ipsa vi rationali plane percipiebat afflatus cælestes, absque vlla imaginatione, postquam Angelum vidisset in rubo. Et proinde in ipsius verbis ænigmata nulla erant. Andreas vero Masius loco superiore existimat Mosi hanc prærogatiuam in eo sitam esse: quod Mortalium nemine vel ante vel post, ad Christum vsque Dei filium tam sit familiariter vsus Deus atque illo vsus est, non autem in earum rerum quæ gererentur præter vsitatam naturæ legem magnitudine atque admirabilitate. Quippe quas nemo ignorat non humanis viribus aut industria; sed potentia diuina patrari. Quocumque tandem in his efficiendis vatur, Deus administro, tanquam instrumento quopiam. Quamobrè Christus suos discipulos erudiens, non eo magnopere placere ipsos sibi debere ait, quod ipsorum imperijs demonia seruirent, sed quod in regni cælestis albo inscripti essent. Quin Memoratum est ab euangelistis (vti idem Masius ponderat) fuisse qui Christi nomine miracula facerent, neque tamen Christum sectarentur. Ni mirum cum Mosem ecclesiæ veluti pædagogum esse oporteret, à quo illa ad Christi mysteria erudiretur &

Vatum ima-
ginatiua
quomodo
ad vaticinandum
moueatur, &
qualiter
græce dicatur.

Andreas
Masius.
Mosius præ-
rogatiua
in quo si-
ta.

^a
Luc. cap.
10. vers.
17. & 20.

Moses ec-
clesiæ fu-
turæ pæda-
gogus.

cuius legibus tantisper se haberet, dum aduenissent dies salutis, summā necesse erat esse eius auctoritatem; quam sanè ipsi non tam miraculorum facultas, quam intima Dei familiaritas conciliare potuit: apud eos certe qui res ipsas iudicarent. Hæc Andreas Masius. Idem Aug. Eugubinus loco præcitato, à quo tamen libenter discendo dum, ait, Deum cum Mose familiariter per angelum medium colloquutum, quod prius D. b Bonauen. & carthusianus, sensisse videntur, facer namq; textus aperte ostendit eam familiaritatem Dei cum Mose, non esse qualem, sed talem qualis, amici ad amicum intimum, & charum esse solet, ac proinde facie ad faciem, ore ad os cum illo colloquutum fuisse, quæ verba internuntium excludunt. Vnde D. c Augu. de genesi ad litteram, facie ad faciem, explicat idest contra in contra, & idem libro de trinitate. D. e Greg. Nazianze. de laude virginittatis de hac re scribens, nuntienque (inquit) aduerso lumine cernit. Aque ideo B. f Clemente Romano. Sum. Pont. in apostolicis constitutionibus referente, Sacri Apostoli sic scribunt. Mosem Dei seruum cui Deus facie ad faciem colloquebatur: Veluti si quis cum amico loqueretur, cui dixit noui te præter omnes, cui coram loquebatur, non per species, non per insomnia, nec per angelos vel ænigmata, &c. Vbi tamen Turrianus suis in adnotationibus asseres. D. g Clementem minime negasse Deum nunquam per Angelos cum eo, loquutum fuisse, sed qd aliqui ei loquebant sine angelis facie ad faciem plane diuinat. Cōferunt satis quæ B. h Arias Montanus in libro de actione obseruat & ostendit, videre faciem familiaritatem cōsuetudinemq; indicare, & facilitatem agendi, & impetrandi apud eum cuius facies videt. Iuxta illud Matt. i 18. vers. 10. videte ne cōtemnatis vnum ex his pusillis, dico enim vobis quod angeli eorum in cælis semper videt faciem patris mei, qui in cælis est. Et illud Hester. k i. 14. interrogauit sapiētes, qui ex more regis, semper ei aderāt: & illorum faciebat

^a
Aug. Eugubin. d. ca. 12. Nu.

^b
D. Bon. & carthusin. 2. sent. dist. 3. 94.

^c
D. Augu. ca. 37. no. 3. pa. 283. col. 1.

^d
Aug. li. de trinitate. li. 1. ca. 18. to. 3. pag. 101. col. 2.

^e
D. Greg. Naz. pag. 1252.

^f
B. Clem. Romanus lib. 8. pag. 556. vers. cap. 52.

^g
pag. 270. h
Arias Montanus pag. 10. col. 2.

ⁱ
Matth. 18. 10.

^k
Hester. 1. 14.

faciebat cuncta consilio, scientiū, leges & Iura maiorū, (erant autem primi, & proximi charfena & sethar & admoetha & tharhis & mares & Marsana & Mamucham,) consiliarij, seu septem Duces Persarum atque Medorum, qui videbant faciem Regis. Vnde licet certum sit (vt D. a Thomas docet) per visionem faciei diuinæ, quam Moses videbat, eminentem quandam contemplationem, & familiaritatem significari: Nihilo tñ minus ea familiaritas in ipsa confabulatione ore ad os habita, absque vlllo intermedio manifestissime conspiciebatur. Nec aliud dici potest cum Deus Optimus Max. verba illa in honorem, & excellentiam Mosis vere pronuntiauerit. Quibus vero modis propheta in scripturis accipi soleat, vid. vltra cātapetrensem, & citatos R. P. F. Barthol. b de Medina, in commentarijs ad tertiam partem summæ. Hanc Mosis cum Deo familiaritatem comprobant etiā sacra illa Dei uerba ad Mosē in li. Exod. 33. f uers. 12. Noui te ex nomine: Vbi Oleaster id recte ponderat. Et ante ipsum D. Basilius in asceticis relatus ab Anastasio d Episcopo Niceno in quæstionibus sacrę scripturæ, dum ait; Cum uideo Mosē illum dei seruum, illum inquā, Magnum, qui tali & tanto, a Deo dignatus est honore, & ab eo sæpe hoc accepit testimonium, ut audierit, nouite præter omnes, & inuenisti gratiam coram me. Idem D. e Greg. Magnus in Euangelia docet, noscere aliquem ex nomine: specialem præter ceteros cognitionem significare. Sed & ad huius familiaritatis cumulum, accedat etiam illud quod D. Aug. & alij classici authores nō pauci asserunt; Mosē (sicuti & D. Paulum, Diuinam essentiam aperte etiā uidisse, eaque ad tempus fruitum fuisse uti latius prosequitur Magister Michael f de Palacios, & Medina. g Quibus adde D. h Gregorium Theologum, quidquid Elias eius interpres ibidem distinguat, & Iacobus Christopolitanus in præfatione psalmorū cuius meminit

^a D. Thom. 1. 2. q. 98. ar. 3. ad 2.
^b R. F. Barthol. de Med. q. 7. art. 8. pag. 244. co. 1.
^c Exod. 33. 12.
^d Anastasius q. 35. to 6. bibl. SS. patr. pag. 180.
^e D. Greg. homil. 25. to. 2. p. 8. 286.
^f Moses videt diuinā essentiam
^g Michael de Palacios sent. diff. 1 disp. 4.
^h F. Barthol. de Medina 1. 2. q. 67. art. 3.

h D. Greg. Nazanz. in orat. 33. pag. 741. & orat. 3. pag. 183.

minit Sixtus Senensis. a in sua Bibliotheca sancta, vid. Sott. b in libris de Iustitia, & Iure, & Alphonsum à Castro aduersus hæreses uerbo beatitudo hæresi prima. Vidit autem eam diuinam essentiam non in corpore, sed extra corp⁹. Iuxta ea quæ tradit D. Greg. Magnus. c Sciatim asserit Prudentius inferius citandus. Vide quæ superius capite quarto tetigimus. Cæterū difficilis red- ditur superior traditio, ex loco illo per quam difficili exod. 33. uers. 13. ubi Mosēs facialem (ut ita dicamus) Dei uisionem ab ipso Deo & Dño enixe postulabat. (Si ergo, inquit) inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Apertam atque manifestam Dei uisionem postulasse aperte satis ex Septuag. translatione constat. Dum sic transtulerunt. *εἰ τὴ συνηγα, χάριν ἐναντίον σου, ἐμφαν- σὸν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ἵνα ὀψασθ, ὁ πᾶσαν τῶ συνηκῶς χάριν ἐναν- τίον σου.* Hoc est: Si igitur inueni gratiā corā te, ostende mihi te ipsum manifeste, ut uideā te, ut sim inueniens gratiā corā te. Et rursus uers. 18: Ostende mihi gloriā tuam. Vnde de Clemens. e Alexandrinus libris Stromatum locum illum, ita legit: Ostende mihi te ipsum euidentissimè. Et Phēbus f Episcop⁹, aduersus Arrianos, asserit Mosē postulasse ut cognoscenter eum uideret. Idem & Victorinus g aduersus Arrianos, & Ioānes Maxentius h lib. 2. dialogorum tradit, uidere faciem esse diuinitatem Dei uisibilem, uelle sibi esse. Cum Septuaginta, legit Tertulianus i aduersus praxeam, Anastasius k in Exemerone. Vidit D. Hieronymum l apud quem, facies illud idem significat. D. m Greg. Mag. consentit & Pagninus n in Isagoge. Et faciem filij, patrem esse asserit Tertulia. loco adducto. Auger, & superiorem difficultatem Domini responsio uers. 2. ibi non poteris uidere faciem meam, non enim uidebit me homo, & uiuet: & iterum, ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram, cunque transferit gloria mea,

^a Sixtus Senensis lib. 5. anno 41. pag. 372.
^b Sott. q. 1. art. 2. li. 2. lib. 18. Moral. cap. 28. to. 1. pag. 455.
^c Clem. Alex. lib. 5. pag. 167.
^d Phēbus episcopus to. 5. bibl. SS. patr. pag. 250.
^e Victorinus lib. 4. d. to. 5. pa. 344.
^f Ioēs Maxentius d. to. 5. pag. 5376.
^g Tertulia pag. 322.
^h Anastasius in appēd. bibl. SS. par. pa. 61.
ⁱ D. Hiero. to. 4. pag. 111.
^k D. Greg. Mag. li. 34.

moral. ca. 3. in pri. n Pagninus pag. 38. in fin. & 168.

mea, ponam te in foramine petrae, & protegam dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea; faciem autem meam videre non poteris. Vulgata septuaginte consonat; sed loco eorum verborum: posteriora mea; aiunt Septuag. tunc videbis que post me, & facies mea non videbitur tibi. Chal. Paraphrasis, sic explicat: Non poteris videre faciem gloriæ meæ, non enim videbit me homo, & viuet. Dixitque Dominus, ecce locus est paratus in conspectu meo, & stabis supra petram, eritque cum tranferit gloria mea, ponam te in cauerna petrae, & protegam te verbo meo, donec transeam, & auferam verbum gloriæ meæ, & videbis id quod est post me, & quæ sunt coram me non apparebunt. Præterea si facialem hanc uisionem illi denegat, eodem cap. vers. 19. Mose dixit, ostendam tibi omne bonum, si faciem denegat; quo nam modo omne bonum illi ostendit? Et quod nam aliud præstantius, sublimiusque bonum esse potest, quam aperta illa diuinæ gloriæ visio? Quamobrem ut hij difficultatem nodi disoluantur, sanctorum Patrum interpretationes quasdam atque sententias lubenter in medium proponemus. Iustinus^a in libro de veritate christianæ Religionis in ea est sententia, ut probet, & asserat, Christum filium Dei, verbum æternum non patrem; Mose, & Patriarchis apparuisse. Ac proinde illud faciem meam videre non poteris; de Deo Patre dictum, Christus namque filius Dei semper videbatur; ut etiam asserit Tertulia^b aduersus Iudæos. Nam qui ad Mosem loquebatur (inquit) ipse erat filius Dei, qui & semper videbatur. Deum enim Patrem nemo vidit unquam, & vixit: & ideo constat ipsum filium Dei Mosi esse locutum; & dixisse ad Populum: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam; id est populi, qui te custodiât in itinere. Idem^c Tertulianus plurimis aduersus praxeam comprobatur rationibus, & aduersus Marcionem. Vid. utrobique eiusdem Tertuliani, ac Iustini interpretes

^a Iustinus
Mart. pa.
114. to. 2.

^b Christ^o fi-
lius Dei
Mosi, & pa-
tribus appa-
ruit.

^c Tertul.
pag. 116.

Tertul. ad
prax. pag.
323. & ad
uerfus
Marcio.
pag. 213.

terpretes alios citâtes. Et Athanasium^a in oratione contra Arrianos, Beatum quoque Irenæum^b aduersus hæreses. Christum, denique in humana specie à patribus visum, & cultum, tradit Eusebio^c in historia Ecclesiastica, cui Nicephorus^d consentit, quibus adde Clementem Alexandrinum^e in suo pedagogo. Vnde Prudentius in apoth. contra Patripassum.

*Hoc verbum est, quod vibratum patris ore benigno,
Sumpsit: Virgineo fragilem de corpore formam.*

Inde figura hominis non dum sub carne (nata) Moysi,

Obiecta effigiem Nostri signauerat oris:

Quod quandoque Deus verbi virtute coactum

Sumpsurus corpus, faciem referebat eandem.

Idem.

Ergo nihil visum, nisi quod sub carne videndum

Lumen, imago Dei, verbum Deus, & Deus ignis,

Qui sentum nostri peccamen corporis implet:

Ipsè dator legis diuina, accedere coram.

Iussus, amicitia collato, qui stetit ore

Cominus, & sacris coniunxit verba loquelis

Carnis in effigia Christum se cernere sensit.

Verum horum Patrum interpretatio ac doctrina qua plane asserunt: Verbum diuinum à Mose, alijsque Patriarchis in humana specie visum, conspectumque periculosa mihi semper visa est. Cum verbum æternum, filius patris Christus Dominus: Ante sacratissimam ex purissime virginis visceribus incarnationem, corpus humanum minime assumpserit. Vnde Anastasius Synaita in commentarijs in exæmeron sic ait: Nam si tunc in corporatus, & humana forma præditus fuisset, Deus verbum, nunquam in extremis temporibus ex sancta virgine carnem suscepisset, homo factus. Hæc ille. Sed si illud assumpsit, vbi nam (quæso) relinquit? quamobrem ea sententia accedere videtur Antropomophytis quorum errorè, & hæresim superius reprehēdimus, & latius prosequer h Vilemius in libro sex dierum post Castrensem dictione Deus.

LLI Obidq.

^a Athanasius
orat. 2. pa.
156.

^b Irenæus li.
4. cap. 11.
12. & 13.
& cap. 21.

^c Eusebius
lib. 1. ca. 2.
& 3.

^d Nicephorus
lib. 1.
cap. 3. & 4.

^e Clem. A-
lex. lib. 1.
cap. 7.

^f Anastasius
lib. sep. in
append.
bibl. SS.
pat. r. pag.
1462.

^g cap. 4.
^h lectio. 26.
pag. 298.

Obidque merito D. Augustinus a lib. de videndo Deum ad Paulinam; probat, verbum, & totam trinitatem inuisibilem esse Deum: Et in libris b contra Maximum Arrianorum Episcopum; Nam, inquit, secundum id quod verbum est, Deus apud Deum, & ipse inuisibilis est, sapientia Dei est Christus, humana sapientia est inuisibilis, & Dei sapientia visibilis erit? Quantum ergo attinet ad illam naturam in qua est æqualis patri, pariter est Deus, pariter omnipotens, pariter inuisibilis, pariter immortalis. Idem Aug. in c tractatu super Ioannem sic ratiocinatur: Si ergo propter carnem, visibilis filius est, & nos concedimus, & est catholica fides; si autem ante carnem visibilis, sicut ipsi dicunt, id est antequam in carnem daretur, multum delirant, & multum errant. Facta sunt enim illa visibilia corporaliter per creaturam, in quibus typus ostenderetur: non utique substantia ipsa demonstrabatur, & manifestabatur. Et hoc attendat charitas vestra lene documentum. Sapientia Dei videri oculis non potest: Fratres si Christus sapientia Dei, & virtus Dei, si Christus verbum Dei: verbum hominis oculis non videretur, verbum Dei videri sic potest? Expellite ergo de cordibus vestris carnales cogitationes, ut veri sitis sub gratia, ut ad nouum testamentum pertineatis. Idem Aug. a ibidē. Nemo enim uos fallat fratres (inquit) eorum qui dicunt inuisibilem patrem, & visibilem filium: hi enim hoc asserunt qui putant eum esse creaturam: Nec intelligunt secundum quod dictum est, ego, & pater vnum sumus, prorsus in forma Dei in qua æqualis est patri, etiam ipse filius inuisibilis est. Ut autem ab hominibus videretur, formam serui accepit, & in similitudinem hominum factus, visibilis factus est. Ostēdit ergo se etiam ante quam susciperet carnem oculis hominum, sicut voluit in subiecta sibi creatura, non sicuti est. Hęc Aug. Concludimus ergo ex D. Aug. hæresim esse atque falsum dogma asserere: Verbum Dei Christum Dominum ante assumptam humanam

a
D. Augu.
Epist. 112.
cap. 8. to.
2. pa. 203.
b

c
Tract. 4.
ex cap. 1.
to. 9. pag.
12. col. 2.
B.

Hereticū
delirū, est
secūdum
Aug. asse-
rere filiū
Dei ante-
quam in-
carnaret.
visibilem
fuisse.

d
D. Augu.
tract. 54.
ex cap. 12.
pag. 158.
col. 2.

Hereticū ē
asserere
verbū Dei
patribus
visibiliter
apparuisse
in cor-
porali spe-
cie ante as-
sumptam in
Nauim.

humanam naturam Mose, & patribus visibilem in corporali specie apparuisse. Qua in re patres oppositum sentientes lapsi sunt. Vnde D. a Athanasius in sermone contra Arrianos sic scribit: Olim igitur ad vnumquodque sanctorum verbum factum est, eosque sanctificauit, qui illud legitime recipiebant, nec tamen quum illi nascerentur, dictum est, verbum esse carnem factum, nec dum illi partiebant scriptum est verbum passum esse. Contra, ubi semel verbum natum ex Maria prodijisset sub consummationem seculorum ad peccata abroganda (ita enim patri visum fuit Filium suum mittere, factum ex muliere, factum sub lege) tum denique scriptum est, verbum assumpta carne hominem esse factum. Et reliqua. Origenes b etiam in tract. super Matth. sic scribit. Quomodo hic Dominus Iesus, quasi qui frequenter voluit congregare Iudæos, non autem congregauit propter contumaciam nolentium credere, ita dicit: Quoties volui: cum sit Manifestum semel eum docuisse, in corpore Iudæos? sed non solum in presentia, verum etiam substantialiter semper. Christus presentis fuit, & in Mose, & in Prophetis, magis autem, & in angelis ministrantibus salutem humanam, & per singulas generationes, & sic impletur: quoties volui: per singulas enim generationes semper voluit, & festinavit perficere voluntatem patris in eis; Et si non in corpore constitutus, sicut nunc in fine seculorum, tamen semper festinavit congregare filios Hierusalem. Ipsi enim volentis congregare filios Hierusalem, voces habentur in lege, & prophetis: & de ipso scriptum est: c Expandens alas suas cepit eos, & suscepit eos super scapulas suas, & quotidianum opus est Christi congregare filios hierusalem; de quibus in Esaias & in reliquis prophetis plura dicunt. Hęc Origenes. Duo ergo catholice veritates ex superioribus eliciuntur. Prima est, Verbum Dei, filium Dei, Christum Dominum, patribus, & Mose olim loquutum, cognitumque: ac de eo Mosem & scripturas omnes loqui, ut etiam patribus superius

a
D. Atha-
nasius ser-
4. pag. 254
& 242.

b
Origenes
tract. 26.
ex cap. 23.
to. 2. pag.
83. col. 1. 2.

Christus
substantia-
liter sem-
per presentis
fuit, & in
Mose, &
prophetis

c
Deut. 32.
11.

Christus fi-
lius Dei pa-
tribus lo-
quutus.

rius citatis, apparet, & latius, ex D. Hilario in libris de Trinitate. ^a Qui cum Athanasio (vt refert Feuardentius statim citatus,) satis laudant duo illa Cōcilia syrmiensis decreta, nempe si quis quod scriptum est; faciamus hominem non patrē ad filium dicere, sed ipsum ad se ipsum asserit dixisse Deum; Anathema sit. Si quis illud quod scriptum est; pluit Dominus à dño, non de Patre, & filio. perceperit, sed ipsum à semetipso pluere dixerit, Anathema sit. Ac proinde Christi diuinitas Manifeste satis ex veteris instrumenti testimonijs comprobatur. Qui tamē eam infirmāt, hæretici sunt habendi, eosq; optimē cōuincit post iam adductos R. F. Franciscus Feuardētijs in appendice ^b aduersus hæreses. Secūda veritas huic proxima est filiū Dei olim patribus in forma humana, cū ante carnis assumptionē inuisibilis fuerit, minime apparuisse, in eoq; deceptos Antiquiores. Potuit autem verbum Diuinum, Christus filius Dei, per aliquā subiectā creaturam (vti superius Aug. docuit) veluti in typo apparere, aut per aliquā speciē in mēte eorū ipsum representantem. Ex quibus relinquitur manifestum, locum illū deut. 33. vers. 13. cuius difficultas, huic tractationi occasionē præbuit; Nulla ratiōne posse intelligi, de visione filij Dei in specie corporea; sed de visione ipsius Diuinæ naturæ, quæ Mōsi abscondita erat, quamque ipse in propria natura manifeste & in specie, conspiciere desiderabat; dicēs, ostendē te ipsum manifeste. Quamobrē alius diluēdē difficultatis modus quærēdus est: ^d Augustinus ergo Eugubinus in præcitato capite; vt difficultatē magis dilucidet (Seipsum vt ita dicā magis obscurās inuoluēs septuagintaque, & vulgatā nostrā audacissime carpens, atq; damnās) sic ait: sed peius transtulerūt Septuag. & maiorē errandi occasionē præbuerunt; ostēde mihi te ipsum. Quod plurimū abest à vero, & humilitate Mōsis: & postmodū circa illa verba: ego ostēdā omne bonū tibi: Ait totā illā periodū penitus in contrarium sensum verti, à septuag.

&

^a
D. Hilari
lib. 4. pag.
22. cum
alijs seq.

^b
lib. 3. here
si. 2. pag.
123. 1. to. 1
operū ca-
strensis.

^c
Christū fi-
liū Dei o-
lim patri-
b⁹ i forma
humana
minime
apparuisse
Vid. su-
pra cap. 4.
hoc lib.

^d
Aug. Eu-
gubinus
to. 1. pag.
160.

& aliquāto secus à Hieronymo, ego faciam transire omne bonum super faciem tuam, vel ante faciem tuam; clarumque esse hoc à veritate alienum fore ac miram esse cecitatem. Ac proinde existimat Mōsem viam qua ituri essent, ne in aliquem errorem miserabilem inciderent; à Dño postulasse. Cui expositioni suffragari ait, Textū Hebræum vbi 7777 de barecha pronomen ponitur, significans viam tuam. Cui sententiæ Pagninus, & Oleaster adstipulantur. Verum ego ab ipsis, plane discedo, tum propter eorum hebraizandi naturam, & ingenium, quo facilē vulgatā, & reliqua omnia (magni quidē alias faciēda) facile parui pendunt: Cum etiam quod Septuag. interpretum translationem irridere, & vituperare temeraria, & ingens sit audacia Septuag. namque translationem emēdare nemo audere debet, vt satis ostendit Reuerend. Iulianus ^a pomerius Archiepiscopus Toletanus Aug. citans. Vnde verissimum est Mōsem de faciali Dei, hoc est de visione Dei in substantia sua, atque natura, sicuti est, ibidem egisse; vti concors Antiquorū, tam grecorum, quam etiam latinorum patrum, sententia pro comperto semper habuit: Et apud D. ^b Aug. locis superius adductis videre licebit, & apud D. ^c Chrystost. de incomprehensibili Dei natura, D. quoque Gregoriū Magnum, ^d qui difficultatem illius Textus, Exod. 33. vers. 13. tangit, & soluit, consule etiam Greg. Nyssen. de vita Mōsis, & super Cantica Canticorum, qui remfusus, & elegātius cæteris prosequitur. Præterea diuina responsio manifeste ostendit, Mōsem hanc ipsam facialem (vt ita dicam) visionem postulasse: Cum Dominus ei responderit: non videbis faciē meā, non enim uidebit

LLI 3 me

^a & li. 4. cōtra duas epist. pelagiani cap. 11. to. 7. pag. 480. Ambrosi. de bono mortis cap. 3. ab Aug. ibidem relatus Chrystostom de incomprehensibili Dei natura homil. 4. to. 5. pag. 1072. idem Aug. li. 4. de simbolo ad cathecum. ca. 3. to. 9. pag. 367. col. 1. ^c D. Chrystost. homil. 4. to. 5. pag. 1072. & to. 1. pag. 229. gen. 12. ^d D. Greg. Mag. 1. reg. cap. 10. to. 2. pag. 1005. idem lib. 18. moral. cap. 28. pag. 455. Greg. Nyssen. pag. 140. d. & in cant. homil. 12. pag. 346. c. cum seq.

^a
Iulia. po-
meri⁹ Ar-
chie. tole.
to. 5. bibl.
SS. patr.
Pag. 231.
sub fin.

^b
D. Aug.
li. 3. de ui-
dēdo De-
um c. 26.
pag. 318.
col. 2. to. 2.
& psal. 120
to. 8. pag.
584. co. 1.
& in tract.
13. super
Ioan. pag.
158. co. 2.
vid appēd.
illius to. 9.
Pag 374. c.

me homo, & viuet. Si Moses de via qua eundum illi cū populo erat interrogasset, non vtique tale accepisset, responsum. Respondit ergo Dominus Mosi postulationi faciem illi, & apertam denegans visionem. Vnde Oleaster ibidem tandem cogitur, locum intelligere de faciali dei visione. Nec quicquam Eugubinum, & reliquos iuuat illud pronomen baracha idest viam tuā: quippe quia per viam tuam, Moses faciem Dei intellexisse videtur: sicuti enim, facies hominis via est ad ipsius cognitionem, in facieque tanquā in speculo, & exteriori scriptura eius natura conspicitur: ita quidem ex facie, hoc est ex eius gloria, & maiestatis ostensione quis nam ipse Dñs sit cognosci, & contēplari potest. Ob idque Moses se se statim explicans, subiunxit, & sciam te. Quasi dixerit, si videro faciem tuam omne meum desiderium complebo, quo ardentem cupio, te ipsum manifeste videre, & tuam diuinā naturam manifestius cognoscere. Id quod præsensciens chaldaica paraphrasis, eam viam, Viam bonitatis suę appellauit. Accedit illud psal. ^a 24. vers. 10. ibi omnes vię Domini misericordia, & veritas; vbi gloss. & reliqui interpretes misericordiam Dei, viam Dei vocant. Et ipse Christus D.N. se viam, veritatem, & vitam esse profiteatur. Ioa. ^b 14. vers. 6. Hęc autem nomina de Deo dicta; vita uiuens, veritas, misericordia & similia: Dei essentiam significant & ab ea minime differunt, Iuxta illud Aug. ^c qui libro 7. de trinita. de Deo inquit, hoc est esse, quod fortē esse; & si quid de illa simplicitate dicitur, quae eius substantia significat. Consonat satis Doctrina D. ^d Tho. & aliorum omnium Theologorum. Facies autem Dei, & via Dei bonitatis, idem sunt; & vtraque diuinam essentiam, et naturam designant. Sicque necesse erit fieri D. Hiero. & Septuag. & corticem horum verborum considerasse, & sensum, atque spiritum ad quem semper suis in translationibus respiciunt, & attendunt. Accedit, & illud Iob ^e 34. vers. 21. vbi vie hominis sunt cogitationes

Via Dñi
facies eius
& visio at-
que cogni-
tio sue sub-
stantiæ.

^a
psal. 24.
10.

^b
Ioa. 14. 6.

^c
Aug. li. 7.
de trinit.
cap. 1. & 7.
& li. 6. ca.
4. to. 3.

^d
D. Tho. 1.
par. 9. 13.
ar. 2. & de
potentia.
9. 8. art. 1.
ad septi-
mū, & art.
2. ad 3. 4.
& 7. & re-
liq. Theo-
lo. 1. pr. mo
dist. 2. q. 2.

^e
Iob 34. 21

nes, & opera ipsius, vti etiā perdoctus Benedictus Ariamonta. in suis idiotismis ^a adnotauit: ad quem modum, via bonitatis Dei, ipsa Dei Maiestas, gloria, & essentia re-
ste dicitur. Facies autem Dei, & gloria Dei, idem sunt. Sed dices: si Moses ipsam Dei essentiam iam viderat, quid illi opus erat, iam cognita cognoscere? cur illi Dñs postulata denegat, dicendo faciem meam videre non poteris, posteriora vero mea videbis? Vnde adhuc perstat superior difficultas: sed vltra ea quę D. Aug. locis superius citatis, & alij non intuliter adducunt: Gregorij Nysseni resolutio mihi hac in re magis applaudet, ob idque eam in presenti lubenter proponā. D. ergo ^b Gregorius Nyssenus in libro de vita Mosi hanc difficultatem ex professo pertractans sic ait. Ambigere profecto quispiam poterit quomodo Moses, quem, tot tantisque visionibus Deum vidisse scriptura testatur, quo cum Deus ita loquebatur. Vt si quis amicum suum alloqueretur, orat nunc quasi nunquam vidisset vt videat. Et quomodo diuina vox modo annuit oranti quod petit, & hanc quoque gratiam sibi velle conferre non negat. Modo in desperationem deicit cum asserat, non esse hanc vitam hominum eius rei quam postulabat capacem. Et adhec quem locum esse apud se Deus dicit, & quem in loco lapidem, & quod in lapidē foramen, in quod iubet peruenire Mosē, Deinde Deum manum suam ad os foraminis illius positurum, & cum transierit Mosē inuocatum à foramine, posteriora eius qui vocauit inspecturū; Hęc enim scriptura narrat, & sic asserit Deum à Mose perspectum sicut diuina voce sibi fuerat promissum. Hęc omnia, si quis secundum litteram solum consideret, non obscurus dum taxat quærentibus sensus fiet, verum etiam non rectas, de eo generabit opiniones. Sola enim figurata, anterius, atque posterius habent, omnis figura corporis terminus, est. Quare qui figuram Deo attribuit, corpus ipsum consequenter putabit: corpus autem omne com-

pag. 24.

^b
D. Greg.
Nyssenus
pag. 150.

ca. 33 exo-
di nō litte-
raliter, sed
figurata.
a. c. piēdū
D. Greg.
Nyssc. pu-
tat.
Figura so-
la hēt an-
terius, &
posterius.
Figura
Deo incō-
uenit.

Compositum
difficile est.

positum est, compositum porro diuersorum ac differentium concursu constituitur. Quicquid vero sic constitutum est indissolubile non est, quodque dissoluitur id corrumpitur: dissolutio enim, corruptio compositi est. Quas ob res si quis posterius Dei, secundum litteram capiet, in hoc inconueniens consequenter deducetur. Nam ante atque retro in figura certe est, figura in corpore, corpus natura dissolubile, dissolubile autem incorruptibile esse non potest. Sic qui omnino litterę seruit, rerum ipsarum consequentia corruptibilem esse Deum opinari compellitur. Est autem Deus incorruptibilis animo atque immortalis. Non est ergo vbiq; sequenda littera. Quod si hac in parte actiorem quam littera patitur sensum quærere cogimur, Quis alienum esse à scriptura dicet, si ad spiritualem sensum, totam reducimus? Nam cum necesse sit partes aliquas spirituales intelligere, totum quoque necesse vt & possit, & debeat: sicuti partes intelligi; est enim totum ex partibus; quare partium naturam sapiat necesse est. Locus igitur apud Deum, & lapis in loco, & in lapide quedam capacitas, quam foramen appellauit: Ingressumque Mosis ad illud, impositio quoque Manus Dei, in ore foraminis, & transgressio eius, & uocatio, ac denique posteriorum partium aspectatio, ad altius, & conuenientius, norma, regulaque anagogica sic reducetur. Quemadmodum igitur grauias, & rotunda corpora, Si è cacuminibus montium lapsa deorsum fuerint, & si nullus postea impellat, ipsa tamen per se vehemientiore impetu si nihil impedimento sit, semper deferuntur, quousque ad planicię descendērint: sic Anima cuius natura sursum fertur, terrenis absoluta cupiditatibus ardentior in dies fit. uelociusque pertransit, ad sublimiora semper conscendens. Nam cum nihil sibi sit impedimento, per se ipsam ad naturam boni fertur. Attrahit enim ad se natura ipsius boni, omnes qui ad pulchritudinis eius radios sanis possunt oculis

Deus incorruptibilis atque immortalis.

Spirituales sensus, relicta littera hinc sequend.

Similitudo corporum grauium à cacuminibus, ad planicię descendentium, ad animę sursum naturam suam tendentem.

natura boni attractiu.

his respicere: Ita fit vt celestium desiderio semper ad maiora (vt apostolus ait) confurgat, atque semper ad altiora peruolet. Nam cum per ea quę iam percipit ad maiora, & perspicere, & aspicere possit, maiore, atque maiori desiderio, semper ardet, ac sic indefinenter sursum fertur, his quę peracta sunt, robustior facta, solum enim virtutis actio nutrit laborem vireque auget. Quapropter magnus ille Moses, cum semel per scalam in qua Deo innixus erat, (vt Iacob dicit) ascendere cepisset nunquam stetit, nunquam terminum Motus nouit, sed semper de gradu, in gradum ascendebat. Neque enim deficere vnquam potest altior gradus. Negauit falsam Aegyptiorum reginę coniunctionem, qua filius eius putabatur: hebręum vltus est, ad desertam, & solitariam se transtulit vitam, quā humanę perturbationes non vexant, pauit sicurium animalium gregem, vidit resplendentem lucem diuinam, abiecit calceos, vt facilius ad lucem accederet, in libertatem vindicauit suos, hostem vidit vndis submersum, lucida nube ductus est, sicco lapide sedauit sitim, à celo deduxit panem. Præterea extensione manuum, alienigenam fudit, sonitum Tubę audiuit, caliginem subijt, ad penetralia diuini Tabernaculi ingressus, est sacerdotij didicit mysteria, simulachrum destruxit, propitium Deum reddidit, legem de Deorum prauitate dirutam restituit, gloria effulsit. Ac tot, tantisque sublimationibus elatus adhuc ardet desiderio, adhuc tanquam famescens atque sitiens, tanquam eo carens, quo semper fruebatur, orat vt videat, non vt ipse capere potest, sed vt se habet, qui desideratur. Vnde arbitror immenso desiderio, atque ardenti erga Deum, ita fuisse affectum, quod visionibus sibi enituit, vt ferre non possit, quin ab his quę comprehendit ad occultiora compelleret. Quo circa supremę pulchritudinis amator, quod iam viderat tanquam imaginem eius, quod non viderat credens ipso frui primitiuo

Anima celestium desiderio ardet sursum fert.

Virtutis actio labore vireque auget. Mose sēp de gradu in gradu ardentem ascendebat.

Solitaria vitā humanę perturbationes nō vexat.

Mosis vita miraculis & portētis corruscat.

Moses tanquā eo carens quo semp fruebat. orat vt videat, nō vt ipse capaxerāt sed iuxta ardēs quo afficiebo desideru.

miriua desiderabat. Id ergo vult illa audax in Monte
 petitio, ne per specula, & imagines, sed per veram, &
 propriam faciem frui pulchritudine posset. Diuina ve-
 ro vox per ea quæ negat, concedit, quod petitur, par-
 uulis verbis immensam sententiarum profunditatem
 subaperiens. Annuit enim facturum se quod peteba-
 tur: finem autem, atque cessionem huius desiderij futu-
 rum non promissit, nec enim ita quispiam Deum vide-
 re potest, vt videndi desinat desiderium. Nam in hoc
 profecto Deus videtur, vt nunquam, desinas ad eum
 respicere. Quare, inquit, non poteris videre faciem me-
 am, nec enim videbit homo faciem meam, & uiuet: Non
 quia causa mortis videntibus sit illa facies (Nam quo-
 modo vitæ facies causa appropinquantibus mortis ef-
 se poterit?) Verum quoniam, & si viuificat quidem,
 Deus natura, proprium tamen suum est, vt omnem co-
 gnitionem excedat. Idcirco quis eorum quæ cogno-
 scunt; Deum esse opinatur, quasi deuiasset ab eo qui est,
 ad id quod esse putatur, vitam non habet. Nam qui verè
 est, is vera vita est, & hic cognitione non comprehendit-
 ur. Quare si hæc viuificans natura cognitionem omnem
 excedit, non est profecto uita id quod cognoscitur, quod
 uero vita non est, id vitam præbere non potest. Sic igitur
 desiderium Moisi adimpletur, vt insatiabile permaneat:
 Discit enim ex istis, quod Deus natura interminabilis
 est, nullo termino comprehensus. Nam si aliquo termi-
 no concludi intelligatur, necesse est termino illi aliquid
 connectatur: omnino enim quod terminatur, ad aliud
 desinit, vt terrestrium terminus aer est, & aqua rerum
 aquaticarum. Quare qui diuinam pulchritudinem vide-
 re desiderat, & ad id tendit, in hoc cursu semper consistat,
 & id est vere Deum uidere ut nunquam id desiderium
 terminetur. Quare necesse est, ut cum uideamus sicut no-
 bis possibile est, maiore uidendi desiderio exardescamus
 Et sic nullus unquam terminus abscindet nobis iter huius:

Cum

Per veram,
 & propriam
 faciem frui
 diuinam pul-
 chritudine
 Moses
 postulat.

Videre De-
 um ita, vt
 videndi de-
 sinat desi-
 derium est
 impossi-
 bile.

Deus tunc
 videtur, cum
 non desi-
 nit quæ ad
 eum respi-
 cere.

Non vide-
 bit me ho-
 mo & vi-
 uet quem
 sensum ha-
 beat.

Mosis desi-
 derium ad-
 implet
 insatiabile
 permanente.

Videre De-
 um vere
 nunquam
 cessare a
 desiderio
 videndi eum.

Cum nec ipse boni terminus aliquis sit, nec fatietas de-
 siderij huius possit fieri. Sed quis nam est ille locus qui
 apud Deum esse intelligitur? quid ille lapis? Quæ est illa
 capacitas in lapide? Quæ est illa manus Dei, quæ os lapi-
 dei foraminis retinet? Transitus uero Dei quis est? aut
 posterius eius quod Mosi uidere permittitur? Oportet
 enim profecto magnum quid unum quodque istorum ef-
 se, & Deo tonanti non indignum, ita ut omnium uisio-
 ne, quam adhuc usque diem Moses uiderat maior hæc
 & sublimior credi possit. Ecce, inquit, locus apud me.
 Quod sic intelligendum est, quod ab ijs quæ mox dixi-
 mus non sit alienum. Locum igitur dicit, non superficie
 circumfusum, nec quantitate ulla descriptum, aut enim
 est in immenso mensura, sed ad infinitum atque inter-
 minabile, loci nomine, qui circumscripta mensura, termi-
 natur, auditorem deduxit, hunc ergo sensum subostende-
 re mihi uidetur: Quoniam tibi Moses ad anteriora per-
 gendi semper ingens desiderium est, nec ullo huius cur-
 sus labore defatigaris, nec terminum huius assequendi
 boni constituis, sed semper inhies ad maiora, scias tan-
 tum esse apud me locum, ut nunquam terminum eius,
 cursu, aut uolatu aliquo queas inuenire, hic autem cur-
 sus, atque uolatus, status quidem, est alia ratione. Sistam
 enim (inquit) te in lapide. Mirabile auditu, quomodo
 unum atque idem est status, & motus est, si quid ascen-
 dit, non stat, si stat non ascendit, at hic ascendit qui stat.
 Nam qui caducus atque instabilis cogitationibus est, non
 fixus in bono nec permanens, sed mobilis ac fluctuans
 cogitationibus uarijs oppressus, & conquassatus, is nun-
 quam ad sublimitatem uere uitæ ascendit; sicuti qui col-
 les conantur ascendere fabulosos: Nam, etsi proiectis in
 longum pedibus, magna transire spatia uideantur, sem-
 per tamen ad inferiora delapso sabulo deferuntur. Motus
 igitur fit, progressus autem nullus fit. At si quis, ut psal-
 mista dicit, à fœce profundi retractos pedes in hoc po-
 fuerit

Locus a-
 pud Deum
 quid.

Sensus ve-
 rus postu-
 lationis
 Mosi et
 responsionem
 diuinam.

Status &
 motus.

instabilis
 cogitatio-
 nibus, & in
 bono mi-
 nime fixus
 nunquam ad
 sublimita-
 tem ascendit.
 simile.

Locus.
Lapis.Capacitas
foraminisNomina
varia glo-
riae cele-
stis.Man^o dei
qbid.

fuerit lapide, lapis autem Christus est, plenitudo uirtutum omnium: quanto firmiter ac nobilior, ut Paulus consilium, in bono fuerit, tanto uelocius uolat hac stabilitate quasi penis eleuatus. Cum igitur locum apud se ostendit ad perpetuum cursum exhortatur: cum statum in lapide daturum se promittit, modum diuini cursus illius Mosis subaperit. Capacitas uero aut foramen lapidis uerbis apostoli expositum est, cum Domum non manu factam caelestem spe ijs referuari qui terrestre tabernaculum dissoluerunt, asserat. Nam certe qui cursum perfecit, ut ipse dicit, in lato illo, & capacissimo studio, quod diuina uox locum appellauit, qui uidelicet fidem conseruauit, ac in lapide, uti anigmatically dicitur, pedes suos firmauit, is corona Iustitiae, a manu eius, qui haec certamina nobis proposuit, coronabitur. Haec autem gloria multis nuncupatur a scriptura nominibus, una enim, & eadem res hic quidem lapis capacitas appellatur, in alijs autem, Paradisus, deliciae, tabernaculum, mansio apud patrem, patriarche sinus, regio uiuentium, aqua requietis, hierusalem superior, regnum caelorum, babylon uocationis, corona gratiarum, corona pulchritudinis, turris fortitudinis, supermensale gaudium, Dei confessus sedes Iudith, locus nominatissimus, occultum tabernaculum. Vna ergo illius gloriae haec quoque appellatio est Mosis in lapidem ingressus. Nam quoniam Christus lapis est, ut paulo placet, omnem autem bonorum spem in Christo firmiter esse credimus: qui bonum aliquod adeptus est, is in Christo est; qui omnem bonum continet: qui uero ad Christum peruenit, & a manu Dei tectus est. (Manus autem Dei quid aliud esse potest quam creatrix rerum uirtus?) ipse unigenitus Deus, per quem omnia facta sunt, qui, & currentibus locus est, & uia, ut ipse dicit & lapis confirmatorum, & Domus quiescentium, qui ad hunc in quam peruenit is audiet uocantem, is in posterioribus uocantis constituetur, ut scriptura monet, quod prope Dauid

uid^a ille intellexit, habitanti enim in auxilio excelsi dicit, in scapulis suis obumbrabit tibi, quod est post Deum esse constitutum. Nam scapulae posteriora sunt, de se autem clamat; ^b adhaesit anima mea post te, & suscepit me dextera tua. Vides quomodo psalmista cum historia consentit. Nam ut hic dicitur, eum a dextera suscipi qui post Deum adhaesit: sic ibi eum manus tegit, qui Dei uocem expectat in lapide. Sed Dominus quoque qui Mosis oracula dedit, qui ad implendum legem suam uenit; anigma id enodans apertissime, similiter ad discipulos ait: si quis (inquit) ^c uult post me uenire non dixit ante me. Hoc quoque ipsum cuidam de uita aeterna cogitanti precepit dicens. Veni, & sequere me: ^d qui autem sequitur non faciem, sed tergum aspicit. Docetur igitur Moses desiderans Deum uidere; quomodo potest Deus uideri: sequi enim Deum corde ac animo semper quocumque ducat id ipsum, est Deum uidere: etenim transitus ille Dei, Ducem esse Deum sequentis significat, cum non sit possibile uiam ignorantibus recte, ac tuto iterperagere, nisi post Ducem recte sequatur. Dux igitur praecedens sequenti uiam monstrat: qui autem sequitur, tunc a recta uia non aberrat: Cum semper Ducis tergum respiciat. Nam qui ad latera se transfert, aut ducentis faciem cernere studet, non facit eam uiam, quam dux ostendit, ac ideo dicitur ei, facies mea non uidebitur tibi hoc est noli ad faciem ducentis Dei occurrere, ne in oppositum cursum fiat. Nam si bonum bono contrarium non est, & qui ducentis faciem uidet, ducenti oppositus est, cum ducens bonus sit, ipse malus est, contrarium uirtuti uicium, quare Moses non ex opposito conspicit Deum, sed tergum eius respicit. Nam qui ex opposito Deum aspicit, non uiuet, ut uox diuina testatur. Non uidebit (inquit) homo faciem meam, & uiuet. Vides quantum est ut aliquis discat Deum sequi. Nam post illos adhaesum mirabiles, post gloriosas uisiones, post inaudita miracula, uix iuxta finem uitae

^a
p salm. 90
uers. 4.^b
P sal. 62. 9.^c
Math. 16
24.^d
Math. 19
21.Videre
Dei est sc
qui ipsum
corde ac
animo se-
per quo-
cumq; du-
cat.
Dux De-
us.Deum ex
tergo re-
spicere est
ipsum ui-
dere: Ex
posito: re-
spicere uo-
lens non
uiuet.

vite hanc consecutus est gratiã, vt disceret Deum sequi: nihil enim amplius mali officere illi potest qui post Deũ hoc modo constitutus est. Hęc eadem idem D. ^a Greg. Nyssenus in cantica canticorum cõfirmans in hunc modum repetit. Nihilominus vir tantus ac talis; qui tantis rebus interfuerat, & vsque adeo in sublimẽ ad Deum penetrauerat, insatiabiliter petit, vt Deum facie possit inueniri. At qui iam ante traditum erat, factam ei fuisse copiam conuersationis cum Deo de facie ad faciem. Nihilominus nec id quod colloqueretur cum Deo quasi amicus cum amico; nec quod familiariter cum eo conuersaretur, inhibere cupiditatem eius poterat, vt vltiora nõ expeteret. Si gratiam (inquit) inueni coram te, patefacito mihi te ipsum, ita vt agnoscere possim. Et is qui gratiam hanc ipsi facturũ se pollicetur, vt rogatus erat: (cum quidem diceret, noui te supra omnes) preterit eum diuino loco in petra, Manu diuina tectũ, ita vt vix post transitum posteriora Dei cõspiceret. Quibus verbis, vt equidem arbitror, docemur; eum qui videre Deum cupiat desiderij compotem fieri semper sequendo. Et diuinę faciei contemplatio est ad Deum nõquam interrupta progressio, quę tum demum nobis præclare succedit, cum verbum à tergo sequimur. Hęc Gregorius Nyssenus. Cuius profecto interpretatio locum illum exodi maxime, illustrat, formam sequendi Christum præbet, viam sequentibus demonstrat, & videndi faciem Dei, modum optimum, optime docet, & quàm plurima arcanorum diuinorum nobis referat sacramenta.

De falsa Rabinorũ Kabala atque duplici lege Mosi in monte Synai data. Cap. VII.



AD institutum ergo nostrum reuertentes, iam iã ex proxime adductis ac alijs non paucis, luce meridiana, clarius apparet, Mosem adeo profuse, & liberaliter diuinorum Arcanorum

canorum à Deo Opt. Max. compotem fuisse effectum, vt nullus satis pro merito (sicuti idem Nyssenus asserit) omnes illius adscensus, variasque eius patefactiones, verbis enumerare queat. His adiungi possunt, studiositatis gratia, illa trium graduum discrimina; Quę hebræi in supernis delineant: Fontem, videlicet, fluuium, & piscinam: è quibus sacros scriptores hauſtu longo potasse autumãt. Ita tamẽ vt Moses solus, è fonte, prophetæ è fluuio, Agiographi ex piscina, antea potauerũt, quam sua scripſissent volumina. Verum nos (vti ait R. P. & præsul Hieronymus ^b Vilelmus qui hæc in suis lectionibus sex dierum refert) ex uno eodemque spiritus sancti fonte omnes potasse credimus: Vnum tamen alio, largius, & affluentius, Mosem autem præ ceteris prophetis vberius. Huc etiam pertinere potest illud quod ipsi hebræi fingunt de quinquaginta intelligentiæ portis quarum ^c scaligerus, galatinus, & Petrus Gregorius cum alijs meminere. Eas vero Deũ Opt. Max. vna tamen minus (quam diuinę essentię visionem dicunt) Mosi tradidisse asserunt. Hisce portis vniuersę diuinę legis Arcanorũ Misteriorumque scientiam, claudi, continerique putant. Desumi vero eam scientiam fabulantur, ex historico, aut allegorico sensu: perditiones, vel arithmeticas supputationes, aut geometricas litterarum figuras, descriptas, seu trãsmutatas, vel per harmoniæ cuiusdam (satis vt puto dissonę) consonantias dissonantissimas, ex formis quoque characterum, ex Commutationibus, separationibus, tortuositate, coronatione, clausura, apertura, atque ordine. In hũc ergo confusionum labyrinthum Deũ Opti. Max. Mosem illum, lucidissimum solem, Dei illustrationibus effectum; introduxisse volunt, vt omnium naturarum cognitione ac ipsis Demũ Mysterijs diuinis imbueretur. Vt ea postmodum sapientioribus & senioribus manifestaret. Atque ideo Mosẽ ea Arcana ^d אֵלֶּיךָ אֶפְרַיִם pe el pe, hoc est ore ad os illis ostendisse, reuelasseque: ipsos vero easdem traditiones

^a Greg. Nyss. se. homil. 12. pa. 346

Videndi Deum desiderium.

^a in can. homil. 12. pag. 346. Mosi diuinę reuelationes e numerari nequeũt. Hebræi fabulose triũ graduum discrimina i supernis fingunt fontes, fluuios, & piscinas descriptas.

^b Lectio 1. pag. 7.

^c lib. 1. epistolij pag. 791. Kabalam Rabinorũ vnde desumunt.

^d Labyrinthus confusionum, è Kabala Rabinorum.

Post Es-
dram Bair
prim^o fuit
qui Kaba-
balau po-
steris tra-
didit.
Nephada
hebreis fa-
bulofitas
almudi-
ca.

contra he-
bræorum
Kabalam.

a
Jacob^o de
Valentia
81. pa. 614
co. 2. cum
seq.

b
Finus A-
dria lib. 9.
c. 2. & 3.

c
Stapleto
lib. 12. con-
tro. 7. cap.
14.

nes de aure in aurem posteris communicasse, ad esdram usque. Quem tamen (ut plures scriptis tradiderunt) primum fuisse dicunt qui easdē publicis monumentis mandauerit. Quas tamen fabulosi hebreorum authores, Nephando suo talmud integre, & uere complecti, mordicus contendunt. Hanc sapientiam Kalam idest receptionem dictam pro diuinis oraculis, cum omnibus suis uanitatibus, demoniacisque imposturis atque præstigijs, summo studio, (seu ut uerius dicam,) superstitione, uti ueram, & necessariam uenerantur, & excollunt. Verum ego hac in re (salua semper sacros. eccl. catholica, & apostolica Rom. censura, doctiorumque iudicio) aliter hisce præsertim temporibus, sentiendum, iudicandum, imo loquendum, atque scribendum semper censui. Ac proinde Kalam hanc uulgo ab hebreis eorumque affeclis decantatā falsam vanam futilem, supersticiosam, demoniacam, atque plane sacrilegam esse constanter asseuero. Atque à quodam demoniaco Idumæo Mair nomine inuentam, & ab ipsi phariseis, & recētoribus Rabinis auctam, & detestabiliorem indici redditam; uti late tradit Iacob^a de Valencia Christopholanus episcopus in psal. Finus^b etiā Adrianus in flagello hebreorum, adeo ut & ipsi heretici traditiones talmudicas irrideant, quas contemptus, gratia cōstitutionibus apostolicis comparant, illis tamē optime occurrit^c Stapleton^o de principijs fidei. Sed & si aliqua cōtineant nostris Mysterijs forsan consentanea (id quod aliquando, raro tamen fatebimur) non ideo illico, illa cum reliquis pro oraculis habenda sunt, nec ad sacrarum scripturarum legitimam interpretationem omnino necessaria existimanda, ut Rabinantes horum temporū interpretes aliqui, uane contenderunt. Ea autem quæ nobis consonant uti probabilia quædā, sicuti, & ea quæ à gentilibus, ac poætis benedicta recipimus, ab studiosis, uereque Theologis admitti solent. Ita tamen ut semper illud pro comperto habea-

habeamus, ueritatem, nempe, atque Maiestatem nostrorum Arcanorum Mysteriorumque ijs futilibus fundamentis, & superstitionum Kabalistarum figmentis, minime egere: profundioribus quippe atque solidioribus pedamentis, stabilita nitantur. Quam obrem ut uera a falsis distinguamus, ingenuè fatemur Iuxta veterum, patrum, & Theologorum unanimē sententiam, Mosē in Monte Syna cum ipsa lege scripta, uerum illius sensum, tum Mysticum, cum Historicum uerbo diuinitus accepisse. Id quod mihi ex eo saltem certissimum fit, quod reuelationes, & diuinæ patefactiones illi in Monte illo factæ (teste Gregorio Nysseno, & alijs superius citatis) fuerunt innumerabiles. Et præterea quod eum ipsum, super omnes alios prophetas, ueriori intelligentiæ, & diuinorum Mysteriorum cognitione Deus Opt. Max. cum mulatissime adornauerit. Vnde dubio procul, legis scriptæ (quam ut populo Israeli promulgaret, à Deo acceperat) ultimū, & spirituale finem, atque scopum cognouit. His autem finis Christus est, uti D. Apostolus Paulus ad Rom. 10. uers. 4. asserit, explicatus passim à sacris authoribus, quibus adiunge Gaudentium, Episcopum, & Tertulianum^c aduersus Marcionem, atque Irenæum^d Martyrem aduersus hereses & Origenem^e in euangelium Ioannis D. f Gregorium Magnum in præfatione psalmodi, qui omnes Christum legis initium: Medium, & finem fuisse asserunt, & subtiliter probatur, ex Aug. s discursu in libro de Musica. Vnde patet quam uera sit illa nostrorum Theologorū, atque Antiquorum patrum traditio qua sanè credimus ante Christum Dominum, & Saluatorem Nostrum incarnatum, Euangelium fuisse, hoc est uiam salutis, imperfectā tamen, & figurarum uelamentis coopertam atque occultatā. Tradit D. h Tho. & Theologi in quarto sententiarū

Maieftas,
& ueritas
catholica
& euange-
licæ uerita-
tis atque
doctrinæ
reuelatæ
non eget
fundamē-
tis, & falsis
inuentis
Rabinan-
tū, & Iu-
daizantiū.
Mosē in
Monte Sy-
na legis li-
terale, &
myfticum
eius sensū
recepisse
cōcors est
omniū sen-
tentia.

a
ad Rom.
10. 4.

b
Gauden-
tū episco-
pus tom.
7. bibl. SS.
parr. pag.
53. in fine.

c
Tertul.
pa. 254. 2.

d
Irenæus.
lib. 4. cap.
26. pa. 251

e
Origenes
pag. 169.
tom. 2. co.
1.

f D. Greg. Magnus to. 2. pag. 361. D. g D. Aug. cap. 3. to. 1. pag. 138.
h D. Thom. 3. par. q. 61. arti. 3.

M M m vbi

vbi Magister Palacius distinctione prima late profequitur; atque Frater Bartholomeus^a de Medina Theologus Salmaticensis primarius; quibus adiungo Clementem^b Alexandrinum in libris Stromatum, & Iacobum Fabrum Theologum Parisiensem in præfatione ad opera Epiphaniij: non est tamen prætermittendus Iustinus^c Martyr in libro interrogationum gentilium, & Tertulianus^d aduersus Marcionem, & in libro aduersus Iudæos, & Origenes^e in numerorum commentarijs. Adeo ergo finem legis à se late; hoc est Christum, Moses intelligebat, vt patres, atque historiographi ecclesiastici asseruerint Mose Christum loquutum eumque eius nomen, virtutem, & mysteria omnia præcognouisse vt superius adnotauimus. Vnde Origenes^f in præcitatæ commentarijs numerorum asserit, Mossem cognouisse quæ foret vera circumcisio, quod verum Pascha, quæ essent veræ neomeniæ & quæ vera sabbata, & cum hæc omnia intellexisset in spiritu, verbis tamen ea per rerum corporalium species, adumbrationemque velasse: Et cum sciret verum pascha immolandum fore Christum, quem corporalem immolare mandasse, & cum ipse Moses dum festum sciret, agi debere in azimis sinceritatis, & veritatis, tamen de farinæ azimis præcipisse diem festum agi. Hæc ergo, & alia huiusmodi asserit, Origenes, fuisse sancta sanctorum, quæ cum Moses portanda cæteris traderet, id est rebus, & operibus implenda cooperta tamen ea, & velata communi sermonum suadebat eloquio. Idem s. Origenes ibidem, obserua (inquit) in his distinctionem sermonum, scripturæ diuinæ vbi de operibus filiorum Israel loquitur; non dicit opera operarum, sed sola opera; vbi de officijs leuitarum, non dicit sola opera, sed opera operarum. Sicut quædam sancta sunt: alia sancta sanctorum, ita sunt quædam opera, & alia opera operarum. Vnde videtur mihi quia Moses vbi sensit esse quædam opera visibilia quidem; sed quibus inesset, interior alia Mystica,

Medina r.

2. q. 107.

art. 1.

Clem. A.

lex. lib. 6.

pag. 213.

c. & lib. 4.

pa. 139. b.

Iustinius

Martyr

resp. 101.

Tertulia.

lib. 1. pag.

141. d. c. &

pag. 100.

aduersus

Iudæos.

Origenes

cap. 16. ho.

mil. 9. pa.

126. to. 1.

Origenes

cap. 4. ho.

mil. 1. to.

1. pa. 118.

col. 2. M.

Sæcta san-

ctorum quæ.

Origenes

pag. 119.

col. 1. a. b.

Opera o-

perarum in

scripturis,

& opera

tatum quid

importet.

Mystica, & occulta intelligentia: hæc non solum opera, sed opera operarum dixit. Quæ vero communia, & præsentis solum temporis, opera intellexit, hæc solum opera nominauit. Sunt ergo quædam opera operum quæ ego putò esse omnia hæc, de quibus, vel in præsentis lectione, vel in exodo & cæteris locis sub occultis præcipitur Mysterijs & pro parte præsentis, & pro parte explendis in futurum. Quæ tamen (vt diximus) opera operum non cuilibet, sed leuitis solis, tradenda mandantur. Hæc origenes. Qui^a super illis verbis Ioannis: & hoc est testimonium Ioannis: & cæt. probans præstantiores prophetas diuinitatis. Mystera ante corporalem Christi aduentum intellexisse, Dei sermone eos docente, sic ait: Quod si sapiens intelligit ea quæ ex proprio ore protulerit, in labijs vero portabit animi candorem. Vel necessario quædam de Prophetis tanquam non sapientibus (vt qui non intellexerint proprio ore prolata) inconsiderate enuntianda erunt, vel quod celebre est, & verum admittentes (nempe prophetas sapientes esse) fatendum erit, quæ proprio ore protulerunt, eos intellexisse, in quæ labijs gestasse animi candorem & perspicuum est Mossem, mentis acie legis veritatem historiarumque apud se scriptarum allegorias iuxta anagogen vidisse. Quod argumentum vsque ad Ezechielem idem Origenes verba Pauli explicans optimè profequitur. Consonant plurima quæ D. b. Irenæus scribit, infeminatus est (inquit) vbique in scripturis filius Dei, aliquando quidem cum Abraham loquens, cum eodem commensurus, aliquando cum Noe dans ei mensuras, aliquando autem quærens Adam, aliquando autem inducens Iudithum. Et rursus: cum videretur, & uiam dirigit Iacob, & de rubo loquitur cum Mose (quod idem asserit D. c. Athanasius) & non est numerum dicere in quibus à Mose ostenditur filius Dei, cuius, & diem passionis

Origenes

to. 2. pag.

184. g. cū

seq.

Prophete

quæ ore

protulerunt

seruiter cor-

de spiri-

tualiter in

tellexerunt.

Irenæus

li. 4. aduer-

sus here-

ses cap. 23

& 24.

D. Atha-

nasius ora-

tio 2. con-

tra Aria-

nos pag.

156. d.

non ignorauit, sed figuratum pronuntiauit, eum Pascha nominans, & in eadē ipsa die quę ante tantū temporis; à Mose predicata est, passus est: Dominus adimplens Pascha. Non solum autem diem descripsit sed & locum, & extremitatem temporum, & signum occasus solis dicens non poteris immolare Pascha in nulla alia ciuitatum tuarū, quas Dominus Deus dat tibi, nisi in loco, quem delegerit Dominus Deus tuus inuocari nomen suum ibi Immolabis pascha à vespere ad occasum solis. Idem Irenęus^a ex petri concione acto. 3. confirmat. Et alibi, Mosis litteras, verba Christi appellat. Cum apud^b Ioan. cap. 5. uers. 46. Dominus dixerit, ille de me scripsit. Porro ex doctrina legis & prophetarum, Christus Dominus, & Saluator humani generis suam resurrectionem ostendit: ^c Luc. 24. 27. & Paulus acto. ^d 13. 30. ipsum Christum Dei filium, Natū, Passum, Resurgentem, & Regnantem in eternum docet. Qui ergo, dictante Deo, legem, hanc continentem doctrinam scripserat, quomodo illius Mysticum sensum, & finem ignorare potuit? Pręterea Moses fide Magnus factus est vti. D. Paulus testatur in epist. ad e hębreos 11. 24. At illa erat fides Christi venturi, & omnium eandem fidem consequentium. Quam quidem in omni seculo, & ætate saltem implicitē necessariā fuisse nemo est qui ambigat vti superius. cap. 4. tetigimus. Ergo superius, propositum, ac documentum verum est. Fulcitur adhuc præcitata sententiā, expressa D. ^f Hilarij Authoritas, qui super psalmis aperto ore tradit, Mosē legem spiritualem à Deo accepisse eaque senioribus ore ad os cōmunicasse. Nam (inquit) Idē Moses quāuis veteris testamenti verba in litteris cōdidisset: tñ separatim quædā ex occultis legis secretiora mysteria Septuag. senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimauerat. Hilariū sequitur Oleaster, & perdoctus Iulius Rugerius ^h Prothonotarius, Abbas, & secretarius dignissimus in opusculo suo de sensibus

^a D. Irenęus. lib. 3. cap. 12. & lib. 4. ca. 3.

^b Ioan. 5. 46.

^c Luc. 24. 27.

^d Act. 13. 30.

^e ad Hębreos. 11. 24. Fides Christi venturi necessaria.

^f D. Hilarij psal. 2. pag 193 col. 1.

^g Oleaster cap. 11. num.

^h Dominus Iulius Rugerius cap. 16. pa. 69.

sensibus sacrę scripturę subscribūt, consentit etiam R. P. Frater Michael^a à Medina in libro de recta in Deum fide, cuius verba hæc sunt. Fateor ego (neque enim vt dissentiam vlla ratio me vrget) in Monte Synai diuinitus ipsam legem, & Mosi, & quibusdam alijs verum legis sensum tum Mysticum, tum Historicum fuisse tributum, qui à perpetua successione Kabala fuerit appellatus. Hęc ille. Subscribit perdoctus Magister Melchior^b Canus de locis Theologicis, libro de traditionibus apostolicis seu ecclesiasticis, vbi etiam refert Anatholium apud Eusebium^c ex Mosis traditionibus, multa respondisse: comprobans item ex ea doctrina Apostolos iustis, maximisque de causis, alia similiter litteris, alia viua voce prodidisse. Diligentissimus quoque Thomas^d Stapletonus in libris controuersiarum, & principiorum fidei, de autoritate ecclesię circa dogmata non scripta sic ait. Denique quid putat Chemnitius? Quę postea prophetę tam multa, & varia scripserunt, quę etiam euangelicis, & apostolicis litteris postremo accesserunt, Nihil ad capita fidei & doctrinę à patriarchis, & primis illis patribus creditę pertinere, aut eorum nihil patriarchas credidisse aut didicisse? certe quamuis neque tam explicite de ipsa deitate instructi fuerunt, quam postea fuit Moses (nam nomen Adonai Deus non indicaue- rat illis) neque tam clare incarnationem Christi reuelatam habebant, quam Mosi reuelata fuit: qui tot sacrificijs, sacramentis, & ceremonijs à Deo sibi traditis futuram Christi mortem, totamque fere œconomiam præfigurauit: tamen de rebus agendis, deque doctrina, ad vitę mores necessaria, plenissime instructi erant, non secus quam per Mosē, & prophetas, eorum posterius postea fuerunt: Vt sapienter docet S. ^e Thomas. Hęc Stapletonus. Annotam & his libenter verba illa eruditissimi patris Turriani^f aduersus Centuriatores Magdeburgenses pro Canonibus apostolorū, & epistolis decretalibus.

MMm 3 Huius

^a Frater Michael de Medina libro 7. ca. 14.

^b Melchior Canus li. 3. cap. 30. fundam. 4.

^c Eusebius lib. 7. hist. eccle. cap. 28.

^d Stapletonus. li. 2. controu. 7. ca. 13. pa. 469. cum seq.

^e Moses de deitate magis instructus quam alij

^f S. Thom. 2. 2. q. 174. art. 6.

Turriani aduersus Mag. li. 4. pag. 349.

Traditionis non scriptæ quanta sit ad reuincendos falsos interpretes, & ad obliuiscendam legitimam legis interpretationem, non solum intellexerunt qui spiritum Dei acceperunt, ut illi primi, Moyses, & Septuag. seniores veteris testamenti Ministri, & post eos sancti Apostoli ministri noui eorumque successoris, sed etiam gentes quæ legem non acceperunt, natura ducere, hoc, utcumque agnouerunt. Hec ille. Plura in hanc eandem sententiã doctè scribit ^a Ludouicus Cælius Rhodiginus in libris antiquitatum, superioribus authoribus consensiens. Ad stipulatur ^b Sixtus Senensis in sua bibliotheca sancta. Suffragantur plura illa mysteria quæ ex Septuag. responsionibus Ptolomæo Regi præstitis, Dorotheus ^c Episcopus Martyr in synopsi de vita & morte prophetarum atque apostolorum collegit. Nec prætermittenda sunt quæ in huius doctrinæ confirmationem Philon ^d Hebræus doctè scribit in libro de Plātatione Noë, Mosem quidem non umbras, sed naturas Archetypas earum rerum quas fabricandas suscepit, sortitum fuisse, Denique clarius, & manifestius eidem tãquam in sole puro ostendisse, sursumque ipsum vocando hoc ipso significasse perfectum, & custodire orgiorum eius constituisse. At constat (inquit ille) D. Opt. Max. illis Septuaginta sapientibus de eiusdem ^e Mosis spiritu tribuisse. Ille vero spiritus erat copiosissimus cælestia, & spiritualia Arcana Diuina, atque superiora continens, & penetrans. Ergo eandem, illi sapientes, intelligentiam habuerunt, ut successores legitimi, & veri Israelitici usque ad Domini corporale aduentum, quam quidem posteris transmiserunt. Idem Philon in libro de gigantibus talis (inquit) est spiritus Mosis qui visitare solet illos Septuag. seniores ut fiant præstantiores cæteris, & reddant meliores, non futuri veri presbyteri nisi participatione illius sapiētissimi spiritus. Sic enim dicitur: Auferam de spiritu, qui in te est, & imponam in Septuag. sed caue putes (inquit Philon) hanc ablationem fieri.

^a Rodiginus lib. 1. cap. 1. to. 1. pag. 628. ubi Philon in libro 3. hist. naturalis, citat. Vid. thes. ling. lat. pag. 353. prima parte.

^b Sixtus Senensis lib. 2. diction. ebraic. & lib. 3. de elementaria expositione.

^c Dorotheus to. 2. bibl. SS. patr. pag. 177.

^d Philon de plantatione Noë pag. 145.

^e Num. 11. 17.

fieri per abscisionem, disunctionemque. Imo potius, qualis ab igne fit; qui etiam si faces innumeros accendunt, idem manet ne tantulum quidem diminutus. Talis est nature etiam scientiæ. Postquam enim discipulos, & familiares peritos omnes reddidit; nihilo diminuitur: nonnunquam augetur etiam sicuti narrant, de fontibus qui frequentant, ab aquatoribus: Nam, & hos fertur, hoc modo dulciores fieri. Sic continua colloquia exercitium, & meditationem afferentia perfectionem absoluunt. Quod si proprius ipsius Mosis spiritus aut cuius vis creaturæ, tantæ multitudini familiarium distribuendus fuisset, in tot portiones concisus utique diminueretur. Nunc autem spiritus ille sapiens qui inest ei diuinus est insecabilis, indiuisibilis, probus qui ubique implet omnia, qui prodest absque suo detrimento, impartitus alteri, ut nihil decedat ipsi, intellectui scientiæ, sapientiæ. Rursus idem ^a Philon de vita Mosis de his septuag. senioribus ita scribit. Siue chaldaicus græcam linguam, siue Græcus Chaldaeam didicerit, in utraque scriptura tum chaldaica, tum eius interpretatione, miratur germanitatem; Imo rerum, verborumque consonantiam adorat, non interpretes illos, sed initiatores etiam, & prophetas appellans, quibus datum est sincerissimas Mosis cogitationes assequi spiritu purissimo. Hec Philon, sed ne ^b D. Chrysostomum prætermissemus videamur eius sententiam his lubenter adiungimus: Ille ergo sic ait. Miraculorum porro causas Mosis duntaxat, Mosisque similibus Deus aperuit: rationalem, videlicet comprehensionem ipsis, ut pote solis ratione præditis, declarans, ita ut intelligerent quam nam ob causam nunc ægyptiorum aquas in cruorem verterit, nunc, ne singula commemorem, aliud miraculum efficeret, atque qua de causa hæc ordine fiebant, & quarum rerum figuræ, atque symbola erant. Quoniam enim non omnes per se à rebus noxijs, & cum detrimento coniunctis recedere poterant, id circo ad eos, qui eiusmodi infirmitate laborabant,

Similitudo.

Similitudo.

Similitudo.

^a Philon de vita Mosis lib. 2. pag. 412.

^b Chrysost. psal. 104. to. 1. pag. 267. D.

potentes, ac robustos uie ad bona ferentis duces mittit. Sunt autem illi, Dei lex, Moses, & sacerdotalis ratio: cuius symbolum erat Aaron. Atque illi quidem linguam mouebant, & ora sua Deo commodabant, ac verba emittebant: ceterum vniuersa virtus ab eo mittebatur. Hæc Chrysostomus. Huc etiam pertinent illa quæ patres docent de regno cælorum sub figura rerum temporalium olim promissa; de spirituali patriarcharum cognitione, noui Testamenti futuri, de die Christi quem vidisse Abrahamum ipse Christus Dominus N. Testatur, & illa de explicatione legis Moysi, & prophetarum discipulis à Christo resurrectionis die manifestata: de quibus agit Augustinus lib. 4. contra faustum Manichæum. Ex quibus omnino suadetur spirituales sensus priscis non omnino occultatos fuisse, illisque diuina reuelatione, euangelij & Christianorum Mysteriorum rationes notas fuisse (licet imperfecte & umbratice) haud dubie credimus. Ex ea ergo veterum patrum, eruditissimorumque authorum, communi calculo stabilita sententia, apparet Mosem non solum litteralem historiam, eorum quæ in illo montano Arabici Montis Gymnasio, dei lumine atque consortio illustratus, cumulatissime didicit, accepisse: sed & spiritualia recõditaque earundem rerum Arcana quamplurima, ad futuri redemptoris aduentum, redemptionemque humani generis pertinentia, & legis vniuersæ, Mysticam interpretationem, non Iosue tantum sed & septuag. sapientibus tradidisse. Qui sane ea arcana conseruantes, alijs ad id idoneis comunicarunt. Quam sententiã præter rationes præcitatas ac innumeras patrum confirmationes, eo lubentius amplectimur, quo inde promptius nostri Catholici tractatores, ad illum articulum de Ecclesiasticis traditionibus non scriptis: minimè contemnendum colligunt fulcimentum. Quam tamen in re licet à præcitatis patribus minimè dissentire audeam: Aduerto tamen salua rectius iudicantis censure, auctoritates frequenter adductas quibus probatur Mosem in morte syna-

Kaba-

^a
D. Augu.
que. fau-
stū Manic.
le. 4. cap. 2
pag. 93.
to. 6.

Kabalã posteris traditam recepisse, parum firmitatis, & efficacie obtinere. Nam primo ille locus Esdræ lib. 4. cap. 14. vers. 6. integrã fidem minime facit, cum non sit liber authenticus, & ab ecclesia inter Canonicas scripturas receptus: quæ solū primū, & secundū Esdræ recipit (sacrofancto Tridentino Concilio ita decernente) tradit etiam Isidorus in libris etymologiarum. Athanasius in synopsis, Beda, & alij quã plurimi, & apud ipsos hebræos receptus minime reperitur. Nec vacat scrupulo in eo lib. 4. afferi Esdræ ab Aarone descendere per 19. generationes, cum tamen in pri. lib. eiusdem Esdræ cap. 7. per tredecim generationes descendisse asseratur. Et lib. 2. per undecim dumtaxat. Ac proinde non est cur 4. & 3. Esdræ liber in alicuius veritatis inuitabilem confirmationem adducatur. Minus etiam conuincit illud cap. 3. 2. deuter. Dum Moses vers. 7. cum filiis Israel agens, interroga (inquit) patrem tuum, & annuntiabit tibi. Nam Moses ibi loquitur de Magnalibus mirabilibusque à Dño tantum in Aegypto quam in deserto in Israelitarum gratiam perpetratis. Quorum cognitionem, & memoriã perpetuo conseruatam custoditamque apud ipsos esse cupiebat. Atque ita vult ut Iuniores, seniores ipsos veluti oculares, & certiores testes, eorundem mirabilium, interrogent. Vnde illa seniorum interrogatio, non ad vllam traditionem referenda est: sed ad beneficia ipsius Israelitis à Dño collata. Id quod textus sacer aperte demonstrat, dum ver. 8. subiungit, quando diuidebat altissimus gætes, &c. curabat autem Moses tantquam prudētissimus pater familias, ut memoria beneficiorum nunquam ab Israelitis excideret. Quæ quã utilis & necessaria sit his qui à Dño beneficia recipiunt, satis superque in annotationibus ad testamentum Rubeni à nobis traditum est. Præterea minus probatur illud ecclesiastici cap. 8. vers. 6. Non te prætereat narratio seniorum, ipsi. n. d. discerunt à patribus suis; loquitur. n. de seniorum consilijs à Iunioribus in pretio habendis ut pote longæ ætatis experientia, & maiorum suorum institutione, roborata, sicque vult ut sicuti

ipsi

^a
Esdra 4. c.
14. 6.

Esdr. 4. nō
est authen-
ticus.

^b
Sess. 4. de
canonicis
scripturis.

Contrarie-
tas in eo
4. esdr. cir-
ca Aronis
generatio-
nes repe-
ritur.

^d
Deut. 32.
7. quo mo-
do intelli-
gatur.

Beneficio-
rum dei me-
moriam ne-
cessaria.

^c
Eccles. 8.
6. quomo-
do intelli-
gi debeat.
Consilia se-
niorum à Iu-
nioribus in
pretio ha-
benda.

ipsi seniores, cum iuuenes essent, seniores audierunt, ita & ipsi, senes effecti à iunioribus audiantur. Huius vero rei solidā subiungēs rationē ait: quippe quia ipsi senes à suis maioribus sapientiam & doctrinam acceperunt. Quæ doctrina in factis, dictisque circa res agendas versatur, vti patet ex eodē textu, dum habet non despicias narrationem presbyterorum sapientiū, & in prouerbij eorum conuersare, ab ipsis enim discis sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela, vbi latius explicat Iansenius. Non ergo de traditione Moysi loquitur, sed de doctrina intellectus, & politicis moribus. Presbyteri autem in scriptura, & senes idem sunt vt patet ex Daniel^a 13. vers. 6. cum seq. & esdra^b 1. cap. 6. versu 7. & 8. vnde repetitio illa nō te prætereat narratio seniorū præcedentis sententiæ, explicatio est, cuius mentionē fecerat. Minus profecto cōuincit locus ille^c psal. 43. vers. 1. qui habet; Deus auribus nostris audiuius, patres nostri annuntiauerūt nobis: Psalmus nanque ille loquitur in persona eorum qui in captiuitate, atque dispersione gentium fuere, quæ quidem ea quæ olim temporibus Moysi, aut Iesu Naue, facta fuere, minime viderunt, sed ex maiorū traditione, & diuinis scripturis hausta perceperunt. Vnde Theodoretus eodem loco, auribus nostris (inquit) nos Domine non fuimus miraculorum tuorum spectatores, sed didiscimus à patribus nostris, quæ miracula ea tempestate effecisti promissiones nostris maioribus factas implens. Didimus etiam super illis verbis sic ait: patres nostri, vel patres, iuxta institutionem annuntiauerunt diuina opera, vel progenitores annuntiauerunt ea quæ gesta sunt. Idem Beda ibidē. Quæ autē gesta fuerūt enarrat Dū ait, Manus tua gētes, &c. Iansenius in paraphrasi eiusdem psalmi consentit dicēs: Deus, nō ipsi auribus nostris audiuius, patres enim nostri annuntiauerūt nobis insignia operaiilla quæ tu operatus es, tēporib⁹ eorū, & tēporibus quæ illos præcesserāt.

Ad

Presby &
senes idē
scripturis
sunt.

^a

Dan. 13. 6.

^b

Esdra. 1. c.

6. 7.

^c

Psal. 43. 1.

intellectus.

Miraculo
rū Dei me
moria.

Ad magnalia ergo, & mirabilia opera Dei in gratiam Israclitarū perpetrata non vero ad arcanorū intelligentiā seu traditionē autoritas illa referēda est^a Psal. etiā 77. vers. 5. dum hēt, quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis; de legis agit notificatione quam Dominus voluit Deut. 4. vt filios suos docerent. Atque ideo non bene ad traditiones extra legis litteram deducitur: Id quod expressim docet Theodoretus ibidē, Deus inquit, rerum omnium conditor cum legē dedisset filijs Israel, iussit vt hanc continuo suos liberos docerēt, atque etiam causas dierum festorum suis posteris aperirent, diuina beneficia ediscentes gratificent in eum qui hæc omnia largitus est. Inquit enim Deut. 4. docebis hæc omnia filios tuos, & filios filiorum tuorum, & obseruabunt mandata Dei vt bene sit ipsis: Et paulo inferius. Ab initio inquit, & à principio, hi qui miraculorum spectatores fuerunt, suos filios hæc docuerunt, & illi rursus suis posteris hanc doctrinam transmiserunt. Hoc vero (inquit) fecerunt vt diuinæ legi obtemperarent. Et iterum: hoc inquit per illam legis lectionem iussit, ut patentes hanc miraculorum narrationem, veluti quandam hereditatem posteris deferrent. Idem Beda, & Iansenius post alios ibidem expresse tradidere. Item illud super cathedram Moysi sederunt &c. quodcunque dixerint vobis facite Matth. 23. vers. 2. non de traditionibus his, sed de dictis secundum vim, & seriem legis intelligendū est. Cathedra enim Moysi super ipsa lege fundata erat: ita sanè vt nihil eorum quæ contra legem ab ipsis præciperetur, vel diceretur, faciendum exequendum ue erat. Vnde acerbè satis pharisæi à Christo Domino atque magistro nostro propter legis transgressiones, ob suas peculiari traditiones arguebantur. His adde Irenejum^d aduersus hæreses atque Turrianum^e aduersus Magdaburgentes vbi de cathedra Moysi. Illud quoque Pauli ad Rom. 3. vers. 2. dicentis Iudæis fuisse comissa eloquia Dei;

^a
Psal. 77.
5. intelle-
ctus.

^b
Deut. 4.

^c
Matth. 23
Cathedra
Moysi.

^d
B. Irenej⁹
l. 4. cap. 25
& seq.

^e
Turrian⁹
lib. 4. pag.
348.

^f
Paul. ad
Ro. 3. 2. in
tellectus.

Dei; quo præcitati authores legis sensum Mofi verbo, traditum probant; eos profecto minime iuuat. Cum Paulus, de lege scripta, Israeliticæ genti à Deo data loquatur: Theodoreto ibidem adnotante. Vnde per eloquia

Eloquia Dei, proprie verba Sacræ scripturæ, quibus ipse De⁹ nobis loquitur, & quibus debemus credere tãquam ab ore diuino promanatis, intelligenda sunt: vti probat D. Gregorius^a Nazianzenus in apologetico, & Berchorius^b in suo dictionario, ita illum locum accipientes. Accedat & D. Ambrosius, c Psal. 118. vbi eloquium Dei, pro Iussu Dei explicat. Idem^d Adamus eodem cap. 3. Et licet in textu græco legatur τὰ λόγια τῆ θεοῦ, hoc est oracula Dei: & secundũ Helychium ea uox, logia, propriè significet; Numinum responsa, vaticinia, & oracula; in qua significatione à Philone^e libro de vita Mosis accipitur: nihilominus tamen, & pro testimonijs prophetarum, & apostolorum, atque pro sacra scriptura, diuinisq; litteris, more ecclesiastico accipi solet. Id quod probant. D. Chrysost. & Ansel. atque Adamus in præcitato capite. Suidam & Nazianzenũ in eadẽ significatione illa crebro accipere, testatur^f Thesaurus linguæ græcæ. Quæ vero Græci, Logia, Hebræi מִלִּימֹה imroth, vocant: Psal. 118. vers. 7. Septuag. sepiissime pro eloquijs transferunt. Vid. h nouissimum Pagnini thesaurum. Syriaca autem interpretatio præcitato cap. 3. sic habet מִלִּימֹה מִלִּימֹה Molaohi Daloho molò; id est sermones Dei; à verbo מִלִּי Molo q̄ significat sermonem. Eloquia ergo Dei sunt scripturæ veteris testamenti, quibus veri Dei cultus cõtinetur, & oracula prophetarum, promissionesque diuinæ; quæ omnia ipsorum Hebræorum fidei olim concredita & commendata fuere; nõ quidem omnibus, hoc est incredulis, perfidisque, sed fidelibus, vti explicat Origenesⁱ præcitato cap. 3. ostendens ea de Mose & prophetis, ceterisque similibus, intelligenda fore. Iterum idem Origenes: Sed & (inquit) hoc ipsum quod dicit, quia credita sunt illis eloquia

Eloquia Dei que

a D. Greg. Naz. orat. 1. pag. 141

b Bercho. par. 2. pa. 34. col. 2.

c Ambrosi⁹ Psal. 118.

d Adamus pag. 271. col. 2.

e Philon. lib. 1. & 2.

f Thesau. linguæ græcæ tom. 2. col. 642.

g Psal. 118.

h Thes. Pagnini col. 132. diction. Aniar.

i Eloquia Dei scripturæ veteris testa. & oracula prophetarũ sunt.

Origenes lib. 3. pag. 316. co. 1.

eloquia Dei; considerandum est quia non dixerit litteras esse creditas, sed eloquia Dei. Vnde via nobis datur intelligendi, quod his qui legunt & non intelligunt, & qui legunt & non credunt, littera sola sit credita; illa de qua dicit Apostolus; quia littera occidit: Eloquia autem Dei illis sunt credita qui intelligentes & credentes, his quæ Moses scripsit, credunt. Hæc Origenes. Interrogo ergo lubenter Picum Mirandulanum, Ludouicũ Cælium Rhodiginũ, & alios huiusce traditionis Patronos, qui hunc locum Pauli, & Origenis: pro illa traditione citant; vnde nam hoc ipsum Kabalæ fundamentũ colligunt, cum D. Paulus de lege scripta, & Origenes quoq; loquatur? Oportet autẽ in his præsertim definitionibus, quæ alicuius momenti esse videntur, nõ ita perfunctorie opinari. Ne sonũ tantum Symphonix, seu verborũ, attendere videamur; sensum vero penitus negligere ac ignorare. Præterea Rabini à Genebrardo relati, aiunt, in iudicialibus, & cõremonialib⁹, multa ex Mosis & Iosue traditione non scripta, facta, obseruataq; fuisse: cum impossibile foret vt Moses oēs Israeliticæ disceptationes & controuersias à mane ad vesperã ex sola lege scripta, quæ vnum ex mille casibus quotidie exoriẽtib⁹, cõplectebatur, oĩa dirimendo componeret. atq; iudicando decerneret. Itẽ idẽ Mosis, b tribunos, cõturiones, quinquagenarios, Decurionesq; Populo præponẽs, præcepit vt negotia Fratrum prout Iustitia postulasset; diiudicaret, Præcipi vobis (tubiungẽs) quid facere deberetis. Quod quidẽ præceptũ nõ esse aliud cõtendũt, quã legẽ ore traditã. Idẽ Deut. c 12. ver. 15. videtur Mosis de ceremonialibus quibusdã circa victimas immolãdas, aliqua decernere quæ per legẽ scriptam, minimè tradita aut præcepta extiterant, vti refert Genebrardus^d in fine suæ corographix. Ego vero his rationibus parũ deferendũ puto, cũ ipse Mosis, vbi casus aliquis in lege nõ cõprehẽsus se se offerebat, ex ipsius legis mète, aut Dñi consultatione, sententiam ac decretũ suum

Littera quib⁹ creditur. Eloquia Dei quib⁹ manifestatur.

a 2. ad Cor. 3. 6. Cõtra Picũ Mirandulanũ, & Cæliũ Rhodiginũ.

Cõtra Rabinos circa Iudicialia, paralogizãtes.

b Deut. 1. vers. 16. cũ seq.

c Deut. 12. 15.

d Genebrardus, pag. 139.

Contra Ra-
nos cir-
ca cere-
monialia.

^a
Deut. 12.
32.
Septuag.

Chal. pa-
raphr.

Moses in
monte Si-
na mysti-
cum legis
sensum ac-
cepit.

Fides me-
diatoris
vsque ad
Aduentū
Christi fal-
tē in par-
cis viguit.

suum interponere solet. Quod tandem erat iuxta scrip-
tam legem (quę virtute, casus illos complectabatur) iu-
dicare. Circa ceremonialia, minus me prior illa confide-
ratio vrget, cum Videam omnia ceremonialia, circa vi-
ctimas & immolationes faciendas, ita complete & mi-
nutatim à Domino tradita, vt nihil plane desit nec desi-
derari potuerit, imo & nec addi aut minui. Vti ex Deut.
cap. ^a 12. vers. 32. facile comprobatur. Ibi: Quod præ-
cipio tibi hoc tantum facito Domino, nec addas quic-
quam nec minuas. Vbi Septuag. sic habent, verbū quod
ego præcipio tibi hodie, hoc custodies facere, non addes
ad illud nec minues. Et Chal. Paraphr. Omne præceptum
quod ego præcipio vobis obseruabitis vt faciatis, neque
addetis, neque ex eo minuetis. Quę si ita se habent, qui
fieri potuit, vt Moses, circa ceremonialia, & victimarum
Immolationes, præter tradita præcepta & scripta, alia
adderet traderet? Quamobrem hæc Rabinorum ratio-
nes facile exploduntur. Vides ergo studiose lector, comu-
nem illam sententiam præcitatæ testimoniorum confir-
mationibus destitui, & si ab ea minime recedendum sit,
ob superiora alia fundamenta, tantorumque patrum, au-
thoritatem. Qua propter asertio illa vera est. Nempe
Mosem in monte Sina mysticum legis scriptæ sensum, à
Deo Opt. Max. cum reliquis alijs arcanis, ad ipsius Chri-
sti Aduentum, & Incarnationis, Passionis, & Resurrectio-
nis mysteria pertinentibus, recepisse. Quę quidem Mo-
sem ipsum non omnibus, sed sapientioribus tantū com-
municasse, certum est. Et eo magis cum exploratum sit
mediatoris Messie Fidem, per rectam personarū, & tem-
porum successionem, & si non in omnibus Israeliticis, in
paucis tamen semper vsque ad sapientissimam illam Dei
genitricem virginem Mariam, Simeonem iustum, Iose-
phum Sanctissimum eiusdem purissimæ Genitricis Dei
Marię, Sponsum; Annam prophetissam, Zachariam. Et
Elisabetham magni illius Baptistę parentes, & alios hy-
ius

ius classis pijsimos viros continuata serie, durasse, vt ex
ipsa Christi D. N. genealogia, apud D. Mattheum & B.
Lucam satis apparet. In illis ergo semper fuit hæc salu-
bris de Messia venturo traditio. Qui vero hinc fulcitam
& obortam asserunt præstigiosam illā Rabinorum Kaba-
lam, circa miraculosas quasdam operationes, & minuta
litterarum arcana versantem; quamque symbolicā Theo-
logiam vocant; manifestissimo cecitatis errore obcecantur.
Illud autem quod D. Chrysost. ^a in Commentarijs
Paulinæ epistolę ad Corinthios ait: Hebręos arcana my-
steria paschatis, & ouis immolatę atque alia in redemp-
tionem generis humani, tendentia, minime intellexisse;
ad vulgus Israelitarum referendum est; non vero ad ma-
gnates & paucos illos sapiētes atque Dei ministros per
quos continuata successione, Mediatoris fides perpetuo
conseruata extitit. Vnde merito Reuerendus & per do-
ctus Pater Frater Michael de Medina locis inferius sta-
tim citandis; duplicem recentiorum horum prestigiato-
rum reprehendit Kalam: quam ipsi quoque duplicem
esse tradunt. Vnam dicunt berescit idest cosmologiam;
qua vniuersa rerum naturalium genituram tradunt. Vi-
resque earum, atque etiam rerum diuinarum per ipsa no-
mina. Ad eam etiam; Symbola & contemplationes af-
ferunt pertinere, earundem diuinarum rerum, sacrorum-
que nominum, & signaculorum significationes, litterarū,
numerosum, figurarum, apicum, linearum, punctorum,
accentuum, & siquid aliud minutius excogitari potest.
Eam quoque extendunt ad Arithmeticam, quę de An-
gelicis virtutibus, nominibus, signaculis, atque demonū
& Animarum conditionibus, agit; & ad theomaticam
quę diuinę maiestatis mysteria, emanationes, nominaq;
contemplatur. Cui Magię falso & superstitiosè, tribuunt
omnia Mosis prophetarum, imo & Christi Domini No-
stri & Apostolorum eius Miranda miracula. Quam ob-
rem quę de Mose solo verbo egyptium interficiente, vt

Contra
Rabios
& kabali-
sticos.

^a
D. Chry-
sost. 1. ad
Cor. 13. in
homi. 34.
tom. 4. p. 2.
545. a. b.

Duplei
reproban-
da Kaba-
la,

a
pag. 5.

b

Frater Mi-
cha a Me-
dina lib. 2
pag. 62. &
lib 7. cap.
14. pag.
258.Kabala pū-
storum lit-
terarū &
numerorū
nō magis
a Platone
vel Pytha-
gora vel
alijs anti-
quis dī na-
uauit.A Mose
nullomo-
do vana
Kabala or-
tū habere
potuit.
Non tota
ars Kaba-
listica ap-
probāda.
Sapientes
feminae.
Valeria
proba.
Eudoxia.

ex Artapan. refert Petr. Bong. in præfatione de Mysti. nu-
mē signific. a de rege emortuo & resuscitato à Mose pro-
lato nomine Dei; falsa & vana censenda sunt. Et eo ma-
gis cum diuinæ hystorię repugnēt. Alia Kabalæ species,
Sacrorum bibliorum germanum sensum, philosophicis
rationibus explicat: De quā plura plures inutiliter scrip-
sere. Has ergo duas Kābalisticas speties fictitias præsti-
giosas quę fore, præcitatus pater Michael b à Medina de
recta in Deum fide, efficaciter conuincit. Cuius verba
lubenter referā: Cum instituto huic legitimorū arcano-
rum maxime opitulentur. At huiusmodi Kabalā (inquit)
quæ inani punctorum, & numerorum, qui in litteris in-
cluduntur, computatione distinguitur; Non potius à Py-
thagora, quam quidam eius gentis sapientes: quemadmo-
dum alij Platonem, alij Aristotelem Epicurum, & Demo-
critum, alij post discessum à lege, & post commertū cum
gentibus initium sunt imitati: quam à Mose Propheta
fuisse suaderi non possum. Nam quod quidam, vel ex il-
lis vel ex nostris in nomine Ieouah, Trinitatis, Vnitatis,
& Incarnationis mysteria, per Kābalam ostendunt, & si-
milia quædam arcana per litteras apices, & numeros, mi-
ro quodam artificio venantur; haud tale est quod totam
eam artem approbare compellar. Cum illud in hominū
subtiles inuentiones, ne dicam ociosas, potius, quam in-
veram & legitimam, dictionis significationem, & sensum
reijcere oporteat. Scimus his multo subtiliora à mulier-
culis olim in prophanorum poetarum carminibus, vbi ta-
men nullum latebat mysterium, factitatum. Nam Valeria
proba vxor quondam Romani cuiusdam pro consulis,
ex Virgilij; Eudoxia vero Iunioris Theodosij vxor, ex
Hōmeri versibus, sic per centones vtrunque testamentū
compingunt; vt Ethnicas nugas in Mosaicas & euange-
licas historias conuertisse viderentur. Adeo vt quosdā
ex nostris fateri compulerint, poeticum illum furorem
Sancti Spiritus afflatum, quemadmodum & prophetica

vatici-

vaticinia authorem habuisse. Facile est enim vero
punctulis illis, ac apicibus ludere. Præsertim in hebrai-
ca lingua. Vbi id scribendi Ritus, facile patitur. Sed
& quæcunque etiam post longos ac prolixos labores,
miri isti artifices nobis obtrudunt, maiori facilitate
contemnuntur, quam sint adinuenta. Iterum idem
Medina eodem loco, confutans Kabalam illam ad scrip-
turę expositionem pertinentem, sic ait; Illa mihi ratio
abunde esse videtur (ad confutationem nempe) quod
neque easdem litteras quibus Moses legem accepit, &
scripsit modo, imo nec post captiuitatis Babilonicę re-
gressum, hebrei possideant. Nec eo tempore quo lex
data est, imo penè toto veteris illius seculi Mosaici de-
cursu; puncta & apices quibus nunc isti egregie philo-
sophantur, extiterunt. Quo in eorum paucitate, mul-
titudine, aut varietate signarentur mysteria. Et de
litteris quidem constans fama est apud Iudeos Ezram
scribam, legem primitus à Mose, & characteribus à se
inuentis, & hebraico sermone inscriptam, in extra-
neum sermonem; Assyriosque characteres mutasse, pau-
lo post Assyrijs characteribus retentis sermonē hebrai-
cum resumpsisse. Quod antiquioris illius scripturæ ra-
tionem, per principum interdictionem, & captiuitatis
ærumnas Populus penè cum lingua dediscisset, hebrai-
cas autem litteras cum Arameo, aut Assyrio sermone
abusi, id est, eis qui simul cum Idolis Deum colebant,
Samaritis relinquisse. Puncta vero quis nesciat sub
Christi Saluatoris Aduentum, metu, nec cum iam
eorum & aduenæ reges, & gentes dominarentur, le-
gendi ratio prorsus oblitesceret; apud Tyberiadem Vr-
bem à Nephradio, & Bonassero Rabinis in vocalium
vsum inuenta? Igitur cum hæc vanissima interpretan-
di ratio, in Mosem authorem suas nugas reijciat, qui
nec has litteras, nec hæc puncta, quibus minime vtun-
tur Iudæorum rabini, eam artem esse voluntariam, &

NNn inanem,

Hebrei
non possi-
dēt ea s lit-
teras qui-
b^o Moses
legē scrip-
sit nec eas
quæ post
captiuita-
tem.
Pūcta ve-
teris Mo-
saici secu-
li decursu
nunquam
fuerunt.
Ezras cha-
racteres
mutauit.

Pūcta sub
Christi sal-
uatoris ad-
uentū ad-
inuenta vi-
de quæ di-
xim^o supe-
rius lib. 1.
cap. de pū-
ctis.
Vanissimū
est Mosem
authore
kabalæ cō-
stituire.

inanem, & Christiano homine prorsus indignam: Imo vero, & Christianæ Religionis perniciosam, vt potest, quæ sicut nouit, ex Ieouah, Trinitatem elicere, ita ex eodem, aut similibus dictionibus Antichristum extorqueat, hæc Medina. Audiamus nunc perdoctum Antistitem Augustinum^a Eugubinum, qui postea quam ad caput sextum, & ad vndecimum geneseos ex libris Kabalæ, tempore Ezdræ editis in sua cosmopeia aliqua retulit, improbens Kabalisticam illam vanam atque falsam opinionem de paradiso voluptatis mystico: Sic (inquit) sed qui probe ac diu apud philosophos, Theologiæ quæ prudentissimos scriptores sunt versati, ad eorum animos non facile superstitiones has aspirare videbis, Kabalistarum sunt figmenta. Quorum duplex genus partim qui miracula, virtutesque mirificas venditent; partim qui hæc ipsa ad litteras, ac theologiam transferant: videlicet quod quantum illi sunt, in tractandis operationibus, tantum hi in speculationibus fingendis fabulosi. Vtrique Kabalista dicuntur. Alij ergo mirabiles operationes, alij mirabiles speculationes profitentur. Sed ex altero disce alterum. Speculationes sæpe sunt enormes allegoriæ, mirabiles operationes, nunquam videmus. Quæso igitur eos vt respiciant, ne similis eorum sint, quos cum non essent aut scientia, aut operatione diuini; Ennius^b inculcat;

*Sed supersticiosi vales, imprudentesque harioli,
Aut inertes aut insani, aut quibus egestas imperat,
Qui sibi semitam non sapiunt, læti ministrant viam,
Quibus diuitias pollicentur, ab his dragmas ipsi petant,
De his diuitijs sibi deducant drachmam
Reddant cetera. hæc Ennius.*

Sed nollo (inquit Eugubinus) in hanc rem mluta nunc scribere, ne videar vnà cum ineptis, viros sapientes ac bene

^a Aug. Eugubi. fol. 116. ver. f. & fo. 122. ver. d. & Ca. 2. Genesios. fo. 15. verso.

Duplex genus Kabalistarum.

^b Ex Ennio Cicero retulit ad finem lib. 1. de diuinatione.

ac bene doctos incescere. Qui in hac quæ dicitur Kabala, verum delectum habere solent; vt operationes quidem in vniuersum, tanquam magicas vanitates rejiciant. Speculationes autem eas tantum recipiant quas grauioris ponderis iudicent, hæc ille. In eadem etiam sententia est per doctus Ioannes^a Forsterus doctissimus Theologus in suo dictionario hebræo dictione Kabal vbi veram Kabalam idest receptionem optimæ doctrinæ, ad Adamum & Patriarchas refert, eumque doctrinæ genus ad eum sensum quem Theologi nostri Anagogicum dicunt referendum, recte censet. ^b Sixtus Senensis iam adductus, eam Kabalam qua virtutes operari asserunt ad nechromantiam pertinere optime iudicat. In eo tamen manifeste labitur, quod nempe, dubitat an illa Kabala de litterarum^c resolutione à Mose ortum habuerit, cum ex superioribus certum sit nec ab eo incepisse, nec incipere potuisse. Nouum Hebræorum inuentum, siue potius figmentum Magister Gilbertus^d Genebrardus hebraicarum litterarum professor regius, in sua chronographia etiam fore comprobabat, vbi etiam ostendit annis 87. ante Christum natum R. Simeon Beniohai Authorem libri Zoar extitisse, quo quidem stulte & vane artis Kabalisticæ fundamenta posuit, cum tamen præter eas ineptias, contineant etiam multa impia & ex omni hæresum furfure conflata. Constituit, namque decem Sephiroth, siue numerationes pro suo fundamento, quas (vt idem Genebrardus recte ait) siue statuunt esse essentiam Dei, siue aliquid aliud extra essentiam, impie introductas ex eo ostendit; quod in Deo numerum & numerationem realem ponant, de qua re cum inferius de Arcanis numerorum agendum fuerit, latius loquemur. Tale erat negotium, siue potius otium. Marini & Collorbasij discipulorum Valentini, qui cuncta suæ religionis mysteria è litteris alphabeti græci probare conabantur,

NNn 2 quos

De lectus in Kabala à sapientibus habitus.

^a Ioan. Forsterus pa. 715.

^b Sixtus Senensis lib. 2. bibl. sanctæ pa. 71. & seq.

^c idem pag. 93. & lib. 3. pa. 150.

^d Genebr. lib. 2. pag. 168. cum seq. Liber Zoar fundamentum artis Kabalisticæ & ex omni hæresum furfure conflatus.

quos pulchre B. Irenæus^a aduersus hereses reprehendit, Similis etiam superstitio fuit illa pharisæorum ante Christi Saluatoris Nostri prædicationem, qua iuxta Kabalam hanc superstitiosissimam, corporum transformationem credebant, indeque Heliam Prophetam in Ioannem Baptistam transinigratum credentes, interrogabant illum an esset Helias, id quod optime aduertit Origenes^b in Euangelium Ioannis. Ableganda ergo est non solum duplex illa Kabala, retentis his tantummodo quæ diuinæ Theologiæ & religioni nostræ minime aduersantur: Sed & nomen ipsum Kabalæ, inuisum & infestum profus abolendum, vti iam in^c superioribus admonuimus. Sed vt huic capiti finem imponamus, illud tantum aduertendum putarim, difficile hodie constare posse, quæ nam fuerint veræ ille interpretationes & traditiones quas Moses, ore posteris tradidit: cum tot seculorum decursu, & malitiosa malignantium hebræorum deprauatione nulla huiusmodi, quæ indubitata fidei sint, haberi queant. Vnde nulli bi melius nec verius, veriore interpretationem litteralis, & mystici sensus Scripturæ Sacræ reperies: Nec sinceriore vllam doctrinam, quam apud Christi Opti. Max. Apostolos, eorūq; discipulos; & Christi Vicarios Romanos Pontifices, atque veteres. illos Patres & reliquos Ecclesiæ sacro sanctæ Pastores, Doctores atque Theologos; qui diuinitus edocti olim & hodie veros & vtilis litterales ac mysticos diuinæ scripturæ sensus, legitima diuinaque vtriusque testamenti sacramenta, ac Arcana aperte, abunde atque dilucide posteris demonstrarunt, tradiderunt.



Di

De Arcanis Sacra Scriptura. Cap. VIII.



Iuinam Dei Sapientiam, Infinitum pene ac locupletissimum illud Arcanorum suorum thesaurum; in sacrosanctæ diuinæ scripturæ Arce, tanquam in tutissimo loco ad catholicæ Ecclesiæ suæ vsum, & utilitatem, verbo quidem & scripto recondidisse; non ambigimus. Vbi enim accomodatius quam in Arce, Arcana diuina recondi poterant? Arx siquidem (vti Seruius ait) locus in ciuitate munitus, ab arcano & secreto dicta est. Vnde quemadmodum D. Opt. Max. Vniuersa superius, inferiusque aptissimè, locis suis iuxta peculiare eorum naturas sapientissimè disposuit; Ita sane arcana mysteria quæ ex æquo non erant omnibus inuulganda, in hac diuinæ scripturæ Arce munitissima, ab omnibus etiam aduersarijs, hostibus quæ a longe conspicienda; Arcanè recondidit. Vt sic locato, loci accommodata proportio haud defuisset. Hæc est illa turris quam sane pater ille familias in vinea sua, hoc est Ecclesia, sapienter edificauit. Matth. ^a 21. vers. 23. Marci ^b 12. vers. 1. Quamque Euangelicus ille propheta Hesaias, ^c in illo Patruelis sui cantico prius describens, atque designans gemebunde celebrauerat. Vnde ^d Origenes in tractatu. Super Mattheum de ea sic scribit. Turrim autem illam ædificatam in ea, ascensum habentem, & eminentiam & altitudinem, super vineam ipsam & sepem, & torcular; existimo verbum esse de ipso Deo, & de dispensationibus Christi, & templum diuini sensus, qui habentur in eo. Et de tali turre, puto dicere Saluatorem in eo loco ^e Euangelij, quis vestrum, volens turrim ædificare, non prius computat si potest ponere fundamentum, & consummare, ne forte incipiant videntes deridere eum qui non consumauit.

N N n 3 Qui

Deus arcana sua in scripturæ Arce recondidit.

Arx quid & vnde dicitur.

Simile.

Turris patris familias, sacra scripturæ.

Matth 21. 23.

Mar. 12. 1.

Hes. ca. 5. vers. 2.

Origenes tract. 19. cap. 21.

M. t. h. to. 2. pag. 63.

Luc. 14. 28.

Qui vult
de Deo lo
qui confi
deret pri
mū si pōt
responde
re ad in
terrogāda
da d̄ Deo.

^a
D. Hilari^o
sup. Mat.
21. cano.
22. pa. 174
col. 1.

^b
cant. 4. 4.

^c
D. Greg.
Magn^o li.
1. super E
zech. ho
mi. 15. to.
2. pa. 149.

^d
Pagninus
lib. 17. ca
13.

^e
D. Chriſt.
Genes. 19
homi. 45.
to. 1. pag.
928. & p̄f.
11. & 18.
ibi argen
tum Au
rū & To
pazion.

^f
D. Chriſt.
sup. Mat.
cap. 4. ho
mi. 5. to. 2.
pag. 709.

^g
D. Greg.
loco addu

Qui vult dicere de Deo; debet considerare si potest, incipiens omnia quæ quærentur, circa Dei expositionem, confirmare, ne forte incipiens dogmata pietatis imperfectā relinquat turrim, verbi de Deo, & coronam non superædificet ei. Si enim non ædificauerit ei coronam cadet aliquis ab intellectu Dei scandalizatus & morietur.

Hæc Origenes. D. vero Hilarius, ^a in turri autē (inquit) eminentiam legis extruxit, qua & in cælum & solo egressa prouheret, & ex qua speculari Christi posset aduētus.

Hæc etiam est illa munitissima turris Dauid cum suis propugnaculis, ex qua tot clypei, & fortium armaturæ pendent. Et merito quidem, cum vniuersa ^b Ecclesiæ sacra munitio in scriptura contineatur: Vti D. ^c Gregorius Magnus docet. Cui accedit ^d Pagninus in sua Isagoge ad mysticos sacre scripture sensus. Præterea sicuti Regū thesauri in tutissimis Arcibus custodiuntur: Ita & arcanorum Dei thesauri in Scriptura sacra reconduntur: Vti ostendit D. ^e Chrysostom. super Genesim & psalmis. Et quis sit iste thesaurus idem demonstrat super ^f Mattheum.

Oportebat autem; Vt sacra hæc scripturæ Arx, parabolis enigmatibus, tropis, & similitudinibus, aliud intus, aliudque foris ostēdentibus. (Vti D. ^g Gregorius Magn^o considerat) & sua met tandē difficultate, vulgaris superbiq; ingenij homines a se plane arceret. Ideo enim Arx etiā ab arcendo dicitur. Horū vero discursum & rationē uide apud Clementem ^h Alexandrinum in libris Stromatum: Vbi sic ait. Neque enim prophetia, neque ipse saluator crasse & generaliter elocutus est diuina mysteria, ut ea facile capi possent à quibuslibet: Sed differuit in parabolis.

De domino quidem certe dicunt Apostoli ⁱ quod omnia locutus est in parabolis, & nihil loquebatur eis sine parabolis. Si autem omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, ergo prophetiæ quoque & lex, per ipsum

^o homoil. 9. pag. 98. ^h Clem. Alexan. libro 6. Strom. pag. 218. ⁱ Mat. th. 24. 34.

ipsum factæ sunt, & per ipsum dictæ sunt in parabolis, ceterum recta sunt omnia, inquit, scriptura, coram his qui intelligunt, hoc est his, qui ab ipso declaratam scripturarum expositionem ex ecclesiastica regula accipientes conseruant. Regula autem Ecclesiastica est concentus & consensus legis, & prophetarum, conuenienter testamento quod traditur, per Domini Aduentum. Et inferius, inquit, propter multas ergo causas occultant scripturæ sententiam. Primum quidem, ut diligenter inquiramus, & semper vigilemus in inueniendis salutaribus orationibus: Præterea ne omnibus quidem conuenientibus hominibus, intelligere, ne lederentur aliter accipientes ea quæ à Sancto Spiritu dicta sunt salutariter. Quo circa his qui sunt electi ex hominibus, & his qui ex fide cooptati sunt ad cognitionem, quæ seruantur sancta mysteria prophetarum, teguntur parabolis. Scripturarum enim stilus est parabolicus. Quo circa Dominus quoque cum non esset mundanus, tamquam mundanus venit ad homines, portauit enim omnem virtutem. & hominem qui erat in mundo enutritus ad ea quæ percipiuntur intelligentia, & sunt principalia, à mundo in mundum erat sublaturus. Quo circa scriptura quoque utitur metaphora, est enim parabola res huiusmodi, oratio ab aliquo non propria quidem, sed quod est simile proprio, ad id quod est verum & proprium deducens eum qui intelligit. Aut (ut dicunt aliqui) dictio, quæ per alia, ea quæ proprie dicuntur, ostendit cum efficacia. Iam vero vniuersa quoque œconomia quæ prædicta est à prophetis de Domino, videtur verè parabola, his qui veritatem non norant, quando filium Dei qui fecit omnia, carnem suscepisse, et in utero virginis conceptum esse, quatenus fuit genita, passam esse & resurrexisse: vnus quidem dicit, alij vero audiunt, Iudeis quidem scandalum, græcis autem stultitiam, ut dicit apostolus. Aperte autem scripturæ & his qui aures habent veram ostendentes, illud ip-

Regula Ec
clesiastica.

Plures
causæ sunt
ob quas
scriptura
sententias
occultant.

Scriptura
rum styl^o
paraboli
cus.

Parabola
quid.

Christia
na myste
ria parabo
lica viden
tur his q
veritatem
ignorant.

Paraboli-
cum scrip-
turae gen-
antiquissi-
mum.

sum quod passa est caro quam suscepit dominus Dei vir-
tutem & sapientiam annuntiat. Postremo parabolicum
scripturae genus, cum sit (vt ostendimus) antiquissimū;
merito apud prophetas maxime abundauit, vt etiā phi-
losophos, qui erant apud græcos, & eos qui erant apud
alios barbaros sapientes, ostēdat Sanctus Spiritus, igno-
rassē futurum Domini Aduentū, & mysticā quæ ab ipso
fuit tradenda, doctrinam. Merito ergo quæ Dominum
prædicat prophetia, ne præter multorum dicens opi-
niones, aliquibus videretur blasphemare, ea quæ signifi-
cantur, figurauit vocibus, quæ possunt etiam ducere ad
alias mentis conceptiones. Hæc Alexandrinus. Quem
in sequentibus, si placet multa alia pulchre deducētē

^a D. Augu. in psal. 23. to. 8. pag. 424. col. 1. in princ.

^b D. Augu. in psal. 103. pag. 488. col. 1. in princ. & in psal. 140. pag. 662. col. 2. in princ.

^c D. Augu. in psal. 663. col. 1. d. to. 8.

^d D. Augu. in psal. 146. pag. 696. col. 2. D.

^e Aug. in psal. 147. pag. 699. col. 2. & in psal. 118.

^f 1. & lib. 2. de doctrina Christi. cap. 6. to. 3. pag. 10. col. 2. & li. unico 83. qq. 9. 53. to. 4. pag. 239. col. 2. & lib. 11. de Ciuit. Dei cap. 19. to. 5. pag. 158. col. 2. & lib. de vera Innocentia cap. 67. & epist. 59. ad Paulinum.

videre poteris. Adde ^a Augu. in psal. 23. to. 8. pag. 424. col. 1. in princ. Ad hoc enim clauduntur quædam sa-
cramenta scripturarum, non vt denegētur, sed vt pulsantibus aperiantur. Et iterum: ^b sunt enim (inquit) in scrip-
turis sanctis profunda mysteria, quæ ad hoc absconduntur, ne vilescant, ad hoc quæruntur vt pascant. Et ^c rur-
sus; quidquid obscurū est in scriptura, hæc ibi occulta est, quidquid ibi planū est, hæc ibi aperta est, si nusquā aper-
ta esset, non te pasceret, si nusquam occulta non te exer-
ceret. Et ^d iterum: honora, ait, scripturā Dei, honora ver-
bū Dei, etiam non apertum, differ pietatē intelligentiā.
Noli proteruus esse, accusare aut obscuritatē, aut quasi
peruersitatem scripturæ. Peruersum hic nihil est; obscu-
rum autem aliquid est, non vt tibi negetur, sed ut exer-
ceat accepturum. Ergo quando obscurum est, medicus
illud fecit, vt pulset, uoluit ut exercearis in pulsando,
uoluit ut pulsando aperires, pulsando exerceberis, &
exercitatus latior efficiaris, latior factus, capies quod do-
natur; ergo noli indignari quod clausum est, & reliqua.
Vide præterea eundem ^e August. alijs in locis quæ lon-
gum

gum esset recensere. Hinc D. ^a Hieronymus in Hesaiā, sacram scripturam appellat vnum librum signatum, clausum & obuolutum mysterijs, Iuxta illud ^b Ezechiel. 2. 9. & ^c Apocalypsis 5. 1. & 6. vers. 14. Idem super ^d Nahum prophetam. Et dicemus, inquit, Ideo scripturam sanctā, his difficultatibus esse contextam & maxime prophetas, qui ænigmatibus pleni sunt, vt difficultatem sensuum, difficultas quoque sermonis inuoluat, vt non facile pateat, sanctum canibus, margaritæ porcis, & prophanis Sancta Sanctorum. D. ^e Chrysostom. super Matth. agens de responsione scribarum & sacerdotum Herodi facta, interroganti, de loco natiuitatis Christi, sic pulchre dicitur. Datur responsum Regi interroganti ex corde non bono, cum deberent cēlare mysterium Regis a Deo prædefiniti ad salutem gentis Iudeæ, Maxime in conspectu regis alienigenæ, qui non solum zelo regni, sed etiam generis alieni odio aduersaturus regi postmodum futuro, non ignorabatur: si ipsi sapienter voluissent considerare. Et non solum manifestant mysterium, sed etiam ad fidem sermonum suorum, propheticum protulerunt exemplum; tanquam qui thesauros Domini sui absconditos hostibus eius prodant, & facti sunt non prædicatores optimi Dei, sed proditores mysteriorum eius, & non doctores Herodis, sed irritatores malitiæ eius. Ex quibus docemur, scripturarum occulta non manifestari iniquis, sed fidelibus. Sicut præcepit Paulus, ^f quæ a me audisti per multos testes, hæc commenda fidelibus, qui possunt etiam alios docere. Et non solum prophetiæ mysterium prodiderunt regi iniquo, sed adhuc ipsam prophetiam præcidentes ex vno consensu suo omnes, & non exponentes omnem scripturam Diuinitus inspiratam interficiendorum paruulorum facti sunt causa, hæc D. Chrysostomus. Qui etiam videri debet fusius hoc idem sacre scripturæ obscuritatis mysterium prosequens, & dilatans super Euangelium Matth.

^a D. Hiero. lib. 9. cap. 29. to. 4. pag. 233. ^b Ezech. 2. 9. ^c Apoca. 5. 1. & 6. 14. ^d Hiero. ca. 3. to. 5. pag. 409. 2. ^e D. Chrys. cap. 3. homil. 2. to. 2. pag. 686. b. c. d.

^f Scribæ & phari sæi proditores fuerūt thesaurorum dñi sui.

^f 2. ad Timot. 2. 2.

^a Matth. ^a vide etiam D. ^b Gregorium in libris moralium, & D. Thom. ^c in opusculo de potentia, & pulchras ^d Rupertii considerationes super illud ^e Matth. 7. ver. 6. nolite sanctum dare canibus, nec margaritas mittere ante porcos, ubi late demonstrat, quanta cum ratione mysteria scripturæ a Deo clausa & abscondita sint. Adiunge etiam prædictis, Cantapetræsem. ^f Licet ergo paucorum sit, abscondita arcana Dei penetrare, nobis tamen fidelibus diuinitus datū est, hæc eadem mysteria scrutari, profundissimi huius thesauri venas inuestigare, indagareque. Si tamen primum illud pro constitutissimo ac verissimo habeamus, sacram nempe scripturam, omni mysteriorum genere & arcanorum veritate ita sane plenam, refertā, atque coagulata, ut nec historia ipsa, nec litteræ, nec Syllabæ, nec apices, numeri, figuræ, similitudines, & parabolæ, vllis vacent misterijs. Ea namque omnia diuina quadam arte sub historiæ & litteræ cortice diuinitus occultantur. De quare vide. Renatum Benedictū lib. 1. strom. bibliæ, Sixtum ^g Senensem lib. de littera, latius dominū Iulianū Rugerium de sensibus Sacræ scripturæ cap. 5. Vnde Deū occultatū in litteræ spiritu ostendit, B. ^h Maximus de virtute & vitio. Idē ⁱ D. Chrysost. & Idē B. Maximus. sub sacris nominibus mirandā latere virtutem dicebat, ^k sub scribit ^l Canisius de Virgine Maria. Litteralis autem sensus, semper est pro fundamento constituendus, ut super eo spirituales alij sensus ædificentur, uti D. ^m Th. docet & prosequitur optime Iā senius in præfatione suæ paraphrasis in psalmos. Ita tamē ut sensum spirituale ob litteram minime relinquamus, aut prætermittamus. Vnde D. ⁿ Hieronymus: Nec putemus (inquit) in verbis scripturæ, esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie sed in medula, non in sermonum folijs, sed in radice rationis

^h B. Max cap. 6. pag. 128. & 337. in app. bibl. SS. patr. & 1295. ⁱ D. Chrysost. tom. 2. pag. 709. & 948. ^k pag. 245. ^l Canisius. pag. 19. in sine. ^m S. Th. 1. part. q. 102. artic. 1. & de potentia quæ. 6. art. 7. & quoli. 30. ⁿ D. Hieron. Canone Marcion. 1. q. 1.

tionis. D. ^a Gregorius in libris Moralium, historiam, inquit, scripturæ solum agnoscere, esse illam facie tenuis videre. Gregorius ^b Nyssen⁹ in ecclesiasten & latius in prohemio canticorum, sed si nuda, ait, maneat littera, non video quemadmodum in lege cogitari possit, quod Deo dignum sit. Ob idque nec in littera quiescendum nec illa omnino relinquenda est, uti optime tradit Dominus Iulius Rugerius loco citato. Adde Greg. ^c Nazianzenū ad Nemesium & Canisium ^d nuper adductum, qui vtiliter hac in re legi potest. Nec exempla accommodata ad huius veritatis confirmationem deerunt, si attendimus pariter nucleum nucis, & corticem necessariū esse. Item materiam cum forma, & vice versa, principia rerum naturalium pariter existere. Ad quem modum litteralem & spiritualementem sensum se se habere existimarem. Sicuti ergo materia accidentibus vestita efficit ut nos formam quam utique videre nequimus, considerare valeamus: Sic & litterali atque historico sensu, spiritualementem quem non videmus, facilius assequimur & cōtemplamur. Quāobrem nec littera, nec quidquid aliud in hac Sacræ scripturæ Arce siue intus reconditum, siue foris expositum, mysterio vacare potest. Et eo præsertim cum Christus Dominus & Magister noster Matth. ^e 5. vers. 18. aperte dixerit, se legem ad nouissimum vsque eius apicem adamusim obseruaturum adimpleturumque. Ille namque optime cognouerat, diuinæ suæ scripturæ, (quam ipsius Christi, salutisque nostræ causa, extare. Ioa. Damascenus ^f & alij agnoscunt.) Non solum interiorem sensum, sed exteriorem corticem litterarum, & ipsos etiam apices, innumeris misterijs, (quæ quidem ab ipso exactissime ad implenda erant) satis superque abundasse. Vnde D. Hieron. ^g tradit, syllabas, apices & puncta in diuinis scripturis, sensibus esse plena. Cuius doctrinam confirmat ^h Cyrillus. Dum super Ioannem, nihil, inquit, ita

^a Greg. Ma. lib. 4. c. 1.

^b Greg. Nif. homil. 7.

pag. 211.

^c Nazianzenū

Greg. Nazianz. pag. 88.

^d Canisius pag. 199.

Materia & forma vtrumq; simul rerum naturalium principium.

^e Matth. 5. 18.

^f Ioan. Damasc. lib. 4. Ortho. fid. cap. 18.

^g Rupertus Abb. in Matth. ca. 3. lib. 3. de gloria & honore filij hominis pa. 33.

Nihil in scriptura redundat.

^h Cyrillus super Ioan. cap. 102. lib. 1.

paruum

col. 2. ^g D. Hieron. ad Ephes. 3. ^h Cyril. super Ioan. cap. 102. lib. 1.

col. 2. ^g D. Hieron. ad Ephes. 3. ^h Cyril. super Ioan. cap. 102. lib. 1.

col. 2. ^g D. Hieron. ad Ephes. 3. ^h Cyril. super Ioan. cap. 102. lib. 1.

col. 2. ^g D. Hieron. ad Ephes. 3. ^h Cyril. super Ioan. cap. 102. lib. 1.

paruum in scripturis inueniri, quod magnam vtilitatem non pariat. D. quoq; ^a Chrysoſt. ita ſcribit. nihil enim temere vel fortuito, loquitur diuina ſcriptura; Sed & Syllaba, & apiculus vnicus, reconditum habet theſaurum; nam in hunc modum ſe habent ſpiritualia omnia. Et rurfus, ^b nihil enim in diuina ſcriptura continetur, quod non aliqua ratione dictum ſit, quæ non & latentem in ſe habeat vtilitatem. Idem ^c etiam eodem loco, nihil enim, inquit, hic ſcriptum eſt, quod non multas ſenſuum habeat diuitias, quando quidem diuino ſpiritu aſſati prophetæ, loquuti ſunt: Ideo uti à ſpiritu ſcripta, ingentem in ſe continent theſaurum. Et ne mireris quod in hac nominatione enumeratione multas latentes quæ diuitias ſententiarum, vobis me oſenſurum pollicear. Neque enim vel ſyllaba, vel apiculus eſt in ſacris litteris, in cuius profundo, non ſit grandis quiſpiam theſaurus. Proinde nobis opus eſt diuina gratia ducamur; & ſpiritu ſancto illuſtrati eloquia diuina adreamus. Neque opus habet diuina ſcriptura hominum ſapientia vt intelligatur, ſed reuelatione ſpiritus vt hauſto inde vero ſenſu, magnum nobis hinc lucrum accreſcat. Nam ſi in ſcriptis quæ de ſecularibus negotijs ab hominibus conficiuntur, ſæpeque tempore corrumpuntur, vel vnâ proœmij ſyllabam de eſſe, multum momenti habet: Quanto magis hoc in ſcriptis diuinis à ſpiritu ſancto compositis inuenitur, modo ſobrij ſimus, & non temere progrediamur: Sed intenta mente diligenter omnia conſideremus, & non negligentiores ſimus alijs qui hoc ſtudio in prophanis vtuntur. Enim vero qui metalla effodiunt, non in ſuperficie manent, ſed cum valde profundè descenderint, & auriamenta habere potuerint, magno labore & ſedulitate, ea à terra ſeparant, poſtque multum illum laborem, breuem aliquam laborum, inueniunt conſolationem; verum tamen licet hi ſciant quod ſæpe vtilitatem percipiēt laboribus non respondentem, vt pote minorem; & quod ſæpe poſt

D. Chriſt.
ad cap. 4.
Genef. ho
mil. 18. to.
1. pag. 112

D.
^b
D. Chriſt.
Genef. ca.
9. homil.
28. pa. 197
d. & pag.
198. B. t. 1

D. Chriſt.
homil. 21.
pa. 129. d.
to. 1.

Scriptura
diuina nõ
opus hêt
hominum
ſapientia
vt intelli-
gatur. Sed
Spūs ſan-
cti reuela-
tione.

Syllaba v-
na in ſcrip-
turis mul-
tum inte-
reſt.

In ſcriptu-
ris omnia
intèta me-
te confide-
randa ſunt.
Simile de
metalla
effodiendi-
bas-

poſt tot vigilias, & labores; etiam expectatione ſua, fruſtentur, nec ſic deſiſtunt, ſed ſæpe aluntur, & ſenſu laboris carent. Quod ſi illi tantum præ ſe ferunt ſtudium, in corruptibilibus & in incertis, atque caducis, multo magis decet vt nos, vbi diuitiæ auferri nequeunt, & theſaurus abſumi non poteſt & ſæpe non aberratur, par vel maius ſtudium, adhibeamus; vt hinc aliquo fruſtu præcepto, deſiderata aſſequi poſſimus, agnitaque ineffabili miſericordia Dei, gratias agentes Domino noſtro nobis fauorem conciliemus. Idem Chriſoſtomus ^a ſuper Genefim, neque enim (ait) Syllabam, neque apicem in diuina ſcriptura prætereire oportet. Et de verbis ^b Heſaiæ prophetæ: Etenim, inquit, ſi hi qui fodiant metalla ne minima quidem fruſtula prætereunt; verum vbi nacti ſunt aliquam venam auri meatus omnes ex acie circunſpiciunt; multo magis hoc facere nos oportet in ſcripturis. Et tamen in metallis difficile eſt inuenire quod venantur, etenim cum & metalla ſint terra, ipſa quoque naturæ communio celat aſpectum eorum quæ quæ- runtur. Attamen nec ſic quidem deſiſtunt illi; ſed omnè adhibent diligentiam, etiam ſi poſtea quam inſpexerint, ſciant quid vere ſit terra, quid vere aurum. In ſcripturis autem non eſt eadem ratio. Neque enim proponitur aurum terræ cõmixtũ, ſed purum eſt aurum. Eloquia (inquit) Dei pura, argentum igne exploratum, probatum terræ. ^c Siquidem ſcripturæ non ſunt metalla quæ indigeant operarijs, ſed theſaurum præbent paratum his qui quærent opes in ipſis reconditas. Satis eſt enim introſpexiſſe, vt omne expleti fruſtu diſcedatis. Satis eſt tantum aperuiſſe, vt illic videas, gemmarum ſplendorem. Hæc autem non temere mihi dicta ſunt, neque fortuito produxi ſermonem, ſed ob id quod ſunt homines quidem opifices; qui poſtea quam ſacros libros in manus ſumpſerint, deinde repererint, vel annorum numerum poſitum, vel nominum recenſionem, illico

Studium
minime
tallis &
theſauris
ſcripturæ
impendè-
dũ eſt quã
in rebus
caducis.

^a
D. Chriſt.
genes 18.
homil. 42.
to. 1. pag.
30. c. d.

^b
D. Chriſt.
homil. 3.
to. 1. pag.
1384. d.

In ſcriptu-
ris non eſt
aurũ terræ
cõmixtum
ſed purũ.

^c
Pſal. 17. B
verſ. 7.

Scripturæ
non ſunt
metalla o-
perarijs in-
digencia,
ſed theſau-
ri qui di-
uitias præ-
bent.

illic prætercurrunt, & inculantibus respōdent, nomina tantum sunt, neque quicquā habet utilitatis. Quid ais? Deus loquitur & tu audes dicere. Nulla est dictorum utilitas? Etenim si ad nudam scripturam respexeris tantum, dic mihi, non ne resistes cum studio, repositasque scrutaberis opes? sed quid loquor, de temporibus & nominibus, titulisque? Disce quantum valeat vnius litterule adiectio, ac desine tota cōtemnere nomina. Patriarcha noster Abraham (noster enim potius quam Iudæorum) hic prius dictus est Abraham, quod interpretatū sonat, transitorum: post hæc, vero nomine commutato, dictus Abraham, pater factus omnium gentium, & vnicum elementum adiectum tantum principatū vindicavit iusto. Quæ admodum enim reges, præfectis suis, aureas porrigunt tabellas principatus signum, sic & Deus iusto illi honoris signum dedit litteram. Quantus autem fructus ex annorum & temporum scripturæ cognitione colligatur. Idem Sanctus Chrysostomus^a ibidem vsque ad finem eloquentissime profecquitur: quem etiam vide super Ioannem & in Pauli epistolam ad Romanos. Gregorius^b Nissenus super illud, faciamus hominem ad imaginem &c. sic ait. Dicere autem verbum aliquod in scriptura redundare, est graue nephas. Quod si nihil redundat nihil est inane, nihil superuacuum. Adde etiam Origenem^c in Epistola ad Romanos, vbi obseruans varium paulinæ salutationis modum sic commentatur. Et quamuis curiosior videatur huiusmodi obseruatio, tamen qui nihil ociosum credit, in scripturis esse diuinis; etiam horum differentias, & diuersitates non inanes putabit. Ac proinde ingentē blasphemiam esse in scripturis sacris asserere, aliquid redundare, aperte asseuerant. D.^d Basilus & Canisius^e de Virgine Maria. Quibus & hæc consideratio adiungi potest. Nam sicuti in mirabili illo hominis opificio, nec ipsas minutissimas partes superuacaneas ociosas vel minus credit: Ita quidem in hoc sacro scripturarum opificio

In scriptura
vnius litterule
plurimū valet.

Abraham
nomen.
Abraham
dionym⁹
περδτης¹

D. Chrysostomus
Ioa. 7. homi
mi 49. to.
3. pa. 202.
a etiam in
epistola ad
Ro. ca. 16.
homi. 31.

to. 4. pag.
2. ci. seq.
vbi pulchra
verba & scrip
turae sacre
cognitione.

b
Greg. Nissenus
scilicet orati.
1. pag. 34.

c
Origenes
c. 1. li. 1. to.
2. pag. 299
col. 1. b.

d
D. Basilus
in exam.
hom. 10.
& in phe.
& spū sac.

e
Canisius.
pag. 274.

nec

nec comas, colla, periodos, puncta, syllabasque, vllas; quas ad similitudinem corporis humani esse constitutas atque distinctas docet S.^a Thomas in Esaiā; nullus sane mentis superfluas aut ociosas, iudicabit. Hinc iam efficacissima certe desumitur ratio, præcipue necessitatis lingue sanctæ grāmatices. Nam si scriptura sacra spirituali sensu & litterali, sicuti & homo anima constat & corpore, & reliqua naturalia materia & forma: ita sane vt nec minima scriptura litterula syllabaque, veluti ipse hominis minutissime partes propria functione & mysterio vacent: grāmatica profecto, quæ de ipsis sacris litteris, syllabis, verbis, nominibus, & reliquis orationis partibus, earumque significationibus & proprietatibus minutatim agit, vti superius libro primo^b ostendimus; summe necessaria esse conuincitur ad ipsum litteralem & legitimum sensum assequendum. Vnde sicuti si litteralem sensum scripturæ excludas, scripturæ fundamentum tollas necesse est; Ita sane si lingue sanctæ cognitionem atque grāmaticam paruipendas, litteralem sensum & sub inde spiritualem facile negliges. Ac proinde Ioannes Photensis in præfatione ad Adrianum Rom. Pont. optime scripsit, grāmaticam hebræam, nihil aliud esse qua diuinæ scripturæ sensum litteralem. At vero huius rei necessitatem iuxta ea quæ præcitato libro primo^c tradidimus, accipiendam semper existimo. Ex his iam liquet satis, sacræ scripturam innumera magni ponderis, atque momenti arcana, sub nominibus litteris apicibus, dictionibus, figuris, tropis, similitudinibus & parabolis, atque sub ipsis etiam numeris continere. Cæterum ea in re quæ latissime patet, delectu atque iudicio opus esse censeo. Cum non omnia mysteria & arcana passim laudanda, admittenda aut sequenda sint, sed illa tantum quæ colliguntur ex ipsa sacra scriptura, ex apostolorum, & Ecclesiæ catholice traditionibus, atque a priscis illis patribus, quorum sincere expositiones, & catholicæ doctrinæ à nobis catholicis,

a
D. Thom.
prelud. 2.
p. inc. lit.
te. h.

Scriptura
sacra spū
ali & litte
rali sensu
sicuti hō
anima &
corpore
constat, &
aliq res na
turales ma
teria & for
ma.

b
pag. 18.

Grāmati
ca hebræa
nihil aliud
est quā sen
sus littera
lis.

c
pag. 3.
Scriptura
sacra innu
mera cō
plectitur
Arcana.

Arcana cū
delectu &
iudicio ad
mittenda
sunt.

tholicis, alijs omnibus præponendæ sunt: Dein de reli-
 quorum omnium theologorum & sapientium obserua-
 tiones explicationesque, tuto adiunguntur, & vtiliter ad-
 hibentur. Ex vtrifque, namque ingens arcanorum the-
 saurus, qui nec erugine rabinorum, nec hereticorum ti-
 nea, de moliri valeat, facile conficietur. Non inficias ibo
 mysteria, & arcana aliqua de huiuscemodi litterarum my-
 sterijs, atque numerorum, nominum, Syllabarum, dictio-
 numque, apud hebræos illos, præsertim, qui Christi Ad-
 uentum prauis affectionibus remotis, præcesserunt; repe-
 riri posse; quæ quidem nostris non solum non aduersen-
 tur sed potius consonent. Verum præcipua haberi volo
 quæ apud patres & catholicos viros abunde reperiuntur.
 Illa vero hebræorum vti iam superius dixi exactam au-
 thoritatis confirmationem, minime obtinentia: sicuti
 probabiles gentilium doctrinas, ad nostram scholam ca-
 tholicam transferri, atque tanquam ab iniustis possesso-
 ribus in usum nostrum vindicari, vult, D. ^a August. lib. 2.
 de doctrina Christiana. Quibus accedunt quæ scribit D.
 Theodoretus lib. 1. de græcanicarum affectionum cura-
 tionè Sermone de fide, vbi veritatis magis quam autho-
 rum rationem habendam docet, licet ea doctrina ita tem-
 peranda sit, vt in rebus fidei ab hæreticis traditis locum
 non habeat. Illis namque etiam si vera dicant, vti non
 debemus, iuxta ea quæ in libro de proprietate & natura
 hæreticorum scripsimus. Ne tamen ea in re quorum
 dā, præsertim nostrorum studiosorum, auidita
 ti deesse videar, aliqua ex hijs mysterijs
 selectiora, summis quod aiunt digi-
 tis ac labijs prælibabo, atque
 in medium si placet
 proponam.

Mysteria
& arcana
hebræorum
qualia cõ-
fenda.

Arcana &
mysteria
hebræorum
fidei non
obtinētia
sicuti Gē-
tiliū sen-
tentia vt
tanquā ab
iustis pos-
sessoribus
iudicandę
sunt.

^a
D. Augu.
cap. 40. to.
3. pag. 19.
col. 2. A.

^b
Theodor.
to. 2. pag.
480. &
485.



Dē

De liberalium disciplinarum cognitione atque necessitate,
 ad scripturam sacram. Cap. IX.



E Numeris, quam plurima vtilia & necessa-
 ria ad scripturam sacram, & diuinorum ar-
 canorum cognitionem in præsentiarum
 prælibaturi, hoc certissimum postulatam
 præmitimus; nempe ad ipsius Sacre Scrip-
 turæ exactam cognitionē assequendam, Theologis opus
 esse disciplinarum mathematicarum cognitione. Siue qua-
 tuor illas esse dicas (vt communiter sapientes tradidere)
 Arithmeticam, Musicam, Geometriam, & Arithmeticā:
 siue duas tantum, Arithmeticam nempe & Geometriam, (vt
 alij contēdunt.) Vt cumque igitur sit, has ad Theologiā,
 scripturamque necessarias esse, Reuerēdissimus Dominus
 Cardinalis Nicolaus de cusa in suo theologico comple-
 mento figurato, in complementis Mathematicis asse-
 ruit, & perdoctus Magister Martinus ^a Martinez Can-
 tapetrensis in suo Hyppoti. satis demonstrat, & Reue-
 rendus Pater Christophorus Clavius Bemburgensis,
 Societatis Iesu in prologemeno ad Euclidem, capite
 de varijs Mathematicarum disciplinarum vtilitatibus.
 Nicolaus ^b etiam Taltarca Briscianus super libris Eu-
 clidis, quibus ad numerandum est, Reuerendus ^c dominus
 Abbas & prothonotarius Rugerius in opusculo de au-
 ditore Theologico. Vbi ex professo ostendit externa-
 rum disciplinarum & ipsiusmet philosophiæ usum ad sa-
 cram theologiā desiderari. Et nouissime postea quam
 hæc scripseram in manus meas peruenit perdocti quidē
 & diligentis Petri ^d Bongii, liber de mystica numerorum
 significatione qui in præfatione sua idē probat. Quibus
 tamē addo Clementis ^e Alexandrini sententiā, in libris
 Stromatum, vbi eum bene & vtiliter eruditum existimat,
 qui omnia refert ad veritatem, adeo vt ex geometria, &

discipline
Mathema-
tica Theo-
logis vti-
les.
discipline
Mathema-
ticę qua-
tuor, alij
duas.

^a
Magister
Martinez
li. 2. hypo.
cap. 6.

^b
Lectio 2.

^c
Reueren-
D. Abb.
Rugerius,
cap. 5. vsq;
ad 7.

^d
Petr. Bon-
gus pag. 2

^e
Clem. A-
lexan. lib.
1. Strom.

o o o Musica

Musica & ex Grammatica, & ipsa Philosophia colligens quod est utile, nullis insidijs interceptam seruet fidem.

^a Etiam alibi, per consequentiam ergo, inquit, his quoque attendit, quæ exercent ad cognitionem, summens ex vna quaque disciplina, id quod confert ad veritatem.

Ex Musica ergo persequens proportionem, quæ est in his quæ sunt coniuncta & composita. In Arithmetica autem adnotans augmenta, & decrementa numerorum, & eas quæ sunt inter se inuicem relationes, & quod plurima cadunt in propositionem numerorum. Et Geometricam ipsam substantiam in se ipsa contemplans, & assuefaciens aliquod continuum intelligentia percipit spatium, & immutabilem essentiam, quæ est alia à corporibus. Et rursus, ab Astronomia, à terra eleuatus vnà cum cælo mente in altum extolletur, & simul cum eorum conuersione circumagetur semper considerans diuina, & ea quæ est inter se inuicem consensionem

& conuenientiam: à quibus adductus Abraham ascendit ad cognitionem eius qui creauerat. Quin etiam Dialectica vtetur is qui est cognitione præditus, eligens diuisionem generis in species, & adducet eorum quæ sunt distinctionem, donec attigerit prima & simplicia,

hæc Alexandrinus. Sed & Iustinus^b Martyr libro de veritate Christianæ religionis de se ipso, ita loquitur. Porro cum impensius adhuc animus meus audire, quod

Philosophiæ proprium atque præcipuum est, expeteret; ad Pythagoricum quendam, magni nominis, multique in sapientia supercilij virum accessi, & cum eo auditor eius & familiaris esse volens egi, ibi. Quid? inquit ille. Versatus ne es in Musica, Astronomia & Geometria? An existimas quicquam te perspicere eorum posse quæ ad beatitudinem conducunt, nisi hæc prius cognoueris, quæ animum a sensibilibus ad intelligibilia percipienda, aptum commodumque reddunt, vt id ipsum quod pulchrum & quod bonum est contemplari quæas?

& cum

Clem. A. lex. lib. 6 pag. 207. Ex disciplinis mathematicis quibus mi debeat ad veritatem assequendam.

Abraham quomodo ad creatorem cognitionem ascendit.

^b Inst. Mart. to. 2. pag. 29.

Pythagorici philosophi responsum quo sine mathematicis pulchrum bonumque percipi minime posse dicit.

& cum studia ea magnopere laudasset, necessariaque esse dixisset, me ita a se dimisit: Nam me nescire confessus sum. Aegre igitur hoc tuli (sicut par erat) quod spe excidisset: idque eo magis quod scire illum aliquid putarem ac rursus tempus ipsum mecum considerans, quod in disciplinis eis conterendum erat, rem longius differre non sustinui. Hæc Iustinus. Adde Origenem^a in cap. 24. nu. & in^b lib. periarch. vbi probat geometriam artem esse à Deo inuentam. Vnde sic ait: Quod si fabrilis scientia ab excelso esse declaratur, quomodo non & geometrica, ex qua utique hæc scientia, quam scriptura architectonicam nominat, deriuatur? Denique & in Zachariæ secundo funiculus geometricus dicitur, in quo demittitur angelus Hierusalem: & ideo non puto absurdum videri si etiam hæc scientia dicatur excelsi. Idem de musica & alijs ipse Origenes affirmat. De musicæ vero necessitate vid. D. Angu. de doctrina Christiana, & Volaterranum^c in sua philologia; atque plures alios, quos Petrus Gregorius Catholicus & doctus Iure consultus in suo Syntaxeos libro artis mirabilis recenset. Hinc iam uides quanta animaduersione digni sint Barbari quidam & imperiti, qui non solum præposterum instituendorum theologorum ordinem amplectuntur; sed & ipsos studiosos linguarum, ociosos & parum frugis homines reputent. Qua de causa aliquando fit vt ea theologia solitaria maneat & quam plurimis ignorantia tenebris obuoluta obscurataque. Sed quantum hoc damnum sit, Doctiorum erit Iudicium. His tamen quærelis omissis institutum prosequentes Boethij^f Seuerini viri clarissimi, elegantissimum afferamus discursum. Is ergo in libris de Arithmetica sic scribit: Inter omnes præcæ authoritatis viros qui Pythagora duce puriore mentis ratione viguerunt, constare manifestum est; haud quemquam in philosophiæ disciplinis ad eumulum perfectionis euadere, nisi cui talis prudentiæ nobilitas quodam quasi quadriuo

○○○ 2 vesti-

^a Orig. homi 22. to. 1. pag. 152 col. 2.

^b Orig. lib. 3. cap. 3. pag. 460.

^c Augu. lib. 2. cap. 37. to. 3. pag. 28. col. 2.

^d Volaterranum^e 35. pa. 152. co. 2.

^e Petro Gr. lib. 12. ca. 6. & 7.

Contra imperitos præpostere theologos instituentes.

^f Boethi. li. 2. de Arithmetica c. 2. pa. 988.

Sapientia
quid.Quæ ha-
bere dic-
tur, esse.Sapientia
proprie e-
earum quæ
sunt.Essentia
due sunt
partes.Magnitu-
dines pro-
prie quæ.Multitu-
do.Magnitu-
dinis divi-
sio.

vestigatur. Quod recte solertiam intuentis non latebit. Est enim Sapientia rerum quæ sunt, sui que immutabilem substantiam fortiuntur, comprehensio veritatis. Esse autem illa dicimus, quæ nec intentione crescunt, nec retractatione minuuntur nec variationibus permurantur; Sed in propria semper vi, suæ se naturæ subsidijs nixa custodiunt. Hæc autem sunt qualitates, quantitates, formæ, magnitudines, paruitates, æqualitates, habitudines, actus, dispositiones, loca, tempora, & quid quid adunatum quodammodo corporibus inuenitur. Quæ ipsa quidem natura in corporea sunt, & immutabilis substantiæ ratione vigentia, participatione vero corporis permurantur & tactu variabilis rei, in vertibilem inconstantiam transeunt. Hæc igitur quoniam (vt dictum est) naturam immutabilem substantiam vimque sortita sunt, verè proprieque esse dicuntur. Horum igitur, id est quæ sunt proprie, quæque suo nomine essentia nominantur, scientiam, sapientiam profitentur. Essentiæ autem geminæ partes sunt: vna continua, & suis partibus iuncta, nec illis finibus distributa, vt est Arbor, lapis, & omnia mundi huius corpora, quæ propriè magnitudines appellantur. Alia vero disiuncta à se, & determinata partibus, & quasi aceruatim in vnum redacta concilium, vt grex, populus, chorus, acertus, & quidquid eorum quorum partes proprijs extremitatibus terminantur & ab alterius fine discretæ sunt, his proprium nomen est multitudo. Rursus multitudinis alia sunt per se vt tres vel quatuor, vel tetragonus, vel quilibet numerus, qui vt sit nullo indiget. Alia vero per se ipsa non constant, sed ad quoddam aliud referuntur, vt duplum, vt dimidium, vt sesquialterum, vt sesquitertium, & quidquid tale est, quod nisi relatum sit, ad aliud, ipsum esse non possit. Magnitudinis vero alia sunt manentia, alia vero quæ mobili semper ratione vertuntur, nec illis temporibus acquiescunt.

cunt. Horum ergo, illam multitudinem quæ per se est Arithmetica speculatur integritas, illam vero, quæ ad aliquid, musci modulaminis temperamenta pernoscut. Immobilis vero magnitudinis, geometrica notitiam pollicetur. Mobilis scientiam, Astronomicæ disciplinæ pericia vendicavit. Quibus quatuor partibus sic careat inquisitor, verum inuenire non possit; ac sine hac quidem speculatione veritatis, nulli recte sapiendum est. Est enim sapientia earum rerum quæ vere sunt; cognitio & integra comprehensio. Quod hæc qui spernit: id est has Semitas sapientiæ, ei denuntio, non recte philosophandum. Si quidem philosophia est amor sapientiæ, quam in his spernendis ante contempserit. Et Rursus, constat igitur quisquis hæc prætermiserit, omnem philosophiæ perdidisse doctrinam. Hoc igitur illud quadriuium est quo ijs viandum sit, quibus excellentior animus, à nobis cum procreatis sensibus, ad intelligentiam certiora producit. Sunt etenim quidam gradus, certeq; progressionum dimensiones, quibus ascendi progredi que possit; vt animum, illum oculum, qui (vt ait Plato) multis oculis corporalibus saluari constituique sit dignior, quod eo solū lumine vestigari, vel inspicere veritas queat, hunc (inquam) oculum demersum, orbatumque corporeis sensibus, hæc disciplinæ rursus illuminant. Hæc Boetius. Sed & ante ipsum Plato in Epinomide, Mathematicas scientias, ad naturalium & aliarum rerum cognitionem, necessarias esse asseueravit. Idem Plato sue academix foribus præfixum illud frequenter decantatum habebat ἀγῶν μὲν τῶν οὐρανίων ἐπιστῆμων, hoc est nullus ignarus geometriæ ingrediatur. Ac septimo etiam de re publica, geometriam ad veritatem animum attollere, & ad philosophandum cogitationem præparare scripsit. Interest ergo plurimum ad comparandas disciplinas, geometriam attigisse, cuius quidem proportionem, iustitiæ & omnium in republica actuum, propriam esse, plures

O O O 3 docue-

Quatuor
partibus
scientiæ si
inquisitor
careat ve-
ri si nequit
inuenire.Semita
sapientiæ
Philoso-
phia quid.Quadriui-
um scientiarum
quale sit.Oculi: A-
nimi.Platonis
epitaphium
præ foribus
præfixum de
Geometria.

Arist. lib. 2. & 7.

docuerunt. Lateque profequitur Aristoteles in suis Ethicorum libris & nos subsequenti capite repetemus. Hoc igitur quadriium disciplinarum mathematicarum, ne dum sacre Theologiae utile, sed & aliarum scientiarum omnium cognitioni apprime necessarium fore, nullus iam esse potest, qui iure dubitare valeat.

De Arithmetica etymologia, definitione, diuisione Origine & excellentia. Caput. X.

Ars supputandi, ab hebraeis quomodo dicitur.

Pagni. Thesa. co. 821.

2. Reg. 24. vers. 2.

Exod. 30. 12.

Eccles. 7. 28. & 9. vers. 10.

Beda. l. 1. de Arithmet. 1. pag. 98. & d. pag. 113.

Beda. to. 1. pag. 113.

D. Augu. lib. 4. c. 11 to. 5. pag. 45. col. 2.



Arte supputandi qua hebrei מלאכה חשבון Meleseth hascesbon dicunt, a verbo חשבון scasau hoc est supputare vel computare. Graeci αριθμητική Arithmetica dicitur, hoc est, annumerando dicere. Inde Graeca αριθμησις, Latine numerus dicitur, a verbo αριθμω, id est numero. Chaldaice numerus dicitur חשבון scusban; 2. Reg. cap. 24. 2. & Exod. 30. 12. cum Hebraice חשבון scesbon dicatur, Ecclesiastes. c. 7. 28. cap. 9. vers. 10. Et si venerabilis Beda de numeris aliud existimauerit, qui tamen numerum, a nummo eiusque frequentatione nomen accepisse tradit. Aut a Numeria Dea quae auctore D. Augu. libris de ciuitate Dei, & Lilio Giraldo adnumerare docebat. Cuiusque sacerdotes, uti Beda nuper citatus scribit, retro versis vultibus offerebant, & post oblata munera, retro pergebant. Numeri apud praecitatores auctores multiplex partitio, diuisione quae reperitur. Sed sicuti ponderum & mensurarum duplex haberi solet apud Theologos consideratio; (sunt nanque pondera & mensurae sacrae ad sacram ipsam theologiam pertinentia; alia vero prophana, ad vulgi commercium adinuenta, Sicuti de siclo sanctuarij & vulgi, alias traditur.) Ita etiam Arithmetici numeri, duplici ratione censendi sunt. Vna ergo est formalis & mystica, alia materialis seu

seu vocalis, mercatoribus, prophanis quae vltibus accomodata. Quam diuisionem distinctionemque, ab antiquioribus comprobata. S. Thomae auctoritate lubenter confirmamus. Cui adiungi potest, illa proculi in timore Platonis, ex Pythagoricis numeris, in quatuor rationes, diuisio. Dum aliam vocalem ut in musica & carminibus, aliam naturalem ut in rerum compositione, aliam rationalem, aliam diuinam constituit. Idem numerum semper existere dicebat, alium tamen in voce alium in rerum proportione, alium in Anima, alium denique in diuinis. Numerum formalem, Pythagorici atque academici numerum rationalem dixerunt, ob formales & mysticas proportionem, mysteriorumque emanationes, ex eo ipso tantum in naturalibus, quam in diuinis, & caelestibus defluentes. Numerum vero vocalem corporalem, materialem, siue litteralem, auaris, mercatoribusque relinquerunt. De his formalibus numeris agunt nostri theologi in primis sententiarum, & D. Augu. lib. de libero arbitrio, idem de numeris spiritualibus, perfectis, & in perfectis, atque super abundantibus in libris de Ciuitate Dei agit, & nos inferius repetemus. Porro de hac mystica & formalis arithmetica praeter antiquiores iam citatos, videmus etiam Ludouic. Galius Rhodiginus in suis antiquitatum libris, Paulus quoque Scaligerus in suis miscelaneis & catholico Epistomio, accedunt alij, relati a Petro Gregorio, & Illustrissimus Cardinalis Aegidius qui de hac re ad Leonem decimum peculiarem librum destinavit. Et Augustinus Iustinianus Neobites, Episcopus in suis scholijs ad psalterium. Adde Reuerendum Magistrum Patrem Guillelmum Hammerum in genesios cap. primum & Reuerendum Praesulem Fratrem Hieronymum Vielmius in libro sex dierum, atque Pamelium in adnotationibus ad D. Cypriani opera & ex professo integro volumine mysticas horum numerorum significationes utiliter & diligenter profequitur. R. D. Petrus superius citatus.

S. Tho. 1. par. 1. q. 39. arti. 3. in corp. & q. 47. arti. 2. etiam in corp.

D. Augu. lib. 2. cap. 8. & 13. to. 1. pag. 278. & pag. 171. & 188. pag. 2. & 4.

Augu. to. 5. pag. 133. a. c. 1. c. 1. cap. 13.

Lud. Cel. Rhodi. li. 22. cap. 6.

Petrus Greg. d. li. 15. syntax. artis mirabilis.

Hieronymus Vielmius. pag. 114.

Pamelius pag. 342. col. 1.

Definitio
numeri.

^a
Boethius
lib. 1. de
Arithme.
cap. 3.

Numeri
inuenti à
quo.
Apud lati
nos quis
prim^o nu
merū ex
cogitauit.

^b
Boethius.
d. lib. 1. c. 1.
1. pa. 989.

ab Arith
metica cū
sta per nu
meros cō
stituta.

^c
ca. 1. pag.
990.

Numeri
ab origi
ne mundi
inuenti.

tatus. Difiiniunt autem numerum, Isidorus & Beda esse multitudinem ex vnitatibus cōstitutam. Boethius ^a definit esse quantitatis aceruū ex vnitatibus profusum. D. Petrus Bongo in præfatione sua, ex Ludo. Cælio Rhodigino, numerum esse rationalis fabricæ naturale quoddā pullulans principiū ait. Abrahā primum apud hebræos numerū inuenisse, Isidorus & Beda locis præcitatis asseruerant atq; Mosē: à quibus duobus, ipsum numerū ægyptij habuere. Apud Græcos vero Pythagorā, sicuti & apud Latinos Apuleium & Boethium, primos numerū docuisse aiunt. Præcitatus R. D. Petrus Bongo numerorum originem ad Mosē & chaldæos refert. Sed ea in inuestigatione; longius, origo hæc deducenda est. Vnde videndus est Boethius ^b nuper adductus, qui sic de arithmetica loquitur. Hæc enim cunctis prior est, non modo quod hanc ille huius mundanæ molis cōditæ Deus, primum suę habuit ratiocinationis exemplar, & ad hanc cuncta constituit, quæcumque fabricante ratione per numeros, assignati ordinis inuenere concordia. Et iterum. Omnia quæcumque à primeua rerum natura constructa sunt, numerorum videntur ratione formata; hoc enim fuit principale in animo cōditoris exemplar. Hinc etiam quatuor elemētōrum multitudo, mutuata est, hinc temporum vices, hinc motus astrorum cælique conuersio, quæ cum ita sint, cumque omnium status numerorū colligatione fungatur, eum quoq; numerū necesse est, in propria semper se se habentem equali substantia permanere, eunque compositum non ex diuersis. Hæc ille. Cui venerabilis Beda superiori loco assentitur asserens, ex illo tempore ex quo factę sunt creaturæ: hoc est ab origine mundi, numerorū rationē inuentā, exortamq; fuisse, sicut in Genesi legitur, & factū est vespere & mane dies vnus. Tunc ergo dixit de nocte & die: Quando dixit Vespere id est nox: & mane id est dies: de numero autem dixit, quando dixit dies vnus, sic secundus, sic sextus, sic septi-

septimus. Iterū de numero dixit Deus, quādo de Sole & Luna pronūtiavit; & sint insigna & in tempora & dies & annos, quis enim potest intelligere dies & tēpora, & annos nisi per numerū? Hæc Beda. Vnde primus parens (vt ego puto) filijs nepotibusque, pingui quadā minerua, eā ipsā numerandi artem & philosophiā primitus tradidit atq; ostēdit. Sicuti de omnibus alijs artibus, quibus sane ille diuinitus instructus & imbutus fuerat; optimi auctores etiam philosophantur. Nec ideo inficiasibo, easdem omnes artes & disciplinas temporum progressu ab alijs elegātius & cumulatius auctas fuisse. Quæ præcipua causa est, vt earum artium & disciplinarū adinventionem atq; originē, varijs inuētoribus adscripserint. Atq; ideo Abrahamo illā ipsā numerandi artē tribuere. Quem quidē ab ipso Adamo & Noa per manus maiorū, numerorū disciplinā habuisse suspicamur. Mosi vero, qui à puero Aegyptiorū Sapiētia (in qua præcipua erat mathematica, eiusq; pars arithmetica) initiatus fuerat: merito hæc adinuentio adscribitur. Alij theatidi, siue Mercurio arithmetice adinuentio tribuerūt, vt testatur Ludo. ^a Cæli^o Rhodigin^o in præcitatis antiquitatū libris. Alij Palamedii, quē primū numerū ad exercitum adnumerandū (Franciscus ^b Philelphus lib. cōuiuiorū & Polidor^o Vergili^o de rerū inuētorib^o) inuenisse referūt. Hinc recte D. ^c Aug. in libris de doctrina Christiana, ait, numerorū disciplinā ab hominibus ingeniosis, sagacitate quadam, inuestigatā atq; cōpertā fuisse, poti^o quā institutā. Quę sane referēda sunt ad varias hæc quas diximus, varijs in locis autorum inuentiones. Pro comperto igit habēdū censeo numerorū institutionē cū orbe ipso incoepisse, atq; deinde primū parentē numeros omnes tā Cardinales, quā ordinales posteris demostrasse. Hæc de numerorū origine. Ludo. ^d autē Cæli^o Rhodigin^o superi^o citatus. Dignitatē & excellentiā numerorū extollēs sic ait: Hoc tm̄ nec itē præteriero rationalis fabricę naturale quoddā pullulans principium

Adā prim^o numerandi artē docuisse constat.

Mercuri^o author numerandi habitus.

^a
Lud. Cæl.
Rhod. lib.
22. cap. 25
in fin.

^b
Francisc^o
Philelphus
li. 1.
pag. 18.

^c
D. Aug.
lib. 2. ca. 6.

^d
Lud. Cæl.
Rhod. cap.
6. sub finē.

Numerus rationalis fabricę naturalis principium. Numerus explicata ratio.

Numero nihil prius.

Numerus mente similis. Ternaria virtus & equalitas & connectio.

Numeri Ideatum in intellectu primo.

Vide Aristot. i. Meteor. c. 1.

Formę substantiales numeris comparantur.

principium dici, ac esse numerum. Quippe mentis expertia, uti bruta, non numerant. Nec aliud est numerus quam explicata ratio, ea tenus autem principium eorum quę a ratione attinguntur, numero cõprobat, ut sublato eo, reliqui futurum nihil, ratione colligatur. Nec aliud omnino est, per numerorum rationem quippiam explicare, quam ratione ipsa, uti, atque in sui naturali, suprema, que similitudine, cuncta figere: Vti Deus infinita mens in cõeterno verbo, rebus esse cõmunicat. Nec numero esse quicquã potest prius, cuncta enim ab ipso, alia ipsum fuisse necessario affirmant. Divina siquidẽ virtutem ex-cuntia simplicissimam; suo profecto sunt modo compo-sita, nec vllã citra numerum concipi valet, compositio. Ex se ipso, autem, confurgit numerus, quando ex tribus; connexis, cooriri debet ternarius, alioquin non magis ternarius, esset, quam si seorsum parietem, seorsum te-ctum, atque item, domus, construeris fundamenta, & do-micilij tamen concipias formam. Porro an menti simi-li us, ex cogitari potest quippiam? Nonne ternarij vni-tas ternaria est; ternarij equalitas; ternaria item? Sed & ternarij connectio, ternaria est. Igitur numeri, essentia, mentis exemplar, est primum. Hęc ille. Ex quibus perspi-cue constat, essentiam, numeri, ab ipso diuinę, mentis exemplari, deductam, rebusque omnibus, communica-tam fuisse. Est itẽ in intellectu, primo numerus. Idearum, ratione formalij rerũ inter se differentiũ: si modo per eas intelliguntur & sunt formę rerũ re ipsa discrepantiũ siue differentiũ. Hęc idẽ. Hinc recte Pythagoras ille sapien-tissimus, omnia sub numero, & mensura a summo opifice procreata docēbat, atq; singulis rebus, numerũ, singulas virtutes impartiri. Cuius sententiam communi omnium calculo laudatam approbatam que video. Imo & Plato ipse, numeros, mensuras, solidaque, in medium adducēs, omnium rerum naturalium species & formas substantia-les, quas numeris. Aristoteles comparavit; per ipsos met-
numeros

numeros distribuebat. Per mensuras namque instrumen-tales, certasque figuras, vel magnitudines, certis specie-bus accommodatas intelligebat, per solidas autem, qua-litates que actionibus momentum præstant. Adde tamẽ his alia, ex Platone & veterib; per Eugabinũ lib. 4. de pereni philosophia optime adducta. Vnde Philon in libro allegoriarũ legis; circa illud caput primũ Genese-os, Vbi de senario & septenario mentio fit; sic discurrens. Vult igitur iudicare propheta tum mortalia, tum incorruptibilia genera, ex proprijs cõstituisse numeris. Mortalia (vt dixi) senario, metiēs. Beata vero & felicia septena-rio, Hęc philon. Sed quid mirabimur Pythagoram & ali-os, omnia sub numeris cõstituta credidisse: cum id sicuti & alia quã plurima, ex sacra nostra scriptura eos mutua-fẽ certo certius sit. Sapientię, ergo cap. 11. vers. 21. ita legitur. Sed omnia in mensura & in numero, & pondere disposuisti. Ita sane eam auctoritatẽ ad hanc numerorũ ordinatã proportionem omnes frequentissime vsurpãt. Possent tamen quispian non absurde Locum illum intro-spiciens, aduertere: Sapientem, ibidem solum agere vo-luisse, de reatitudine illa diuini iudicij omnibus numeris absoluta circa punitionem atque vindictam Idololatrię, cuius proportionem & exactam rationem vt ostenderet dixit, omnia D. Opt. Max. in mensura, numero & ponde-re disposuisse. Nam licet omnipotentis Dei, omnipotēs manus, posset eos aliter punire: nihilo tamen minus; vt hanc reatitudinem suam, atque in puniendo proportio-nem manifestaret; pestilentibus mutorum animalium moribus, quos ipsi idololatrię pro dijs relicto contem-proque vero Deo, collebant venerabantur, punire vo-luit. Vt ita quidem per ea, per quę quis peccat; iuste & proportionabiliter puniatur. Quod ipsamet testatur scri-ptura Hesa. d. 1. vers. vlt. Ezech. e. 23. vers. 9. & vers. 49. Deutero f. 25. vers. 2. Eximiam ergo hanc Iustitię re-ctitudinem punitionis, & arithmeticam vindictę pro-portionem.

Eugub. cap. 19. b. Philon pag. 28.

Mortalia senario fi-guratur. Immortalia septenario.

Sapi. 11. 21. expli-catur.

restitudo exactissima Dei in puniendis Idololatri-s.

d Hesi. ver. vlti.

e Ezechiel. 23. 9. & vers. 49.

f Deut. 25. vers. 2.

portionem, Sapiens cōmendans dixit; Deum omnia in
 mensura, numero, & pondere cōstituisse. Scio. D. ^a Aug.
 eam ipsam auctoritatem, ita accepisse, vt etiam asserat,
 omnia à Deo condita, numerum, pondus & mensuram
 habere, cui vtiliter. S. ^b Thomam adiunges: Hinc diui-
 nus ille Plato, mirabilem diuini artificis fabricam à nu-
 meris exordiens, Sapienter existimauit, nihil diuinis
 rebus familiarius, & humanis etiam nihil magis dome-
 sticum, quam numerorum arcana. Ex quibus quidem
 in diuinis, & humanis idem, Plato studiose defumebat
 tres medietates, seu proportiones, quas vniones conten-
 tiuas alij dicunt; vt potè vniuersi ordinem colligentes,
 conglutinantesque. Vnde merito Timæus easdem pro-
 portiones, vincula nominauit, eo quod vna quoque ip-
 sum liget & vinciat. Hæc vero sunt Arithmetica, Musi-
 ca, & Geometria. Eas vero proportiones, non solum in
 Deo considerabat, Plato, in quo identitas omnium rerū
 in eo existentium musicæ respondet proportioni. Alteri-
 tas rerum productarum Arithmetice, Alteritatum vero
 vnio geometriæ: Sed etiā in animæ substantia atq; rei-
 publicæ gubernatione, easdem sibi locum vindicare ar-
 bitratur: Anima namque eadem in re existēs, multiplex
 in potentijs, & sibi ipse iterum collecta, vel vt apertius
 dicamus, eadem in suo opificio existens, multiplex in
 se & perpetuo ex sua natura ad vnionē, cum eodem ipso
 opifice habendam propēsa, Musicas & Geometrias pro-
 portiones complectitur. Qua etiam ratione obseruata, in
 ciuitatibus & republicis, distributiua iustitia, maiora
 maioribus, minora quoque minoribus, iuxta hanc ipsam
 harmoniacam proportionem tribuens, Arithmetica nu-
 merationē seruat. Aequando autem & colligendo, vnio-
 nem geometricam præstat. Nec aliud intelligere voluere
 veteres illi græcorum vates, vti videre est apud ^c Liliū
 Gregorium Giraldum in historia de Dijs genitum, cum
 Themide deæ, tres filias Eunomiam, nempe, cuius simu-
 lachrum

^a
 D. Augu.
 lib. 6. de
 Trinit. &
 natu. bo-
 ni. ca. 3. &
 37. cū seq.
 10. 6. pag.
 229. col. 2
 & 232. c.
 1. vbi mo-
 dū speciē
 & ordinē
 rerū consi-
 derat. Idē
 de genesi
 ad literā
 lib. 4. ca. 3.
 cū seq. 10.
 3. pa. 217.
 col. 2. & 11.
 2. senten-
 tiarū scētia
 18. tom. 4.
 pag. 419.
 col. 1.

^b
 S. Thom.
 1. par. q. 41
 ar. 7. & q.
 45. ar. 7. &
 q. 5. art. 5.

Anima.

^c
 Dez tres
 quid signi-
 ficent.

^c
 Lil Giral.
 Syntag.
 25. pa. 431
 cum seq.

lachrum erat geometria, ad vnionem conducens, & alia
 filia Dice, dicta, cui musicam idētitatem & iustitię œqua-
 bilitatem: tertia vero Irene cui arithmetica tribue-
 runt. Irene nanque ad pacem deducit, pax etenim græ-
 ce εἰρήνη dicitur. Vnde Marcianus noster olim Iure con-
 sultus alijque eiusdem classis antesignani, ^a Irenarchas;
 eos qui publicorum munerum functionibus præficiēban-
 tur, appellarunt. Qua etiam ratione pacis præpositi di-
 cebantur. Quorum meminit D. ^b Augu. in epist. suis, &
 doctissimus Andreas ^c Alciatus in commentarijs ad titu-
 lum de noui operis nuntiatione, atque in parergorum li-
 bris idem ^a etiā vidēdus cum Othomano Brisonio, atq;
 Platæo in libris de verborū significatione atq; de verbis
 iuris. Hic tamen illud est admonendū, numerum de Deo
 Opti. Max. dici, non prout est in rebus numeratis; sic ete-
 nim Pater nō esset tantū quātum tota Trinitas, cum duo
 homines sint pars, trium & vnus duorū, sed dicitur qui-
 dem, prout ipse numerus absolutus & simplex est in intel-
 lectu, sic namq; Pater tantū est quātum tota Trinitas, & fi-
 lius & Spiritus Sanctus, vnusquisq; tantum est quantum
 tota Trinitas; vti sapienter S. ^c Thom. docet quem opti-
 me explicat perdoctus Magister ^f Michael de Palacios
 in suis disputationibus, ad quæ reducenda sunt, quæ D.
 Augu. ^g ait, loquens de Deo, quæ asserit esse numerū sine
 numero, à quo est oīs numerus & esse mensurā, sine men-
 sura à quo est omnis mēsurā, & deniq; pōdus sine ponde-
 re, à quo omne pondus. Numerū autē & sapientiā & in-
 commutabilē veritatē, idem esse. D. ^h Aug. in præcitato
 libro de libero arbitrio ostendit. Explicās etiam rationē
 quare homines sapientiam plus ament, quam numeros.
 Vnde Trismegistus in pymandro 4. Deū Monadē esse di-
 cebat. vnitatē illā quæ est principiū oēm numerū conti-
 nens, à nullo cōtenta. Et Pfellus sic ait: vnitas numer^o eū
 non

^a
 in l. 6. d. cū
 flo. reorū
 & in l. vlti.
 D. de mu-
 ner. & ho-
 noribus
 & in l. vni-
 ca C. de
 Irenarchis
 lib. 10.
^b
 D. Augu.
 Epist. 159
 & 160.
^c
 Andr. Al-
 cia. l. nō so-
 lū s mor-
 te n. 4. D.
 de nou.
 oper.
^d
 Andr. Al-
 cia. lib. 11.
 parerg.
 cap. 3.
^e
 S. Thom.
 1. par. q.
 30. art. 1.
 ad 4.
^f
 Michael.
 de Palaci.
 in 1. di. 24
 disp. vnica
^g
 D. Augu.
 relatus
 Beda 1. qq.
 in Gene-
 sim to. 8.
 pag. 112.
^h
 Idē
 Augu. to. 3. d. pag. 695. cum seq.

non sit, numerorum tamen procreatrix est finis, Radix & causa multitudinis omnis expressa; Dei imago, quæ cum rerum naturalium nulla sit, est tamen rerum naturalium effectus. Hinc iterum, illas decem sephiroth siue decem numerationes, à Kabalisticis adinventas, quas superius cap. 6. 7. sub finem refutauimus, irrefragabilius adhuc confundes, & refutabis.

Decem Sephiroth siue numerationes hebræorum vane.

De utilitate numerorum ad exactiorem scriptura sacra intelligentiam. Cap. X.

Numeri ad scriptura necessaria.



VM ergo inter mathematicas disciplinas, Arithmetica vti primaria, primarium occupet locum: non longe ab hoc nostro instituto erit ex his quæ prædiximus conijcere, quantam utilitatem numerorum cognitio: ad Sacram Scripturam exactius intelligendam, completatur. Quamobrem vt facilius hæc nostra sententia theologis omnibus persuaderi queat. Opere pretium erit omnes Diui^a Augustini sententias hoc in articulo in medium proferre. Ille igitur in libris de doctrina Christiana, numerorum incusans imperitiam ait, eam causam fore vt quam plurima trāslate & mystice minimè, vt deceret, intelligerentur, obidque eorum abstrusa atque recõdita scripturæ mysteria, vix esse assequuta. Idem^b August. in libro de ordine sic ait: At si in ratis dimensionibus ratio est; nunquid nam & aues, quod fabricant minus apte congruenterque dimensionum est? imo numerosissimum est. Non ergo numerosa faciendo, sed numeros cognoscendo, melior sum. Quid ergo illæ nescientes operari numerosa poterant? poterant profecto. Vnde id docetur? ex eo quod nos quoque certis dimensionibus linguam dentibus & palato accomodamus, vt ex ore litteræ ac verba prorumpant, nec tamen cogitamus cum loquimur, quo motu oris id facere debeamus. Deinde quis bonus

^a D. Augu. lib. 2. cap. 16. to. 3. pag. 14. & cap. 38. pag. 19.

^b D. Augu. lib. 2. cap. 19. tom. 1. pag. 211. col. 1. Numeros cognoscendo melior

bonus cantator; etiam si musicæ sit imperitus, non ipso sensu naturali & Rhythum & melos perceptum memoria custodiat in canendo? quod quid fieri numerosius potest? Hoc nescit indoctus, sed tamen facit operante natura. Quando autem melior, & pecoribus præponendus? Quando nouit quod facit? At nihil aliud me pecori præponit, nisi quod rationale animal sum. Quomodo igitur immortalis est ratio, & ego simul & rationale & mortale quiddam esse definior? An ratio non est immortalis? Sed vnũ ad duo, vel duo ad quatuor verissima ratio est. Nec magis heri fuit ista ratio vera quã hodie: nec magis cras, aut post annum erit vera. Et Paulo inferius: Gradatim enim se & ad mores vitamque optimam non iam sola fide, sed certa ratione producit. Cui numerorum vim atque potentiam, diligenter intuenti, nimis indignum videtur, & nimis flendum per suam sciẽtiam versum bene currere, citharamque concinere & suam vitam, seque ipsam, quæ anima est, deuium iter sequi, & dominante sibi libidine, cum turpissimo se vitiorum strepitu dissonare, cum autem se composuerit & ordinauerit, ac concinnam pulchramque reddiderit, audebit iam Deum videre, atque ipsum fontem; vnde manat omne verum ipsumque patrem veritatis. Hæc D.^a Aug. Idem de libero arbitrio. Imo^b multa, inquit, esse video: è quibus vnũ commemorari satis est: quod ratio & veritas numeri omnibus ratiocinantibus præsto est, vt omnis eam computator sua quisque ratione, & intelligentia conetur apprehendere, & alius id facilius, alius difficilius possit, alius omnino non possit, cum tamen ipsa æqualiter omnibus se præbeat valentibus eam capere, nec cum eam quisque præcepit, in sui præceptoris quãsi alimentum vertatur atque mutetur. Et rursus. Non enim si sensu corporis percepi numeros, idcirco etiam rationem participationis numerorum, vel copulationis, sensu corporis percipere potui, & quidquid sensu corporis tango veluti est hoc

Ratio numerorum immortalis.

^a lib. 2. cap. 8 pag. 278 col. 1. to. 1.

^b Aug. li. 2. cap. 8. pa. 278. co. 1. tom. 1.

Numeri ratio & veritas ratio cinatibus omnibus cõmunis.

hoc cælum, & hæc terra, & quæcunque in eis alia corpora sensio quandiu futura sunt nescio. Septem autem, & tria decem sunt: & non solum nunc, sed etiam semper. Nec villo modo Septem & tria non fuerunt decem, aut aliquando septem & tria non fuerunt decem. Hanc erin corruptibilem numeri veritatem, dixi mihi & cuilibet ratiocinanti esse cõmunem. Idem ^a Aug. eodem lib. de libero Arbitrio, intueri cælum, ait, & terram, & mare, & quæcunque in eis, vel desuper fulgent, vel deorsum repunt, vel volant, vel natant, formas habent, quia numeros habent; adime illis hæc, nihil erant. A quo ergo sunt, nisi a quo numerus? Quandoquidem tantum illis est esse, in quantum numerosi esse. Et omnium quidem formarũ corporarũ artifices homines in arte habent numeros, quibus coaptent opera sua; & tandiu manus atque instrumenta infabricando mouent, donec illud quod Formatur foris, ad eam quæ intus est lucem numerorum relatum, quantum potest, impetret absolutionem, placeatque per interpretem sensum, in ætherno iudici supernos numeros intuẽti. Quære deinde artificis membra qui moueat, numerus erit, nam mouentur etiam illa numero se. Et si detrahas de manibus opus, & de animo attentionem fabricandi, motusque ille membrorum ad delectationem referatur, saltatio vocabitur. Quære ergo quid in saltatione delectet, respondebit tibi, numerus: ecce sum. Inspice iam pulchritudinem, mobilitatis in corpore, & numeri versantur in tempore. Intra ad artem vnde isti procedunt, quære in ea tempus & locum, nunquam erit, viuunt tamen in ea numerus: nec eius regio spatiorũ est, neque ætas dierum, & discendę arti tamen, cum se accommodant, qui se artifices fieri volunt, corpus suum per loca & tempora mouent, animum vero per tempora, accessu quippe temporis peritiores fiunt. Idem ^b D. Aug. postea quam in libris de doctrina Christiana monet, vt ad Sacram Scripturam, aptius intelligendã, peculiaris ratio habea-

Quandiu
sunt futura
nescimus.
Numerus
fuisse sem-
per, scim⁹

^a
D. Augu.
lib. 2. cap.
16. pag.
282. col. 2.
tom. 1.
Formę ex
numeris.

Artifices
oēs habent
numeros.

Per forma
mã exte-
riorem ad
interiorẽ
lucẽ per-
uenitur.

Saltatio
non sine
numeris.

^b
D. Augu.
lib. 2. cap.
36. pag. 19
col. 1. in fi-
ne, & 2. in
pri. to. 3.

habeatur, nominum, temporum, locorum, Animalium, herbarum, Arborum, atque Metallorum, de numeris in hunc modum scribit. Potest etiam de numeris fieri, vt eorum tantummodo numerorum exposita ratio conscribatur, quos diuina Scriptura meminit. Quorum aliqua, aut omnia forte iam facta sunt. Sicut multa quæ à bonis doctisque Christianis elaborata atque conscripta arbitramur, non inuenimus: Sed siue propter turbas negligentum, siue propter inuidorum occultationes latent. Vnde ^a regulam illam Ticonij de legitimis Sacræ scripturæ numeris approbat. Et in psal-morum ^b enarratione mysteria quam plurima, ad sacros numeros pertinentia allegorice profequitur. Et cum de nepotum Iacob numero agit, in quæstionibus in genesim ita docet. Hæc omnia quæ indissolubilia videntur, magnam continent sine dubio rationem. ^c Sed nescio vtrum possint cuncta ad litteram conuenire. Præcipue in numeris, quos in scripturis esse sacratissimos, & mysteriorum plenissimos; ex quibusdam quos inuenisse potuimus; dignissime credimus. Venerabilis vero Beda, a libro de numeris Arithmeticis, & in dialogo de computo, numerum inter quatuor partes scripturæ, oppido quam necessarias, necessarium quoque ad ipsam, enumerat. Diuum præterea Hieronymum ^e in epistolis, referunt; dicentem, magnam in esse in numeris vim ad plura mysteria scripturæ intelligenda. Alias patrum authoritates, require a perdocto & diligenti Magistro Martinõ ^f Martinez in suo hypotip. Consonat superioribus, vetus illud axioma Babilonij Auenzoaris, Platonis, themistij, Pythagoræ, & aliorum veterum, quo sane tradidere neminem absque numerorum peritia recte philosophari posse. Sed & ex recentioribus Ludouic. ^g Cælius Rhodoginus in suis antiquitatum libris, illorum vestigijs inharendo, inter omnes liberales artes, & theoreticas scientias, præcipuam &

Nominũ
temporũ ar-
borũ, &c.
necessaria
cognitio
ad sacram
scripturã.
Numero-
rũ quorũ
scriptura
memin-
t ratio ha-
benda est.

^a
D. Aug. 13.
3. de do-
ctri. Chris-
t. c. 35. pag.
27. col. 2.
to. 3.

^b
D. Augu.
Psal. 49.
to. 8. pag.
190. col. 2.

^c
Aug. lib. 1.
99. super
genes. ca.
152. tom.
4. pag. 52.
col. 1. C.

^d
Beda pag.
98. to. 8.
111.

^e
D. Hiero.
epist. 1. to.
1.

^f
Mart. Mar-
tinez lib.
6. cap. 6. &
lib. 10. re-
gul. 43. &
47.

^g
Lud. Cæ-
lius Rho-
dus lib. 2. c. 6.

P P p maxime

Número-
si scientia
præcipua
& maxime
diuina in-
ter libera-
les artes.

Numerus
negotiatio-
rum.

Homo A-
nimal sa-
pientissi-
mum cur?
Numerus
scientia
diuina
quæ.

Hominē
animātib⁹
præpositū
obnume-
randi peri-
tiam, quo-
modo sit
intelligen-
dum.

Goropius
Becanus
lib. 4. pag-
88.
Arithme-
tica vera
quæ sit.

Contempla-
tio vera,
disciplina
homini ne-
cessaria.
Cōputare
& rationa-
ri nemo
pōt sine di-
uina essen-

maxime diuinam, numerorum scientiam reputauit. Cuius verba commemoratione profecto digna lubeter hic subiiciemus. Cæterum (inquit) id comprobare qui potest, si eam numerandi peritiam accipias, in qua vel negotiantium, vel negotiosissimus quisque est, ita præstat in primis? Quid ergo præter cæteros illi norunt? Scientia omnino fuit hæc, extra quam plerique vel opinentur, vel sciant certè mira: imoque nostra tempestate minus pertrita. Quinimo occlusa adeo, vel vt sanctius arcanum, vt qualis sit, ne suspicentur quidem, aut vix attingant pauci. Quod nequis ambigat, scitatur. Plato, cur sit homo animal sapientissimum, suppingit mox responsum. Quia, inquit, numerare nouit. Et rursum, in epinomide opus, inquit, est numeris, non his qui corpus habent, sed qui omnem paris, imparisque generationem atque virtutem, quam ad perficiendam, cognoscendamque rerum naturam conferunt. Hæc Rhodiginus. Allucinantur ergo maxime, opinantes, Platonem, Aristotelem, & alios, numerorum vocalium & sensibiliū peritia, hominem animantibus præposuisse. Quorum de numero est Reuerendus Pater Christophorus Clavius Bambergensis in præfatione epitome practicæ Arithmeticæ. Nec mihi solum eius opinatio displicet, sed & etiam eruditissimo Goropio^a Becano, quem postquam hæc scripseram, in sua harmathena docte affirmantem legi: veram Arithmetica non esse eam quæ ementibus, & vendentibus conducit, nec eam qua sapientes fiunt, hanc namque scientiam numerandi nihil Socratem facere, sed eam qua vnum ipsum in omnibus quærit. Cuius consideratione animus conuertitur, ad eius quod solum reuera est, contemplationem: quam disciplinam homini necessariam esse dicit, vt e fluctibus generationis emergat, & ipsam essentiam attingat, siue qua computare ratiocinarique, pro eo ac decet, nemo potest mortalium. Huiusq; solius beneficium effluxit rebus, in quibus nulla est constantia, mēs
tiq̄ contēplatione.

nostra

nostra ascendit ad ipsius vnius considerationem, summum totius philosophiæ caput continetur. Hanc igitur asserit esse illam Arithmetica, qua ad sapientiam via fruitur. Quam cum Horatius è septimo de Republica libro, haussisset, alteri plebeæ & vili Arithmeticæ comparauit. Hanc quidem, inquit, à vulgo laudari, & summo in pretio haberi, adeoque, eos qui ad summam pecuniæ in tabulis rationibus suis colligendam sapientes sunt, solo Ioue minores videri, denique reges esse regum. Illam vero sibi iam senescenti discendam proponens, è qua, iuxta ueniam puërorum, verus rex fieret, recte faciendo, quærendoque, veras diuitias & stabiles quibus animus confirmatus, non vagetur, veluti protheus quidam, modo in hanc, modo in illam transiens formam, sed in vno sibi semper constet, atque vere de se dicere possit: Quid verum ac dicens quæro, & rogo, & omnis in hoc sum. Eleganter admodum ad illam Arithmetica poetam alluisse ait, per quam Plato nos participes fieri, dixit veræ essentia, quod in hoc versu expressum videmus. Quis enim alius perpetuo constans, quis vagis mundi animique suis motibus superior? Quis vere rex & imperator sui ipsius, quis demum ex omni parte felix & beatus, nisi is qui totus est in veri consideratione? Ad hanc autem cum per Arithmetica veram Socrates homines deducat, eaq; dicat, rectū ad id quod vere est, ascensum fieri, non vulgari profecto, aut leui de causa, finem vocari idiomate cimbrico Telot, id est numerationis caput, ad quod tanquam summum bonorum finem, non tanquam ad summam pecuniæ, oēm totius vitæ nostræ calculum subducendum esse Goropius affirmat. Hanc igitur ille existimat, esse græcæ vocis è prima lingua verissimam interpretationem quæ vnum quod est omnium finis, caput numerationis appellat. Platonē itē, in eo libro quem legum appendicem, siue corollarium, nuncupauit, ita de sapientia scripsisse refert, a vt eam to-

P P p 2 tam

Arithme-
tica vera
mentē no-
strā ad vni-
us cōside-
rationem
eleuat.
Horatius
de duabus
arithmeti-
cis, vili &
nobili.
Sapientes
falso repu-
ratur qui
summas
pecuniās
in tabulis
descriptas
deligēter
colligūt.

Rex impe-
rator, dñs
ac vere
beatus
quis sit.

Telot lin-
gue cim-
bricę nu-
meratiōis
caput in-
terpreta-
tur.

Telos vox
græca. Vn-
de vere de-
riuetur.

Becanus
lib. 8. Ar-
meth, pa-
200.

Sapientia ex plato- ne sola nu- meratio- ne perfici- tur. Arithme- tica pri- mas vires hēt ad ani- mū in al- tum tollē- dum.

tam sola numeratione perfici concludat. Atque in Sophista qui de ipso, quod est differit, nihil aliud ipsum Platonem facere, quam docere numerare. Et in libro septimo de republica: Arithmetica sic laudare: Vt eam dicat primas vires habere, ad animum in excelsum tollendum. Quod nomenclatorem suum, multis ante seculorum voluminibus a spiritu præceptore suo edoctum: paruula vocula & eaquidem trilatera consignasse ait. Sed tali tamen vt ex ea mox intelligatur, omnia sic numerada esse, vt numeratione eorum ad ipsum altissimum duamur. Quid enim aliud est, inquit, Tel, quam tehel, siue teel, & de quo alibi plura. Hæc Goropius becanus, cuius ratiocinatio atque discursus, & si eo peculiari morbo laboret quo cætera sua, ad maternæ linguæ, archetypum, vniuersa reducere studens: Verâ tamen Arithmetice laudem ex propria præceptorum mente, præstantissime attingit. Vnde iam luce meridiana clarius videmus, quantum vtilitatis & emolumenti Arithmetice cognitio theologis tractationibus afferat.

De Arcanis litterarum. Cap. XII.

Similitudo litterarum & planetarum.



Hebræi litteras suas corpori, puncta animæ compararunt. Ipsa namque puncta, litteras (sicuti corpus anima) mouent & informant. Et sine ipsis litteris quidem imperfecte remanent. Vnde Elias germanus cantico tertio ita canit. נמשלה אמתות לגופים אלה עשרה להן. Hoc est, Comparantur litteræ corporibus, iste vero decem, (supple vocales) ipsis nempe litteris sunt animæ. Apices autem & accentus, spiritus, significare tradunt, atque fontes superiores ex quibus dimanant. Hæc tamen, littera, punctus, accentus, & apex (vti quidam asserunt) legem viuam constituere videntur: iuxta illud D. Paul. ad Hebr. 4. vers. 12.

Lex viuam ad Hebr. 4. 12.

viuus

viuus est enim sermo Dei, & efficax. Sed sicuti hæc litterarum consideratio Rabinorum inuentum est, quod nullo quidem Scripturæ fulcimento innititur: ita etiam asserere Legem inde vitam suam habere, ineptum & superstitiosum iudicari debet. Nam lex ante puncta; viuam quidem, etiam quoad prolationem & lectionem erat. Quoad spiritum vero vitam & efficaciam obtinebat ab ipso diuino spiritu, quo locuti sunt sancti Dei homines. Atque ideo sermo Dei in animis audiendum charitatem, & alios spirituales effectus ingenerat. *ἐνεργῆς* enim in eo versu 12. Positum, deducitur à verbo græco *ἐνεργῆς*, quod significat ingenerare & efficere. Id quod significantissime Syriaca interpretatio expressit dicens; Viuus est enim sermo Dei, & omnino efficax. De qua efficacia præter nostros vide Philonem libro allegiarum legis, & in libro quis Heres diuinarum rerum, & de transmigracione Abrahæ. Sed vt ad litteras reuertamur, Picus Mirandula, quem probat Lilius Giraldus in Historia Poëtarum dialogo primo, tradit; veteres eas in stellis inuenisse, & ea de causâ ipsa litteraria elementa plura complecti significata; atque tres primas alphabeti litteras, elementaria principia, terram, aquam, & ignem, significare, & septem litteras Begad Chephat, quas duplices dixere, non propter formam, sed ob prolacionem quarumque superius meminimus, planetis septem comparauit. Reliquas vero litteras, quas simplicis & vniformis prolacionis etiam dicunt, duodecim signis Zodaici tribuit. Cæterum vnde nam hæc Mirandulani ociosa subtilitas solidum veritatis robur obtineat, ab eruditis viris prorsus ignoratur. Qui lubenter fatentur hæc litteras, quibus diuina eloquia conscripta & exarata sunt, Sacras esse, pluresque significationes, & arcana Mysteria continere vti ex varijs authoribus præcitato libro primo capitulo quarto retulimus. Sed eas elementis commiscere, ad planetarios cursus tra-

Sermo Dei viuus & efficax.

Lex vnde vitam & efficaciam nasciscat contra rabinos.

De efficacia verbi Dei.

Philo. pa. 63. & 329 & 266.

Lilius Giraldus pag. 9. nu. 29.

Litteras stellis & planetis comparant.

lib. 1. cap. 16.

Picus Mirandula. confutat.

Litteræ scripturæ sacre sūt.

here, & in ipso denique Zodiaco duodecim signorum, collocare: poëtarum fictio potius est censenda, quam vera sinceraque traditio. Et eo magis, cum mysteria hebræorum ex litteris desumpta, non ita facile & indiscriminatim admittenda sint. Eo quod plura illarum vana & fabulosa fatis, & ex ipso hæresum surfure conflata fuisse constet. Qua in re ultra ea quæ superius cum Genebrardo a scripsimus, addenda sunt mirifica illa verba. D. b Gregorij Nazianz. contra mysteria gentilium: quæ proprie quidem, & accommodata, de eisdem Rabinorū mysterijs dici possunt. Quorum ego (inquit) ceremonias omnes, & mysteria meras nugas esse cenſeo, tenbroſumque dæmonum inuentum, ac perditæ mentis figmentum, temporis ope, ac præſidio fultū, & fabulis furtim obteſtum. Hęc Naz. Vnde ea tantum mysteria litterarum quæ theologiæ sacrę minime aduerſantur, tollerari permittique, studioſitatis gratia poterūt. Ac proinde vt studioſi videant, & intelligant, qualiter ſe ſe habeat, elementaria hęc obſeruatio, ex cuius penu Sixtus Senenſis multis ſuam inſtruxit & ornauit bibliothecam, eam omnem ad duo capita reducens: Nos Ad tria capita melius reducemus. Nempe ad litteras dictionum, ſecundo ad numeros, tertio ad permutationem litterarum, variasque ipſarum figuras diſpoſitioneſque. Prior igitur modus verſatur circa litteras dictionis, vnā quāque illius litteram accipiēdo ſiue ex principio, Medio, aut ex fine eiufdem dictionis, quem modum notericon vulgo appellant, id eſt litteram dictionis ſignificatiuam. Hoc autem verbum in Sacra Scriptura minime reperitur, ſed apud Rabinos quibus, illud frequens eſt. Componitur ex duabus dictionibus, Notar, & tetkum, ſignificantibus, conſernare dictionem ſiue figuram. Elias leuita exiſtimat eſſe verbum Græcum, Guidone Fabricio in ſuo ſyro Chaldaico dictionario referente & comprobante, Dictione נִתְּרָא Notar. Huius modi eliciendi myſte-

a
Genebr.
ſua chro
nograph
pag. 168.
ſub finem
b
D. Greg.
Naz. orat.
39. pag.
827.

Tres mo-
di elicien-
di arcana
ex litteris

Noterico,
quid & vn-
de dicat.

mysteria ex litteris dictionum, præcipuum atque tritum exemplum illud proponi ab omnibus solet, quod genef. 1. vers. 1. habetur. ibi בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית Vnde Sixtus Senenſis & Reuerendus Pater & Magister Hamerus in eodem capite, post alios quam plures, sanctissimæ Trinitatis mysterium, atque plura alia arcana deducunt, ita vt resolutione litterarum facta, sensus occultus in hunc se modum habeat. Pater in filio, & per filium, principium & finem, siue quietem creauit, caput magni nominis fēdere bono. Quæ quidem vt cunque se habeant, nihil nostris vt aiunt, luminibus officiunt, nec veræ theologiæ repugnāt. Imo vero, vt Hamerus loco nuper adducto multis rationibus ostendit. D. a Hilarij interpretationem factis iuuant. Ipse namque in suis commentarijs in psal. illud Bereſcith, id eſt in principio vel in capite: de filio Dei explicat & interpretatur, qui haud dubie patris ſapientia eſt. Atque ideo paraphraſis Chaldaica pro, in principio, dixit, in ſapientia. Quibus D. Pau. b ad coloffen. cap. 1. vers. 6. & D. Ioannes cap. etiam 1. vers. 4. teſtantes, in filio & per filium, omnia condita fuiſſe, aperte ſuffragantur. Hanc interpretationem diligenter locupletatur perdoctus atque Reuerendus Pater & præſul D. c Hieronymus Vilemius in lectionibus ſex dierum; post D. Augu. Eucherium & alios. Adde illis d Philonem de ſacrificijs abelis, & Kaim, & in libro quod deterior potiori inſidiatur. D. e tamen Hiero. in quaſtionibus in genefim, & Marianus Victorius Reatinus episcopus in ſuis ſcholijs, aſſerunt D. Hilarium ex hebraicæ linguæ imperitia, ſcripſiſſe in eo capite primo geneſeos in hebræo haberi, in filio: ſed Beatus Hilarius non hoc dixit, vt quidam alij hanc eius explicationem citantes, perperam exiſtimarunt. Solum namque aſſeruit, linguā hebræam ambiguam fore, cuius ſane ambiguitatis exemplum adducens, demonſtrat dictionem Bereſcith triplicem ſignificationē complecti. In principio, & in capite,

P P p 4 & in

a
D. Hilar.
Pſal. 2. pa.
195. col. 1

b
D. Pau. ap
coloff. 1. 6
Ioa. 1. 4.

c
R. D. Hie.
Vilemius.
lectio 2.
pag. 25.

d
Phil. pag.
111.

e
D. Hiero.
to. 3. pag.
217. con-
tra Hilar.

B Hilarij
deſcendit.

Bereſcith
tres habet
ſignifica-
tiones.

& in filio. Vnde non est cur D. Hilarius ita facile incu-
sent. Illud etiam D. Ioan. sua in Apocalypsi, ^a ubi lo-
quens de Christi D.N. æternitate: ego sum, inquit, Al-
pha & ω, iuxta notarik non idest, litteram pro parte, acci-
pi etiam potest. Nam per primam illam Alphabeti græ-
ci litteram, Nempe, Alpha: Significare voluit, princi-
pium: & per Omega id est per o longum & vltimam lit-
teram elementarē, finem: ita sane vt Christus D.N. prin-
cipium sit & finis. Primus & nouissimus atq; vt latini di-
cunt, prora & puppis. In quo quidem apostolus ^b & theo-
logus Ioannes, euangelico prophetæ Hefaiæ ^c satis con-
sonat. Qui capite 41. vers. 4. & cap. 44. vers. 6. in perfo-
na dñi loquens ait. Ego dñs, primus & nouissimus ego
sum. Et rursus ego primus, ego nouissimus, & absque me
non est Deus. Quis similis mei? Septuag. D. vers. 4. ha-
bent. *Εγώ τὸ πρῶτον καὶ ἔσχατον ἐγώ εἰμι*, id est, & in ventura ego
sum. Et d. vers. 6. habent: ego primus, & ego post hæc.
Quod Paraphasis Chaldaica complexa est, sub illis ver-
bis, ego sum ab initio. Adiunxit tamen D. Ioan. verba il-
la: qui est, & qui erat, & qui venturus est, vt tria tempora
complecteretur, præsens, præteritum, & futurum: quæ
tria in diuina essentia vnum præsens æternum fore, nul-
lus est sane fidei qui ambigat. Hinc illud Domini ad
Mosen Exod. 3. vers. 14. Ego sum qui sum. Vbi tex-
tus Hebraicus ad litteram sic habet: Et dixit Deus ad
Mosen, ero qui ero. Et dixit, sic, dices filijs Israel, ero
missit me ad vos. Chald. Paraphrasis habet, & dixit Deus
ad Mosen ero qui ero. Et dixit: sic dices filijs Israel, qui
ero missit me ad vos. Attamen vulgatæ nostræ & Sep-
tuag. lectio frequentissima est. Nec ideo inter vtrumq;
textum, vllum est dissidium, cum celebre sit in Scriptu-
ris ^d tempus præsens pro futuro vsurpare, sicuti & nos
superius scriptum reliquimus. Sensus ergo tam He-
braicæ quam Septuag. & vulgatæ nostræ translationis,
non est alius, nec alio tendit, quam vt intelligamus Deū
Opti.

^a
Apocaly.
1. ver 8. &
cap. vlti.
vers. 13.

Alpha &
Omega.

^b
Vid. Cle.
Alex. li. 6.
strom. pa.
222. de
harū dua-
rum litte-
rarū si-
gnificatio-
ne.

^c
Hef. 41. 4
& 44. 6.

Chald.

Præsens
præteritū
& futurū
vniū Dei
æternitate
sunt.

Concilia-
tio vulga-
tæ, & 7^o.
cū hebra-
ico textu.

^d
lib. 3. cap.
3. & lib. 6.
cap. 3.

Opti. Max. Deum, non qualemcunque esse, sed Deum
æternum, & qui non solum semper fuit, & semper erit:
Sed etiam habeat præsens, esse proprium substantiale,
& æternum, cum omni moda & æterna stabilitate absq;
alicuius dependentia. Vide quæ ex theologis in hu-
ius rei explicationem congerit & differit diligentif-
simus Magister Michael^a de Palacios in suis perdoctis
disputationibus. Ego tamen in huius veritatis confir-
mationem, Patrum authoritates quarū ipse nō meminit
lubenter hic adijciam. Et in primis accedat Agnelus^b
Episcopus Rauenatensis in epistola ad Arminium de
ratione fidei, qui superiora sic explicauit. Responden-
dum est, hic est, Deus qui clamat in Deuteronomio
videte, videte, quia ego sum Deus, & non est alius
præter me. Item cum Moses interrogaret, quem illum
diceret, respondit: Ego sum qui sum, & dices eis, ad
quos te mitto: qui est, missit me, id est, immutabilis, &
semper idem, non heri Deus tantum, hodie vero Deus
& Pater, Sed semper fuit Deus & Pater, & semper fuit,
Deus Pater, & semper fuit, cuius esset Pater. Si enim ac-
cidisset ei, vt esset Pater, vim passus esset, vt inciperet
esse, quod non erat. At est blasphemum, ita sentire. Hęc
ille. Didimus etiam Alexandrinus in priorem Ioannis
epistolam, sic ait. Idem verò significant, ea verba qui-
bus ait, ego sum qui sum. Quomodo enim qui existen-
tia vt sint præparat, non rationabiliter dicatur quod
erat: dum hoc de nullo alio, quam de Deo vero,
verum possit existere? Singulæ namque creaturarum
aliquid esse dicuntur, vt est esse angelum, aut cælum:
Solutus autem Saluator est omnino quod est, quo par-
ticipantia vniuersa veniunt ad essentiam. Præter
quem videndus est. B. ^d Athanasius de Synodis Ari-
mini, atq; D. ^e Hilarius in libris de Trinitate ubi sic scri-
bit. Hęc igitur multa alia eiusmodi mecum animo repu-
tans, incidi in eos libros quos à Mose, atque prophetis
scriptos

Deus qua-
lis sit.

^a
In 1. diff.
17. dispu-
tatio. Vni-
ca fo 155
col. 2. sub
finem.

^b
Angelus
Episc. to.
1. bibl. SS.
patr. pag.
441.

^c
Deut. 32.
39.

^d
D. Athan.
pa. 517. D

^e
D. Hilar.
lib. de tri-
nitate li. 1
pag 2.

scriptos esse hebreorum religio tradebat: in quibus ipso creatore Deo testante hæc ita continebantur. Ego sum qui sum. Et rursum: hæc dices filijs Israel, misit me ad ad vos, is qui est. Admiratus sum plane tam absolutam de Deo significationem, quæ naturæ diuinæ incomprehensibilem cognitionem aptissimo ad intelligentiam humanam, sermone, loqueretur. Non enim aliud proprium magis Deo, quam esse intelligitur. Quia id ipsum quod est, neque desinentis est aliquando, neque cepti, & id quod in corruptæ beatitudinis potestate perpetuum est, non potuit, aut poterat aliquando non esse, quia diuinum omne neque abolitioni, nec exordio obnoxium est. Et cum in nullo à se Dei desit æternitas, digne hoc solum quod esset, ad protestationem incorruptæ suæ æternitatis ostendit. Et ad hanc quidem, infinitatis satis fecisse sermo dicentis videbatur: Ego sum qui sum. Sed magnificentiæ & virtutis suæ erat, à nobis opus intelligendum. Nam cum esse ei proprium esset, qui manens, etiam non semper aliquando, coepisset; æterni & incorrupti Dei dignus de se hic rursum auditus est sermo. Unde Hilarius, ad idem de filio Dei explicans, unum ergo, inquit, duorum testimonium est, nullum ante se Deum esse: ex eo enim omnia sunt; neque post se Deum futurum, non utique ex se non fuisse. Erat enim iam puer in testimonio Patris hæc loquens, puer in tribu ex qua gigni habebat electus. Id ipsum ita in ^b Euangelijs demonstrat: ecce puer meus, quem elegi; Dilectus meus: in quo com placuit anima mea. Non est ergo ante me alius Deus, & post me non erit, æternæ videlicet, & inde mutabilis virtutis, infinitatē in eo, quod antea & postea, Deus præter se sit nullus ostendens. Pucro tamē suo, ut in testimonio suo, ita & in nomine collocato. Hæc Hilarius, consonat quæ D. ^c Tho. super Ioannē, & D. ^d Hieron. in Abdiam adnotarūt. Hinc illud quod de Christo Dño Nostro passim decantatur, ex utero ante luciferum genui te, & ante Solem

Dei esse, ab illius æternitate minime distat.

^a Hilari. lib. 5 de trinit. pag. 26. c.

^b Matth. 12. 18.

^c D. Theo. cap. 8. le. 4.

^d D. Hiero. cap. 1. ver. 16.

Solem permanet nomen eius; Sic accipiendum est ut significet ante illum, & post illum nullum fuisse Deum; uti optime Aug. ^a Eugubinus prosequitur in commentarijs psalmorum & libris de perenni philosophia, ubi de æternitate substantia & esse Dei quam plurima notatu digna videri possunt. Merito ergo veteres soli Deo, entem esse, concedebant: cum Deus per se sit & ab ipso uniuersa. Obidque in græco, pro ego sum, est, *ὁ ὢν*, hoc est. Ego sum ens, quod de Deo proprie dicitur, uti pulchre & elegantè demonstrat D. ^b Gregorius Naz. in oratione de Theologia, quem simul lege cum D. ^c Aug. in tract. super Ioannem, Atque B. ^d Cyrillum in thesauris suis: Qui docent, in Deo non esse, sicuti in nobis, tempus diuinum, sed totum completum: Atque ideo, est, fuit & erit: propriū eius esse. Hinc præterea fit ut quoties diuina scriptura, Deo Opti. Maxi. tempus præteritum, aut futurum tribuit: illud quidem pro toto tempore completo semper accipi debeat. Quod optime intelligentes septuag. & D. Hiero. præcitato capite 3. Exodi, pro tempore futuro, totum completum tempus recte substituerunt. Ad quam considerationem reducenda sunt quæ nuper adnotauimus de tempore presenti pro futuro subrogato. Porro circa eiusdem capituli tertij exodi, explicationem Consulendus est Andr. ^e Mass. in suo Iosue imperatore; ubi rationem reddit quare post nomen essentia, subiunxit dominus ibidem vers. sequenti, illud aliud; Ego Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Et fusius idē late apud D. ^f Græg. Naz. loco citato perleges. Vid. etiam eiusdem rei rationē apud Philonem ^g libro de Abrahamo & late apud R. Petrum ^h canonicum Bergomatensem in libro de Numer. Mystic. significatione. His tamen adhuc adiungendus est Ioannes ⁱ Forsterus, qui in suo dictionario hebreo, existimat Deum tempore futuro, pro nomine suo, ante naturam humanam assumptam, eo capite 3. Exodi; ideo usum fuisse; ut significaret.

^a D. Augu. Eugubi. psal. 109. pag. 215. C. cū seq. & lib. 4. de perenni philoso. cap. 13. & lib. 6. ca. 1.

^b D. Greg. Naz. in oratione. ratio. 36. pag. 784. c. cū seq. adiunctisque eius interpres adnotat orat. 42. pag. 899. & 1170. c.

^c D. Augu. tract. 99.

^d B. Cyril. lib. 1. cap. 6. to. 2.

^e Andr. Mass. cap. 6. pag. 102.

^f D. Greg. Naz. d. pag. 784.

^g Philon. pag. 23. 42.

^h Petr. Bergom. pag. 157.

ⁱ Ioan. For. pag. 209.

Se fore

Se fore illum in lege promissum: sed homo iam factus illa quæ promissione ad vnguem adimpleta; Se principium vocasse Ioan. ^a 8. vers. 25. & Paul ad Coloss. 1. vers. 18. Vt ita quidem apertius æternitatem, atque diuinitatem suam demonstraret. Sed & plura ad hunc articulum pertinentia à B. ^b Cyrillo petenda sunt. Et à Petro ^c quoque Galatino aduersos Iudeos, qui vulgatam nostram optime defendit, & in eo nomine e hic, id est erit, vnitatem diuinæ substantiæ, & personarum trinitatem, aliaque arcana contineri demonstrat. Sed vt ad D. Ioannem reuertamur, Aduertendum est, idem significare; Aleph & Tau; primam & vltimam Alphabeti hebraici litteram; quod Alpha & Omega, prima & vltima græci elementarij. Quibus sane comprehenditur Arcanum hoc, quo asserimus, Christum esse principium, finem, medium, totum & caput. De qua re sancti plura passim docuere. Et Origenes ^d in Euangelium Ioannis, & nos superius ex Ireneo meminimus. Nec superioribus partibus consonat illud quod frequenter dici solet; Aleph, Symbolum deitatis, & Trinitatis esse: Cum D. Ioannes ea littera ad hanc ipsam huius diuinitatis assertionem usus sit. Ob idque Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Toletanus Salicæus in libro de Nomine Iesu, merito ex his litteris, trinitatis & vnitatis mysteria proponit. Et Sixtus ^e Senensis in sua Bibliotheca sancta, præter quæ Tertulianus ^f in libro de monogamia, alia earundem litterarum mysteria eleganter attingens, sic ait: Dicit & Apostolus scribens ad Ephesios ^g Deum proposuisse in semet ipso omnino dispensationem adimpletionis temporum, ad caput, id est ad initium reciprocare vniuersa in Christo, quam sunt super cælos, & super terras in ipso, sic & duas græciæ litteras, summam & vltimam, sibi induit Dominus, & initij & finis, concurrentium in se figuras: vti quemadmodum ^h ad ω , Alpha ad Omega, vsque voluitur: & rursus, omega ad Alpha replicatur, ita vt ostenderet in se esse initij decursum

^a Ioan. 8. 25
ad Coloss.
1. 18.

^b B. Cyrill.
in Ioannē
lib. 5. cap.
24. & 23.
tom. 1.

^c Petr. Ga-
lat. lib. 2.
cap. 14.

^d Origen.
to. 2. pag.
169. col. 1
B.

^e Aleph
Symbolū
deitatis &
trinitatis.
Reueren-
dissimi
Archiepi.
Toletan.
Salicæus.

^f Sixtus Se-
nensis pa-
269. to. 1.

^g Tertu. pa-
467. E.

^h Ad ephes.
cap. 1. ver-
10.

ⁱ Christus
duas litte-
ras græcas
inducit.

cursum ad finem, & finis recursum ad initium, vt omnis dispositio in eum definiens, per quem capta est, per se monem scilicet Dei, qui caro factus est, proinde definit, quemadmodum & cepit, & à Deo in Christo omnia reuocarentur ad initium, vt & fides reuerfa sit à circumcissione ad integritatem carnis illius, sicut ab initio fuit, & libertas ciborum, & sanguinis solius abstinētia, sicut ab initio fuit: & matrimonij indiuiduitas, sicut ab initio fuit: & repudij, cohibitio quod ab initio non fuit, & postremo totus homo in paradysum reuocaretur, vbi ab initio fuit. Cur ergo, vel Monogamum illum debeat Adam referre, qui non potest, tam integrum quā inde demissus est? Quantum pertinet ad initij restitutionem id à te exigit & dispositionis, & spei tuæ ratio, quod ab initio fuit. Secundum initium quod tibi & in Adam censetur. Elige in quo eorum initium tuum deutes. In ambobus se sibi monogamix censura defendet. Sed & si initium transmittit ad finem, vt Alpha ad Omega, quomodo finis remittit ad initium, vt Omega ad Alpha, atque ita sensus noster, transferatur in Christum, animalis in spiritale, quia non primo quod spirituale est, sed quod animale. Deinde quod spiritale: proinde videam, an ad ipsum debeas huic quoque sensui secundo, an in eadem se forma conueniet nouissimus quoque Adam, in qua & Christus innuptus in totum quod etiam primus Adam ante exiliū. Hec Tertullianus. Verū enim veros, & si diuinę & sanctę, a sancto Theologo & Apostolo B. Ioanne, atque à Tertulliano harum litterarum admittantur mysteria, non ideo illico existimare debemus, sub alijs huiuscemodi, & sub ipsis etiam præter prædicta, omnem veritatis plenitudinem atque perfectionem contineri, vt olim, Marcus & Colarbasus hæretici falso opinati sunt. Quos tamen optime reprehendit idem Tertullianus ^a in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos, Dicens: non defuerunt post hos, Marcus quidē & Colarbasus nouā hæresim ex Alphabeto græcorum compo-

^a Deo in
Christo
omnia re-
uocantur
ad initium.
Fides à cir-
cūcisione
carnis re-
uertit ad i-
ntegritatē
carnis.

Initium in
finem, & fi-
nis in ini-
tium in trās-
mittitur
per Chri-
stum.

Tertul-
lianus
pag. 95.
C.D.

^a Tertul-
lianus
pag. 95.
C.D.

componentes. Negavit enim veritatem, sine istis posse litteris inueniri, imo totam plenitudinem, & perfectionem veritatis in istis litteris esse dispositam, propter hanc enim causam, Christum dixisse, ego sum, & denique Iesum Christum descendisse, id est columbam in Iesum, venisse, quae graeco nomine cum *απιστι* pronuntietur habere secundum numerum, DCCCCL. percurrunt isti, α. λ. ρ. υ. τ. totam usque ad Alpha, beta, & computant octo adas, & decadas. Ita afferre illorum omnes vanitates, ut ineptum sit & ociosum, quod tamen non tantum iam in vanum, sed etiam periculosum sit. Hæc idem Tertulianus. Vides ergo quanto cum iudicij libramine ac delectu, hæc litterarum mysteria libranda atque examinanda sunt. Et quam vanum sit illis plus æquo inniti. Vnde Illustrissimus ac Reverendissimus D. Aug. Valerij præclarissimus S. R. E. Presbyter Cardinalis Veronensis, patronus meus observandissimus in sua rethorica vere Christiana, cavendum ecclesiastico oratori existimat, ne in casu hominum longas disputationes de numeris, & elementorum significationibus instituat. Res enim (inquit) plena est obscuritatis, infructuosaque, & à communi usu loquentium abhorrens. Præterea si ex uhaquaque harum dictionum, Be respic. Beta, Elohim, ultimas litteras summamus, quæ sunt, ρ, & Aleph, & Mem, (quas copulantes dicunt) una conficietur dictio nempe, *ΠΡΩΤΗ*, id est veritas, qua quidem significari aiunt, omnia à Mose scripta memram continere veritatem, & ad Christum tunc venturum, verissimam veritatem, respexisse, iuxta illud Ioa. b 14. 6. Ego sum uia, veritas, & uita: eamque esse primam occultam veritatis descriptionem, quæ in scriptura reperitur, observant. Ea autem prima littera ρ, Aleph, & ρ, Tau ultima, & in medio, mem, uniuersarum rerum dispositionem significari, tradunt. Quæ sane dispositio uniuersalis, est egressus à principio in rem ipsam, atque reuersio in finem, In quibus duobus uniuersæ veritatis recti

us 2
S. R. E.
Car. Veronensis lib.
3. cap. 5. §. 1.
Veritas
primæ ar-
canum ge-
nesios.

b
Ioa. 14. 6

h
m
n

rectitudo continetur. Ac proinde litteris quadratis (quales hæc tres sunt) ueritas, eiusque stabilitas designatur, uti uidere est in nouissimo Thesaurio Pagnini. Et uice uersa mendacium stabilitate carens litteris id significatibus, solet etiam scribi & significari. Nempe *ΠΡΩΤΗ*. Nec tamen sine mysterio nomen ueritatem significans, tribus tantum litteris scribitur. Cum ea trium litterarum complexio, aperte indcet ueritatem tribus in rebus, consilio, nempe, actione, & uerbo maxime consistere. Quibus etiam tres corporis humani instrumentales partes correspondent, Manus, cor, & os, iuxta ea quæ Clem. b Alexandrinus in oratione adhortatoria ad gentes optime considerat.

De Arcanis litterarum celebris illius nominis
Leouah. Cap. XII.



Vixta hanc ipsam litterarum formam, seu Notitiam, on normam, ex nomine Leouah, innumera mysteria etiam colligunt, Ar quam necessario, ea nobis persuadeant in superioribus manifestauimus. Verum cum ea nulla in re nobis nec noceant, nec repugnent, imo potius aliquantulum opitulari uideantur, illa recensere, aut legere, non omnino molestum erit. In eo igitur nomine *Leouah* littera iod, quæ etiam prima est, Patris omnipotentis potestatem considerant. Hæc, filio tribuunt, uia copulatiuum, spiritui almo assignant. Ad hæc illud. Hæc ultimum, designare aiunt, ipsum filium, duas habentem naturas. Vau rursus dicunt esse litteram ex duplici iod confectam, ob idque significare productionem filij, quia pater per uim productiuam, quam habet, filium sibi æqualem produxit, atque genuit. Hæc ultimum significare secundam productionem, à Theologis, aspirationem dictam, qua quidem Pater & Filius, Spiritum Sanctum, aspirant.

Nam

Veritas
quibus lit-
teris scri-
batur.
Theaur^o
col. 124.
cum seq.
Mendacium
quibus lit-
teris scri-
be.
Clem. A
lex. pag. 40. A.
Nomine
Leouah
canas.
Insuper
T
S
S

...
...
Numeri
pythago
cus.
A. m. 10
...
Nomini
Ieouah
riatio.
...
Diuina
...
Exod.
14.
Nomen
Ieouah,
&
nomē,
Ero
differunt.
...
Tetragrā
matō cur
dicatur.
...
Petr. Ga
la. li. 2. ad
uerfus Iu
de. cap. 1.

Nomen ficuti ternarius; binarium præsupponit ad sui gene
rationem, & in ternario tertia unitas generata a duabus
prioribus in qualis est; Sic persona secundo producta à
Patre & Filio, duas producentes personas præsupponit
& illis æqualis est, consequenterque ipsa tertia persona
producta à duabus producentibus vincitur, & necitur,
eoque nexu triangulum necessario constituendo, qui qui
dem figura est, inter alias plurium linearum præcipua. Et
hic est ille numerus pythagoricus impar, quo quidem
Deum gaudet, ipse pythagoras, Aristoteles & alij phi
losophi asseuerarunt. Sicuti ergo in triangulo vna est essen
tia, tres tē lineas differentes atque distinctas, in eo reperi
mus: ita sane in hoc profundissimo trinitatis mysterio,
vna est diuinarum personarū essentia, tresque insimul di
stinctæ personæ. Quibus adde hoc nomen Ieouah deri
uari, à verbo יהוה Haiah, quod significat, esse, & conse
quenter illam vnam diuinam essentiam, quæ fons pe
rennis est totius esse creaturarum, designare. Differt au
tem nomen Ieouah, ab illo nomine, Ero misit me ad vos;
Exod. 3. vers. 14. cuius superius mentionē habuimus:
quis estud, Ero, significat æternitatem, vt B. Theodore
sus, ibidem aduertit, & superius satis demonstrauius.
At nomen illud Ieouah significat essentiam, vt post Di
Hiero. Burgenfis ad caput. 13. Exod. explicat. Et cum
tribuere esse soli deo conueniat, tribusque personis com
mune sit, de sane est vt vnico nomine omnes tres perso
nas & vnicam essentiam, vnicā actione significatas præ
citato nomine cōprehendant; A grecis autem hoc no
men Ieouah, Tetragrammaton dicitur id est quatuor lit
terarum, quas aliquando in duas contrahunt; vt יהו Iah,
pro Ieouah. Vnde factum est vt greci Deum ιαω , iao, &
& multi latini, ias appellarint, de qua re videndus est
Petrus Galatinus, & paginus in nouissimo thesauro;
Diction. יהו Iah, Andreas Masius & Ioa. Arleuius Ad eru
ditissimum Benedictū Ariam Montanum. Guido etiam
Bode-

Boderianus in sua præfatione ad noui testamenti Syriacam interpretationem. Alios refert perdoctus & religio
sus Pater ^a Rubertus Belarminus, religiosissime So
cietatis Iesu, in exercitatione sua, & nouissime D. ^b Pe
trus canonicus Bergomaten, de mystica numerorum
significatione. Sed & his addendus est. D. ^c Bernardus
in libris de consideratione, & Clemens ^d Alexandrinus
in libro Stromatum, atq; Origenes ^e in Ezechielem, vbi
probant nomen Tetragrammaton proprie Deum signifi
care. Accedit ^f Augusti. Eugubinus ad caput primum
genesis recognitionis ad hebraicam veritatem, & lati
dem in libris de perenni philosophia, & Lilius ^g Giral
dus de dijs gentium, Reuerendus Pater & Magister Fra
ter Hector ^h Pinctus in Ezechielem & Danielelem. Hinc
constabillitur subtilissimi nostri Scoti ⁱ sententia, asseren
tis, in Diuinis scripturis reperiri nomina quæ distincte
Deum significant, tametsi idem Deus à nobis distincte
minime cognoscatur, & si aliud alijs videatur. ^k Hoc nā
que nomen Ieouah distincte significat diuinam essentia,
& diuinitatem creatoris incomunicabilem. Conferunt
quæ Origenes præcitata homilia quarta scribit, & quæ
etiam studiose tradit Reuerendus ^l Pater Frater Anibal
Rosellius in suo Pymandro Mercurij. Hinc rursum faci
le assequemur rationem & causam, ob quam hoc ipsum
nomen Ieouah ab hebraeis יהוה scem hamepho
rase, id est nomen expositum, dictum fuerit. Exponebāt
enim illud in hunc modum אבן הויה יהוה Au, Ben, ve
ruach, ha kodesc: id est, Pater Filius, & Spiritus sanctus,
quibus sane dictionibus, sanctissime trinitatis mysterium
sub illo nomine Ieouah comprehensum, explicabant. Et
deinde personarum distinctionem, & vnicam essentiam
per nomen quadraginta litterarum exponebant. Sed
ea expositionis ratio nec efficax nec solida est, cum facile

^a R. P. Be
arminus.
psal. 33.
pag. 154.
cū præce.
^b D. Petrus
bergomē.
pag. 157.
cum. seq.
^c D. Bernar
di fo. 2 13.
cap. 6.
^d Clem. A
lex. pag.
157. cum
seq. & 229
^e Orig. ho
mi. 4. cap.
14. fo. 1.
pag. 399.
col. 1. &
pag. 419.
c & 487. b
^f Augu. Eu
gubi. pag.
99. A. & li.
3. de pe
renni phi
lo. cap. 13.
& lib. 6. c.
13. in fine.
^g Lilius Gi
rald. syntag.
1. pag. 3.
^h Fra. Hect.
Pinct. in
Ezech. ca.
vlt. pag.
57. in pa
ruis & in
daniele c.

QQQ possint

pri. 9. & 14. i Scotus in 1. dist. 1. q. 1. k Quorū de numero cū M. ch. de Pa
la. in 1. dist. 17. disp. vnica. l Reuerendus P. Annibal Roselli. li. 1. cōm. p. q. 1.

possint alia etiam contraria ex eadem litterarum structura construi atque confici, vti optime aduertit Magister Ioan.^a Forsterus superius citatus, qui tamen ait, se nihilominus ea venerari, eo quod nostrę religioni consonēt. Verum Chaldaicus paraphrastes illud ipsum mysterium significare volens, tria iodim, & aliquando vnum, supra alterum in trianguli formam sic describit. ^a vnico tantum Kamets ad pedem subscripto, quo denotetur vnites & trinitas tanti mysterij, vt apud Galatinum & alios superius adductos legere erit facile. Illud ego nomen expositum, & ikas alias quadraginta litterarum explicatio nes, ob ineffabilitatē nominis Ieouah adinuerunt excogitarumque, quapropter loco illius nominis Ieouah Adonai, legebant. Quod quidem Christum Dominū N. & apostolos obseruasse, præcitatus Pater Belarminus author est: asserens in scriptura minime reperiri, Christum Ieouah protulisse, sed cum ea ratio parū vrgeat, adhæredū magis puto sententię Reuerēdis. patris & eruditissimi Magistri, in omni linguarū genere, versatissimi D.P. Adriani prænestinē. dignissimi vallis vmbrosę Generalis & præsidentis sanctę Praxedis huius Almę vrbis. Vnde licet ex scriptura minime colligatur, probabilissimū est Christum verum sacerdotem illud Ieouah nomen, abolita hebræorum obseruatione, sæpe protulisse, & subinde apostolos eius cum Dei para Virgine Maria idē fecisse. De modo vero scripturę & pūctuationis huius nominis aliqua aduertit Ioannes^b loco præcitato. Cum ergo hebreis hoc ipsum Ieouah nomen religionis gratia ineffabile foret, illud nihilominus per alias quatuor hebraicas litteras, solebāt sequēti nomine indicare ^a Mits phats, vbi loco iod, primę litterę eiusdem nominis Ieouah, ponitur Mē, & loco, He, tsadi, & loco vau, pe, & vice secūdi he, vltimum tsadi. Ita quidem Messię spiritualis regni potestatem & authoritatē, qua vincetos liberaturus erat, cæcis visum restiturus, surdis auditum elargiturus, mortuis

^a Ioan. Forsterus in suo hebr. dictio. pag. 189.

^b Ieouah. nomen ineffabile. Christum D.N. protulisse Ieouah certū est contra alios.

^b Ioan. Forsterus. pag. 190. Nomen Ieouah. p. litteras transpositas.

^c Mysteriū regni Messię.

tuis vitam donaturus, & ægyptijs nostris aduersarijs plagas illaturus, plane significarunt. Descendit autem illa dictio misphat à verbo ^a Maphats & à verbo ^b Matsah, quod significat, suxit, mulsit & expressit, vnde Messias dicitur emulfor, & expilator; Demonis nāq; tartareos carceres expilauit, caput cōfregit, potestātē enervauit, & spolia abstulit, Iuxta illud Hef.^a cap. 8. vers. 1. spolia detrahe, festina, prædare; Et præterea aduertendū est præcitātā dictionē Christo Messię non sine mysterio tribui, cū eius significatio ex prima & secunda coniugatione, illi optime conueniat. In prima ergo coniugatione illa dictio aperire, liberare, leuare vocē, iubilare, gaudere, & os aperire significat. In secunda confringere, vulnerare, & plagas inferre. Quę significata quam proprie Christo accomodentur nemo est qui nō intelligat. Dicitur autem nomen Ieouah, ineffabile, & inproferibile: nō quidem quia vocalis. e, & i e, ferire nequeant illas duas aspirationes ^a h h, quarum natura est, in eadem syllaba præcedere vocales non sequi, vti ignari huius linguę assenerarūt, addētes ad huc D. Opti. Max. Mosi reuelasse quibus pūctis tres litterę priores præcitati nominis Ieouah proferri seu subscribi deberent. At constat absque vlla pūctorum quę tunc minime extabant, reuelatione: hoc ineffabile nomen à summo sacerdote proferri potuisse cum populū benedicebat, vt patet ex Numero^b cap. 6. vers. 25. Nec ideo ineffabile dicebarur, quod multis modis effari potuerit, vti olim placuit eruditissimo Magistro^c Martino Martinez. Sed erat ineffabile, ob ineffabile & incōprehensibile illā Dei essentiā & infinitatē, quā quidē cū trinitatis mysterio significabat. Ac proinde cū sacrosanctū esset, ab hominib⁹ vulgo accipi in decēs erat, sicuti ex ipsis authoribus de hoc noīe icouah agētib⁹ ibi satis cōstat, quib⁹ etiā Forsterus loco præcitato ad stipulatur. Vnde R. Moses ægypti^a merito dicebat gradū nominis icouah esse sublimē, eo q̄ diuinā denotabat essentiā;

^a Nomen Messię misphat.

^b Messias expilator dicitur.

^c Hef. 8. t.

^d Nomen icouah cur ineffabile.

^b Summus sacerdos nomen hoc icouah proferbat.

^b Num. 6. 25.

^c Martin Martinez in his potrypos. li. 2. cap. 2.

^d R. Moses ægyptius. pag. 189.

ac proinde loquenti, curam gradem & plenam reuerentiam esse debere. Hinc plato & alij philosophi; Philon etiam libro de Abrahamo; Deum innominabilem dixere. Idem Origenes in libris contra celsum atque iustinus Martyr in oratione ad gentes & in defensione pro christianis. Et ex Lactantio firmiano. Lilius^b Giraldus de Dijs gentium mirando hetrusco miraculo illud idem confirmat; accedunt que R. Petrus Bongus in præcitato lib. de numerorū mystica significatione adducit. Quæ omnia adhuc corroborari possunt ex illo capite. Deutero^c 28. vers. 58. ubi Moses nomē hoc gloriosum & terribile hoc est Deū tuū, esse ait. Hoc ipsum terribile & gloriosum nomē, nō esse aliud crediderim, ab eo quod B. Ioan. in sua Apocalypsi^d cap. 14. vers. 1. in frontibus eorum qui agnoscant, inscriptum vidit. Conferunt que Sixtus^e Senensis in sua biblio. sancta scripsit. Nec dicat aliquis Ieouah nomē antiquis incognitū, atq; ideo nulla ratione proferrī potuisse, vti colligi vī ex e. 6. Exod. vers. 3. ubi dñs apertē Mōsi dixit, se nomē suū Ieouah minime patribus manifestasse, cū illud eum sensum habeat, se nomē Ieouah ad illa vsq; tēpora, nō tā aperte & manifeste, sicut tūc Mōsi, patribus^f ipsiſ olim propalasse, iuxta ea quæ de prophetia & reuelationibus^g Mōsi superius tradidimus. Potest etiā ille locus iuxta aliū sensū sic accipi, vt illud nēpe, nō indicat in eis, vel in nomine Ieouah, nō sum cognitū illis. Significet patres illos Mōse priores; nō tāta fecisse miracula in nomine Ieouah, quāta postea Mōses in ægypto pharaone corā operatus erat ita explicat h. Forsterus loco iā citato. Sed etsi Oleaster tres illius loci, ibidē adducat expositiones, nulla pfecto hac faciliior ē. Et eo præsertim cū verba illa præcitati textus, Deū potentē, & Deū Ieouah: nihil aliud innuere videantur, quā se potentiorē & terribiorē tēpore Mōsi ostensurū; quā tēpore patrū. Quibus tñ & si in Deo omnipotenti, nomē eius agnitū fuerit, quippe qui eius potentiā satis fuerant experti, non tñ illa maior poten-

Deus. cur in nomina bilis dicatur.
a Iustinus Martyr. to. 1. pag. 60. cū seq. & 64. & 88.
b Lilius Girald. pag. 16.
c Deut. 28. 58.
d Apocalyp. 14. vers. 1.
e Sixtus Senen. to. 1. lib. 2. pag. 112. & sine & seq.
f Exod. 6. vers. 3.
g Cap. 6.
h Ioan. Forsterus in suo dictio. pag. 190. Deus potēs & Deus Ieouah. quid significent.

potētia illis agnita nec indicata sicuti Mōsi extiterat. De potentia hac terribili nominis Dei vid. Psalmi. a 28. vers. 3. & psal. 110. vers. 9. Quali vero arcano mysterio nomen Ieouah in lamina aurea mitræ summi pōtificis, insculptū & inscriptū fuerit Rupertus^b Abbas in cōmentarijs in exodū illud doctē indicat. Huius rei mysteriū, inquit, scilicet nominis, qd est super omne nomen, in eo est, qd lamina sanctū Dei insculptū est, id est, nomē dñi tetragramaton, quod ineffabile dicunt. Scribitur cū quatuor litteris iod. he, vau, he, que in syllabā aut vocē articulatā cōprehendi nequeūt. Arcanū scripture hætenus latet, nisi quia ex interpretatione elementū colligi pōt, quod euāgelicā fidē nō minime delectat, interpretat. n. iod principiū, He, iste, vau & he, iste. Estq; cōtinuus litterarū sensus, principiū iste & iste. Hoc inquā iure nos delectat, quia principiū, iste pater, & principiū iste filius est. Patrē esse principiū vidēs vltro cōsentit. Principiū se quoq; esse filiū defendit, quia interrogātibus Iudæis, tu quis es? principiū, ait, qui & loquor vobis. Hoc nomen pfecto super omne nomē est, quia super principiū nihil esse pōt. Igitur octauū pōtificis dec⁹ aurea lamina est; insculptū habēs ineffabile nomen, qd dicit, sanctū dñi, quare videlicet Christo pōtifici ppter passionē mortis, octaua sua Resurrectionis glorię, coronato, nomē qd est super oē nomē pater donauit. vt in nomine Iesu oē genuflectatur. Hęc Rupertus cui adiūge que Sixtus^c Senensis in sua bibliotheca sancta de eodem mysterio, lamina insculpto tradit. Ex quo D. a Chrysoft. nominis Dei reuerentiā cōtra temere, per illud iurantes exaggerat. Nec simulāda hic erit Lilius^e Giraldi reprehensio, asserētis hoc celebre & sctū nomen Ieouah, iō quatuor litterarū dictū, qd quatuor litteris in oibus linguis scribatur: cū certū sit quatuor litterarū eē dictū ppter illas 4. litteras hebreas, iod nēpe, & he, vau, & h, præcitata arcana mysteria cōplectentes, qualia quidē, aliæ quatuor litterę aliarū nationū & linguarū minime comprehendūt.

a Vid. psalm. m. 28. vers. 3. & psal. 110. vers. 9.
b Rupert. Abb. in exod. li. 4. ca. 23. ro. 1. pag. 278. sub finem
c Sixtus Senen. lib. 2. bibli. SS. to. 1. pag. 108. in magnis codicibus.
d D. Chrysoft. to. 5. pag. 199. c. in homi. 26.
e Lilius Girald. d. Dijs gene. pa. 4.

Nomē Ie-
sus Nomē
Ieouah in
se continē
re.

Iesu vnde
deriuat.

^a
Ad Rom.
11.36.

^b
ad Philip
pen.2.9.

^c
Ad Hebr.
2.8.

Nomen
Dei & fili
us Dei
quomodo
Christo à
Patre do-
natum.

Tropus
scripturæ
est rē tūc
feri asse-
re cū mani-
festatur.

^d
Magist. in
3. dist. 18.
vid. ibi pa-
laci.

^e
Medin. 3.
part. 9. 2.
artic. 11.

Ex hoc ipso fonte fluit, placitum illud non vulgarium authorum, quo censent, hoc nomen Ieouah, in nomine sacratissimo Iesu Christi Saluatoris ac Redemptoris nostri proprie & vere contineri: quidquid Petrus Galatinus superius citatus refragetur. Iesu etenim ^u à substā-
tīuo verbo ^u Iesc, deducitur. Atq; ideo denotat ipsum Iesum D.N. simul Deum & hominem esse, a quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia, ita Diuo Paulo testante ad ^a Rom. 11. vers. 36. & ad ^b Philipp. cap. 2. vers. 9. Dicente Deum Patrē filio dedisse nomē quod est super omne aliud nomen. Qui vero omne dicit, nullū nomen excludit, iuxta eiusdem D. Pauli argumentationem ad ^c hebr. 2. vers. 8. vbi loquens de Christo sic ait: quod omnia ei subiecit nihil dimisit non subiectum ei. Vnde Syriaca interpretatio eo in loco epistolæ ad philippēses sic habet. Et dedit illi nomen præstantius omnibus nomi-
nibus. At constat Christum Deum, & filium Dei ab æter-
no fuisse, & tamen secundum humanitatem assumptam, nomen hoc scilicet Deus, & filius Dei, ipsi Christo hōi-
Saluatori humani generis, à patre donatum fuisse, vti cō-
cors est omnium Latinorum atque Græcorum catholica sententia. Sed non quidem ita donatū, quasi illud nun-
quam habuerit; sed donatum hoc est manifestatum. Nā secundum sacre scripturæ tropum res tunc dicitur fieri, quando innotescit. Vnde verba illa dedit illi nomen: hanc interpretationem recipiunt, id est, patefecit, mani-
festauit, pater æternus hoc Dei nomē, nomenq; Ieouah, quod ab initio habuerat, efficiens, vt orbi in tempore in-
notesceret, ab omnibusque passim agnosceretur, colere-
tur atq; prædicaretur. Quæ explicatio abunde satis locu-
pletari potest ex his quæ Magister ^d Sententiarū Docet, & D. Chrysof. Theophilatus Aug. Beda & Adamus del-
phius præcitato capite 2. ad Philippenf. adnotarunt. Quibus adiungendus est perdoctus atque R. P. Frater Barthol. ^e de Medina. Theodoretī tamen discursum eo
in capite

in capite superioribus satis accommodatū audiamus. At qui (inquit) cum humanā naturā suscepisset, qui erat hu-
milis, exaltatus est, & qui erat altissim⁹ seipsū humiliavit. Nō ea accepit quæ non prius habebat, sed accepit vt ho-
mo, quæ habebat vt Deus. Nomen autē quidā interpre-
tati sunt, gloriam. Ego autem ex epistola ad ^a Hæbreos inuenio aliam apostolici dicti intelligentiam. Cum enim dixisset, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus est, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit: interpretatur nominis differentiam & dicit: Cui enim dixit aliquando angelorū, filius meus es tu, ego enim hodie genui te. Et rursum, ego ero illi in patrem & ille erit mihi in filium. Hic ergo hoc etiam di-
cit, quod cum se ipsum humiliavit, non solum non per-
didit quod habebat vt Deus, sed hoc etiam accepit vt homo. Diuus ^b Vigilius cōtra Eutychem hoc idem pro-
sequitur. Hoc ipsum nomen, non aliud esse quam Dei nomen, quod est super omnia, optime etiā probat ^c Ter-
tullianus in libris de trinitate. Vid. B. ^d Anastasiū. de in-
carnatione Christi cōtra Apollinarium, & B. ^e Hilariū super psalmis. atque nouissime R. P. F. Barthol. ^a Medi-
na in commentarijs ad tertiam partem, vbi ostendit hoc nomen Ieouah esse proprie nomen Messie quem antiqui patres expectabant. Id quod prius Petrus Galatinus iam citatus & Finus Adrianus demonstrarunt. Quibus accedit perillustis ac Reuerēdis. D. meus Episcop⁹ lin-
danus in commentaciuncula sua de Alleluia. Quod au-
tem nomen hoc, nomen adoptionis minime extiterit, Paulinus ^g Aquiliensis Episcopus aduersus fælicem vrge-
litanum fuse probat. Accedit postremo D. ^h Grego. Nyf-
seni autoritas, qui in ecclesiasten commenta. ait, nomē quod est super omne nomen, esse nomen explicans inef-
fabilem potestatem, naturam, & essentiam Dei. Ruperti quoque Abbatis nuper citati cōsideratio, huic articulo consonantissima est. Petrus Bongius Bergomatenfis his
QQq 4 calculum

^a
Ad Hebr.
ca. 1. vers.
4.

^b
D. Vigili⁹
to. 5. bibl.
SS. patr.
pag. 586.

^c
Tertu. pa.
504. e.

^d
B. Athana-
sius pag.
555. cum
seq.

^e
B. Hilari⁹
psal. 2. ver-
su postu-
lant. pag.
198.

^f
Medi. ter-
tia par. 9.
49. art. 6.

^g
Paulinus
Aquil. to.
5. bibl. SS.
patr. pag.
437. sub fi-
nē cū seq.

^h
Greg. Nyf-
se. homi. 7
pag. 215.

calculum adijcit dum asserit, minime negandum: Nomen Iesu per regulas Kabalæ (si admittendæ forent) nihil aliud significare, quam Deum, Dei filium, & patris sapientiam, per tertiam diuinitatis personam, quæ est ardentissimus amoris ignis, naturæ humanæ ad eius salutem in vnitate suppositi vnitam. Quod quidem satis D. Pauli Apostoli præcitatæ testimonijs comprobatur manet.

Littera scim cū alijs in nomine Iesu quid significent.

^a Clem. Alexan. lib. 2. cap. 4. pag. 55.

^b Clem. Ro. In cōstit. apostolicis lib. 2. cap. 25.

^c B. Irenæus lib. 2. cap. 41. pagin. 126.

^d Interpres B. Irenæus pag. 128. 4. nu.

Ponitur autem in eo nomine $\text{I}^{\text{H}}\text{S}$ Iesu, littera scim, loco duarum. H H. nominis Ieouah, vt significet, quietem. illam Beatificam, & æternam nobis per ipsum promissam, atque donatam. Præterea iod, Diuinitatē Christi significat, imo & apud ipsos græcos I. litteram verbum diuinum significare, testatur. Clemens ^a Alexadrinus in suo pedagogo. Et adeo diuina hæc littera, iod, existimanda est, vt Beati apostoli suis in apostolicis constitutionibus (referente B. ^b Clemēte Romano Pont. Max.) ex ea ipsa littera eiusdem nominis Iesu: Decimarum oblationem iuris esse diuini, & Decem decalogi præcepta, Decem quoque plagarum liberationem, vt præcipua mysteria deduxerint. Præter ergo hæc litteras, scim & iod, littera vltima quæ est, vau , Arborem vitæ, Christum Dñum, qui est vita nostra, significat. Similiter scriptura illa, quæ vulgo nomen hoc sic scribitur, $\text{I}^{\text{H}}\text{S}$, iuxta hanc mysteriorum rationem, sacrosanctam trinitatem significare potest. Ita quidem vt tres litteræ ad tres personas, & linea transversa ad earum vnitatem referatur: Quod vero Beatus ^c Irenæus aduersus hæreses affirmat, Nomen Iesus apud hebræos duarum litterarum esse cum dimidia, nulla est ratione admittendum, nisi dicamus B. Irenæum iod, dimidiã litteram ob paruitatē existimasse. Quod vero etiam ibidem tradit, sub nomine $\text{I}^{\text{H}}\text{S}$ Tſion, nomen Iesu comprehendij, & si eius interpres a ingenue fateatur se illud minime intelligere; adhibita tamē hac transpositione litterarū facile intelligetur; sumēdo loco v tsadi litteram scim. Præposito iod, & manente vau , præcitatę diuinitatis

tionis, sit $\text{I}^{\text{H}}\text{S}$ Iesu nomen dulcissimum & sanctissimū. Quid sub Tſion, cōprehenditur vt inde hoc arcanū agnoscamus, nēpe ab ipso D. Iesu Redēptore nostro Messia & Magistro, ^a sicuti à Tſion, et legē euāgelicā exiuisse & gratiā originē traxisse. Si quis tñ præstantiorē aliam coniecturā adduxerit, eam lubēter amplectar. Scribitur adhęc. Hoc suauissimū nomen quatuor litteris apud prophetā Abacu. ^b cap. 3. vers. 18. & Ezram, li. 2. cap. 7. vers. 39. ibi $\text{I}^{\text{H}}\text{S}$ iescuhanh. Sub quo nomine aliud Arcanū occultatū facile reperies videlicet salutē, & saluare; quod propriū est ipsius Dñi Iesu Salyatoris N. amatissimi, vt ex angelico oraculo refert D. Matth. cap. 10. vers. 21. Ob id Epiphanius ^c recte scripsit etymologiã diuini nominis, esse curare, medicari, & saluare. Id quod etiã B. ^d Irenæus tradit, vltra quos vide Beuxam. In sua harmonia euangelica, vbi plura de hac diuini nominis etymologia congerit, ostendens hoc nomen ab alijs diuinis veteribusq; nominibus plurimū in eo differre, quod istud salutē & saluationē præsentē significet: illa vero Deus saluabit in futurū; qđ prius aduerterat perdoctus Magister ^e Martinez, & Petrus ^f Galatinus. Adde et Petr. Bongū supra citatū. Cū ergo illa oīa vetusta nomina in hoc vnico nomine Iesu, contineantur, nō est cur hodie à superficialis imaginū, circulatorūq; sculptoribus, alia vana eaq; corruptissima, et angelorū nomina, renouent. Qua in re hos supersticiosos Kabalistas, eadē animaduersione dignos iudico, quia quidē Origenes ^g Celsū hereticū supersticiosū dignū cēsebat. Huic tandē tractationi Mysteriorū ex litteris, adiūgēda sunt quæ venerabi. Beda ^h lib. de Arte metrica capite de littera studiose aduertit de litteris illis græcis, α . ω . η . θ . ρ . ϵ . α . & ω . Eta, chi, Ro. Alpha & omega, vbi ait latinos ob nomē Iesu admittere litterā H, eta, quę duplici figura apud eosdē græcos, quo modo littera, He, apud latinos scribit: chi & Ro: propter nomē Christi, Alpha & omega, ppter authoritatē diuini sermonis, Ego sum Alpha & omega.

Vnde

^a Hec. cap. 2. ver. 3.

^b Abac. 3. 18. 2. eszr. 7. 39.

^c Epiph. aduersus hæresis lib. 1. to. 2. hæref. 29.

^d B. Iren. li. 4. cap. 26. pag. 251.

^e Martinez lib. 2. hypoth. ca. 3.

^f Petr. Gal. li. 3. ca. 18.

^g Orig. lib. 1. contra celsū to. 2. pa. 419. cum seq. & lib. 5. pag. 487.

^h Bed. to. 1. pag. 35.

Litterę gręce à latinis pro mysterijs nominis Iesu admissis.

Constanti
ni Imp. ve
xillum cũ
nota. nōis
Christi.

^a
Ioan. Lan
gus ad Iu
stinū to. 1.
pag. 69.

^b
Euseb. lib.
1. cap. 25.

^c
Sixtus Se
nensis lib.
3. pag. 263.
cum seq.

^d
Zamoren.
cap. 4.

^e
Beda to.
3. pag. 241

Vnde legimus piissimum illum imperatorem Constanti-
num in illo suo militari, imperialique vexillo impressam
gestasse hanc litterā P. quæ apud Græcos valet R. nostrū,
vt Christi significaret, obidque vulgaris illa descriptio
qua ita: Xps, scribi solet ad hæc græcas litteras, chi
& Ro, debet referri. Ioannes a Langus in scholis ad Iu-
stinū Martyrem in oratione pro Christianis ad Anto-
ninum piū, Eusebium, ^b de vita constantini, eius vexil-
lum describentem refert: In ea (igitur inquit Eusebius)
salutaris Saluatoris nota inscripta, duobus solum expref-
sa elementis: id est duabus primis litteris nominis Chri-
sti (erat enim littera P. R. in ipso medio litteræ χ chi,
curiose & subtiliter inserta, quæ totum Christi nomen
perspicue significarent. Quas quidem litteras deinceps
semper imperator in galea gestare consuevit. Porro de
alijs arcanis eiusdem sacratissimi nominis Iesu consu-
lendus erit Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus
Toletanus salicæus in libello de nomine Iesu. Et De
Arcanis nominis Adami: finalium seu duplicium litte-
rarum legi potest diligentissimus Sixtus ^c Senensis in sua
bibliotheca sancta, & Hieronymus Vilemius in lectio-
nibus sex dierum, atque Zamorensis ^d in epistola ad he-
bræos Romæ cōmorantes. Quibus adde Bedam ^e in que-
stionibus in genesim vbi etiam arcana Israelis, hoc est
Dei vidētis, ex ipsis mysterijs litterarum elicit quod nos
latiori sermone loco suo prosequemur. Hæc igitur pro
Mysterijs litterarum satis sint.

De Arcanis per numerorum supputationem. Cap. XIII.



De nume-
rorū neces-
sitate & ef-
ficatia.

Vanta sacrorum numerorum tum in sacris,
cum etiam in alijs scripturis, vis & efficatia;
sit, eorumque peritia, atque cognitio quam
necessaria, copiose satis capite vndecimo
demonstratū fuit. Vnde mirū non est, si vete-
res

res recentioresque theologi, ipsorū sacrorum numerorū
accuratam rationem habuerint. Proculdubio namque
verum est, innumera arcana, atque mysteria sub ipsis oc-
cultari. Nec Beat⁹ Iræneus in libro aduersus hæreses ea
vnquam improbauit: Gnosticorum tantum hæreticorū,
varia figmenta, & insana deliria, ex græcis numeris insa-
ne & fabulose deducta, merito damnauit. Id quod etiā
Epiphanius ^b diligentissime præstitit. Quæ ratione fabulo-
sa omnia Rabinorum arcana ex eisdem numeris per
gemataria id est numerationem, collecta: pro-
cul à nobis repellenda sunt. Alia vero quæ huius classis
minime fuerint, eo sane modo admittenda censeo, quo
& similia ex litteris arcana, superiore capite admissimus.
Obidque Reuerendissimus ^c præsul, Pater & Magister
Hieronymus Venetus ex D. Dominici sodalitia in le-
ctionibus sex dierum, summæ temeritatis & ignorantia
esse testatur ea omnia numerorum arcana, indiscrimina-
tim, reijcere atque reprehendere, id quod aliquibus scri-
pturæ autoritatibus confirmat, quas ab ipso studiosus
lector requirat. Quamobrem vt eo in articulo, aliqua sal-
tem ad scripturæ cognitionē vtilia proponamus, primo
omnium ex græcis numeris se se offert difficillimus ille
locus B. Ioannis Apostoli in Apocalypsi, ^d cap. 13. in fi-
ne, vbi Agens, de illa immani Bestia Antichristi ventu-
ri de eiusq; nomine, sic vaticinatur. Et faciet omnes
pulsillos & magnos, & diuites & pauperes, & libe-
ros & seruos habere characterem in dextera manu sua,
aut in frontibus suis: & ne quis posset emere aut vende-
re nisi qui habeat characterem, aut nomen bestia, aut nu-
merum nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intel-
lectum computet numerum bestia. Numerus enim homi-
nis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex. Quā dif-
ficilis hæc prophetia sit, idem B. Ioannes manifestat, cū
diuina sapientia ad eius numerationem assequendam,
opus esse statim subiunxerit. Qui habet intellectum, in-
quiens

Número-
rum deli-
ria ex gno-
sticis hære-
ticis dam-
nata.

^a
B. Iræn. li.
2. cap. 40.
pag. 126.
sub finē.

^b
Epiph. li.
1. to. 3. h. g.
refi. 24.
pag. 72.

^c
Reueren-
Hieron.
Vilemius
lecti. 15.
pag. 189.

^d
Apocaly.
13. in fine.
Antichri-
stus imma-
nis bestia.

De nomi-
ne Anti-
christi.

quiens, computet numerum bestiae, id est nouissimi Antichristi, prius namque de alio ipsius praecursore loquutus fuerat. Hunc numerum esse asserit 666. De quo quidem numero authores nostri & interpretes diuersa opinati sunt. Plura vero nomina, quibus ille numerus, iuxta supputationem graecarum litterarum consonat, refert, exercitationis gratia, B.^a Andreas Cæsariensis Cappadociae Archiepiscopus in eo capite Apocaly. 13. Quorum vnum est *ἀντίχριστος* Antimos latine dicitur, Aduersarius, erit namque Antichristus insignis Christi aduersarius: & sub illius nominis litteris, praecitatum numerum plene contineri Primatius, quem refert Sixtus b Senen. in sua bibliotheca sancta; excogitabat. Idem c Victorinus in commentarijs in Apocalypsim, quamuis ibi numeri aliqui corrupte scribantur. Et licet nomen hoc apud graecos minime reperiatur, graecam tamē habet compositionem: nempe Anti, quod est contra, siue aduersum, & emōs id est meus. B.^d Hippolytus in oratio: de cōsumma mundi praecitatum numerum reperiari arbitratur, in nomine *ἀρνόμα* Arnoumae id est nego, Antichristus etenim suis cum sequacibus, diuinitatem. D.N.I.C. negaturus erit. Sed cum illud nomen per diphtogum, scriptū maiorem numerum contineat, videlicet 672. Beati Hippoly. consideratio probabilitate caret. B.^e Irenæus, Nomen illius Teitan futurum putat, atque in eo praecitatum numerum 666. contineri. Accedit huic sententiae Hestichius grammaticus cōferunt quæ. Suidas tradit, Titanes nempe esse dæmones infernales, qui vt poæte enarrant, bellū Ioui inferre ausi sunt, Ioue tamē eos apud inferos vincitos, relegante, & ideo dici à verbo *τιτύω*, id est vlciscor. Id quod Antichristo eiusque Titanibus & sectatoribus euēturum certissime credimus, Christo D.N. in tartareum ignem eos per angelos & ministros suos fideles, detrudi faciente, Cæterum ex nomine illo non satis colligitur praecitatus annorum numerus: cum Titan

B. Andr. cellar. cap. pado. antil. es

b Sixt. Sen. lib. 2. litte. ra N. pag. 99. lib. 3. pag. 154.

c Victo. to. 6. bibl. SS. patr. pag. 716. e.

d Hippoly. to. 6. bli. SS. patr. pag. 10. D. E.

e B. Iren. li. 5. cap. 30. Titan nomen Antichristi Titanes qui.

per

per i. & non per Tei apud graecos scribatur. Qua de causa ille numerus 666. inde minime elici potest, sed alius quinque vnitatibus minor. Alij nomē die lux ad hos numeros accommodant, sed cum D. Ioannes graece & nō latine scripserit non est cur hac in re latinū nomen admittamus. His ergo omissis, salua rectiori censura in eadem sententia vt credam D. Ioan. huius bestiae nomen minime nobis manifestare voluisse, ita vt ex numeris illud eliceremus, sicuti praecirati omnes existimarunt, & Nicol.^a Zigerius minorita in scholijs ad nouum testamentum; sed voluisse potius per hunc numerum, ipsius bestiae siue Antichristi qualitatem nobis innuere, propagareq; & vt illum (quantumcumq; prodigijs, miraculis, atque portentis corruscasset) Deum nullo modo esse crederemus; sed purū hominē, bestialem, & mundanum, mundanis, terrenisque rebus omnino deditum. Quod tamen quia difficile satis atque periculosum futurū erat; cū praestigijs suis plurimos decepturus esset, B. Ioānes fideles Christi preueniens, ad ipsius praestigiosas fraudes dignoscedas, sapiētia diuina opus esse dixit, qua quidem id clare & aperte ex numeris bestiae colligitur. Eum vero numerum, numerum hominis appellat, quia purus homo est seu erit. Quod autem ipse numerus 666. purum hominem terrenum significet, patet ex eo quod senarius, prout senarius est in se consideratus proprie ad hominem spectat; quippe qui die sexto (vt Philon. etiam aduertit) creatus fuit. Et quidquid factum est propter hominē, à Deo factum est. Vnde merito senarius numerus mundum significat, & ea insuper omnia, quibus filij huius seculi gaudent, quorum conuersatio in terris est, fatuos & insensatos reputantes eos qui presentia pro futuris despiciunt, & visibilia pro inuisibilibus aspernantur. Sexcenti igitur anni, sex mundi ætates de quibus sancti plura tradidere, designant in quibus quidē ea immanissima bestia ab exordio mundi post

Nomen die lux.

vera intelligentia illius loci Apocaly.

a Nicol. Zigerius.

Numero bestie qualitatem illius significat.

Superbia & bestialitas eiusdem.

Numero hominis quid sit.

Numero senarij humana significat.

b Philon. senarius citatus pag. 416.

Sexcenti anni sex mundi ætates.

di post

Sexaginta
tempora
sexaginta
tempora
signifi-
cant.

^a
R. Petr.
Borga. 2.
par. pag.
153.

^b
Apoca. 8.
^c
Rupertus
Abb. in ca-
put. 8. A-
pocaly. li.
5. pag. 93.
col. 2.

di post eius occasum & à cælo deiectionem, in filiis belias regnauerat, & adhuc ad sextam vsque regnatura erit. per sexaginta vero, sextæ ætatis tempora, significantur, quæ etiam sunt tempora ecclesiæ, in quibus speciali quadam potestate à dracone accepta, bestia ipsa Christi ecclesiam acerbius aggressura, & persecutura erit. Numerus vero sextus cornu illius vndecimum, Antichristi videlicet, postremum tempus insinuat. Quod sane durabit menses 42, Hoc est dies septies septem, in quibus supra quam dici potest, huius bestię furor à dracone succensus, exardescet & stuabitque. Et postea quam hæc scripseram cum iam typis mandarentur, vidi, legique attente librum R. D. ^a Petri canonici Bergom. de mystica numerorū significatione, vbi plura in illius capitis 13. apocalypseos ornatum congerens, in hac ipsa nostra, licet alijs medijs, persistit sententia. Ex his igitur colligimus hoc magni momenti arcanum, videlicet, qualitatem bestię siue Antichristi atque tempus, quo in ecclesiā Christi spōsam, sathanico suo furore debachaturus est. Aliud quoque ex cap. 8. ^b Apocalypseos. Rupertus ^c Abbas docte & subtiliter colligit, qui super illis verbis: Et numerus equestris exercitus vices millies dena millia audiui numerum eorum: in hunc modum discurret. Porro quod dicit, vices millies dena millia, quæ sunt ducenties mille millia. Idem, inquam est, inquantitate, sed non mysterij ratione. Omnino aliud intelligere licet, per hoc quod sic dixit, vices millies dena millia, quam si dixisset, decies millies viginti millia. Vt clarius atque intelligibilius fiat quod nunc dicere cupimus, prius de natura multiplicatis numerorum pauca dicamus. Vnitas, id est, character, qui, sicut Abacistæ melius norunt, in primo limite, qui & singularis dicitur, vnum significat, transpositus vltra in quintum limitem decem millia designat. Item Binarius, id est, character, qui in iam dicto singulari limite duos significat, translatus ad eundem, id est, quintum

tum limitem, qui decenus millenus dicitur, viginti millia designat. Sunt itaque in vno eodemque deceno limite, & vnitas multiplicanda, & binarius multiplicator, vnitas videlicet decies millena, & Binarius nihilominus vices millenus. Non nihil mysterij in hoc subesse arbitramur, quod in ista quantitate equestris exercitus, in vno eodemque limite cubant vnitas, & Binarius, & quod non vnitas binarium multiplicat, secundum hunc modum, vt diceretur, & decies millies viginti millia audiui numerum eorum, sed e contra binarius vnitatē, dicendo: Et vices millies dena millia audiui numerum eorum. Quid enim vnitas decena millena, nisi gentem hebræam vnus Dei cultricem significat? Quid porrò binarius decenus millenus (qui interdum infamis est) in scriptura ^a sacra, vt illic, de immundis, vero bina & bina ingredientur in Ar-
cam? Igitur vnitas in eodem limite cum binario cubat, quia videlicet gens Israelitica, quæ vnus Dei populus esse debuerat, in terra gentium immundarum, & abominabilia facientium collocata est. Illic profecto non gens Israelitica gentes immundas & idololatrias ad mundam vitam vnusque Dei cultum conuertit; Sed e contra gentes immundæ & idololatræ, gentē illam ad immunda & abominabilia peruerterunt. Nā hoc est quod ^b Esdras & Neemias, ceteriq; qui cum eis erant, timentes Dñm reuerfi de Babylone deplorabant. Amplius autem cum sub rege græcorū essent, non ipsi Græcos ad veri vnusque Dei cultum conuerterunt; Sed e contra Græci illos in leges Deo vero, aduersas peruerterunt. Nam hoc est quod in libro ^c Machabæorum Mathathias cum filiis suis scif-
sis uestibus plangit. Itaque recte non vnitas binarium, sed binarius vnitatem multiplicat, & quod inde excre-
fcit, item binarius est, sunt enim ducenties mille millia. Si quidem per binarium multiplicata vnitas binarius fit hoc modo, bis unum, Duo, & quia vnitas decies millena, & binarius decies millenus est, ipse binarius, qui inde ex-
crescit,

^a
Genes. 7.

^b
Indei sub
afsirijs &
græcis Ido-
latræ.

^b
1. Esdr. 9.

^c
1. Mac. 2.

crescit, in quinto ab eo, qui multiplicatur limite ponitur, & sicut iam dictum est, ducenties mille millia sunt, ibique Binarius tam multiplex immundā Israelis & gentium permixtionem significat. Hæc Rupertus. Præter eximia hæc arcana, Ad est adhuc aliud insigne & celebre ex cap. 2. a Ioa. vers. 20. & seq. vbi Christus D. N. agit de sacratissimo & purissimo corpore suo, sub numero 46. annorum, quibus hierosolymitanum templum ædificatum extitit. Quo in loco D. b Aug. illud 46. annorū spatium significare ait, ædificationem templi corporæ, quod sibi Christus dominus ex Adæ carne ædificauerat, cuius Adæ nominis, litteræ apud Græcos significant numerum 46. tot namque diebus purissimum Christi corpus in purissimo ac virginali purissime virginis vtero absolutū est. Eo enim tempore omne corpus humanum vsque ad perfecta membrorum lineamenta formatur. Hiergo 46. dies per sex multiplicati nouem menses & sex dies constitunt, qui computantur ab octauo Kalendis Aprilis, quo die dominus conceptus est, & eodem passus: & octauo Kalendis Ianuarij natus. Vnde liquet, annos 46. in fabrica materialis templi hierosolymitani consumptos; dieb⁹ 46. in dominici corporei templi fabricatione, intra purissimæ virginis virginalia elaustra, transactis; optime accommodari. Ita Sixtus c Senensis loco citato hoc arcanum deducit. Sed si veritatem catholicam consideramus qua receptum est ex D. d Gregorio in libris moralium, Angelo nunciante, & Spiritu sancto adueniente, mox verbum in vtero, mox intra vterū carnem factum: superior doctrina quæ 46. dies ad corporis Christi absolutio nem præsupponit, omnino temperanda est. Verissimum namque est Conceptionem Dominicæ carnis, Animæ infusionem, & vnionem Hypostaticam, simul in eodem instanti fuisse completam. Id quod Sexta e Synodo generali definitum extat. Idem docet Damascenus in libro da fide orthodoxa, & August. in libro de fide ad Petrum.

D. Tho-

a Ioa. 2. vers. 20. cū seq.

b D. Aug. tract. 10. pa. 39. to. 9. col. 2. C. D. & J. 83. qq. 856. pag. 240. co. 2. to. 4. Bedæ sup. Io. cap. 2. to. 5. pag. 551. & to. 8. pa. 125. Nouē mēses quib⁹ Christi⁹ fuit in vtero quomodo computatur.

c Sixtus Senen. pag. 154.

d B. Greg. Magn. lib. 18. morali cap. 35. in princ.

e Sexta Synod. actio 11.

D. Thomas tertia parte vbi late Medina eius interpres, Magister de Palacios in tertio sententiarū post Scotū & sequaces ibidē. Vnde ipsa formatio Corporis Christi in qua principaliter ratio cōceptionis cōsistit, fuit in instanti, ob agentis virtutem infinitā; Spiritus sancti videlicet, per quē Corpus Christi formatū est. Et ideo in primo instanti quo materia adunata, ad locū generationis peruenit, Corpus Christi perfecte formatū & assumptum fuit. Sicque Christus in instanti primo omnia membra & lineamēta necessaria ad corporis formationē habuit, licet non in ea quantitate quam per illos 46. dies habuisset. Quamobrē D. Aug. præcitato loco de perfectione quantitativa intra nouē mensium spatiū completa, & non de necessaria accipiendus est. Ex quibus facile poteris hæreticorum errores confundere, quos hac in re doctissimus & dignissimus Pater a Petrus Canisius, in lib. de virgine Maria optime confutat. Sed & ne in præsentiarum desint aliqua hebræarū cōputationū exēpla, inter plura à Sixto Senēsi & alijs proposita, aderit statim nomen illud in scripturis Christo Iesu Regi Messie sepe tributū nempe מלך tsemach, id est germen. In quo quidē eandem numerandirationem obseruant; quam in nomine מנחם Menachē id est consolator, quod numerum. 138. complectitur, licet in dictionario Fabritij Boderiani numerus 148. mense computetur. Quæ sane computationis ratio satis indicat quantum Messie nomen consolatori consonet, Et ipsum consolatoris nomen Messie conueniat. Ex nomine מלך Melach, id est Sal, hac eadem numerationis norma seruata, quanta mysteria elici possint, diffuse satis indicat perdoctus Bernardinus b Gomesius Saguntinen. Archidiaconus in libro suo de sale. Item ex illo leuitici c capite 18. vers. 5. ibi מלך vaschai, id est, & viuit, Grammatici colligūt illas 18. varietates pronominū de quibus superius d. egim⁹. Adde Alphōsū Zamoren. in sua grammatica vbi eas sic colligit. Valet enim vau,

R R r sex 11. regu. 3

Cōceptio nis Christi ratio in quo potissimū consistat.

Cōtra hæreticorū errores.

a R. Petrus Canisius lib. 3. cap. 22. pag. 362. Nomen Messie germen.

b Nomen Messie cōsolator Salis mysteria.

c Bernard. Gon. cli⁹ lib. 5. pag. 13. cū seq. d. Leuit. 18. 5. Lib. 3. cap. 11. regu. 3

sex, & chet, octo, iod Decem, & ita decem & octo conficiunt. Simili etiam modo inter nomen illud dulcissimum Iesu, & nomen purissime virginis Mariæ, atque nomen Ieouah, non paruum similitudinem ex hac ipsa numerorum obseruatione deprehendemus. Cum hæc tria nomina, videlicet, nomen virginis Matris Mariæ **מרים** Miriam, & nomen ineffabile Ieouah, & nomen **ישוע** Iesu, quadrilittera sint: Siue quatuor numero litterarum conficiantur. Quæ quidem similitudo significat, Ieouah, diuinitatem, & Mariæ humanitatem, & vtramque similitudinem in Christo vere existere. Idque aduersus hebræos ex harum litterarum & nominum mysterijs probat Alphonsus Zamorensis in epistola ad hebræos Romæ comorantes. Et eo magis cum numero nominis virginis purissimæ Mariæ sit 290. & numerus nominis Ieouah, 26. quos numeros si coniugas efficies numerum 316. Qui tamen ex his duobus nominibus, Ieouah, & Mariæ compactus, in solo ipso nomine **ישוע** Iesu reperitur. Quippe quia iod valet decem & scim 300. vau sex. Et ita numerus vtriusque nominis in filio Iesu, vtramque naturam satis designat. Aliud mysterium nostræ salutis iuxta hanc numerandi formam ex eodem nomine Iesus litteris græcis conscripto, venerabilis Beda subtiliter elicit. Scribitur namque apud græcos **ΙΗΣΟΥΣ** Iesus: Quæ litteræ numerum 888. conficiunt, qui quidem futuræ resurrectioni optime accommodatur, cum octauus numerus resurrectionem significet. Nam dominus post septimam sabbati resurrexit: Et nos post sex ætates seculi, & septimam Animarum in cælis interim, aut in purgatorio viuendum resurrecturi sumus. Coniunge tamen his numeris quæ Epiphanius & Iræneus aduersus hereses locis nuper citatis de numeris nominis Iesu adnotarunt. Commemoratione etiam dignum est, illud Arcanum mysterium dictionis, lemarbe, id est, multiplicabitur cuius superius meminimus, ubi mem clausum, præter naturam hebrai-

Nomina Ieouah Iesu & Mariæ similia

Christi vtraque natura ex similitudine nominum

Zamorensis cap. 7.

Beda luc. 2. li. 1. to. 5. pag. 212 refer. Sixtus senen. lib. 2. pag. 119. A.

lib. 1. c. 4. Tempus aduentus messie ex numeris.

hebraicarum litterarum in medio reperitur: continet namque (vti refert Petrus Brutus Episcopus Cantarenfis, aduersus Iudæos probatus à Sixto Senensi loco superiore) per supputationem hanc, numerum annorum aduentus messie, ab eo tempore, quo propheta Esaias de ipso vaticinatus est. Sumendo igitur in primis thau litteram, quæ numerum 400. continet, & post eam ab aleph vsque ad mem clausam litteram procedendo inuenietur numerus 185. qui coniunctus præcitato numero 400. annos 585. efficit. Quod profecto tempus erat à vaticinio Esaiæ vsque ad Messie aduentum decurrendum. Utuntur tamē hebræi in hac numerorum computatione, numeris maioribus & minoribus: Numerus maior est, quando totalis valor illius sumitur, vt in hac dictione **שְׁעָדַי** Scadai, scim est numerus valoris 300. Daleth quatuor, iod Decem: & ita sumptis his litteris iuxta totalem valorem quem obtinent, computatio, fieri dicitur per numerum maiorem. Numerus vero minor, dicitur quando ex denarijs & centenarijs unitates tantummodo desumuntur. Verbi gratia; in eadem dictione **שְׁעָדַי** scadai, scim, valet 300. relictis tamen illis, ex vnoque Centenario, si accipiamus vnum pro 300. substituemus tres: ex iod qui valet decem, vna unitas desumetur: Daleth littera siue quæuis alia similis ad denarium, aut centenarium minime ascendens integra remanebit. Et ita habebimus numerum minorem. Sed vt libere dicam quod sensio hoc maioris & minoris numeri subtile inuentum, aperte indicat, quam futilia & vana sint ea mysteria, quæ per vnum aut alterum computandi modum, ad libitum excogitantur. Huic præterea tractationi adnectanda sunt illa quæ venerabilis Beda, ex numeris annorum Leui. Gath, Moysi, Aaronis, Ruben. & Simeonis atque aliorum veterum Patrum in exodum adnotauit, vbi etiam de plenitudine numeri decenalis & mandatorum Dei, atque tabularum, mysteria aliqua proponit, & in

Petrus Brutus.

Sixtus Senen. lib. 3. 154.

Duplex computandi modus per numeros maiores & minores.

Beda in exodum cap. 6. & 7. to. 4. pag. 111. & c. 20. pag. 130. & ca. 33. pag. 143.

annotationibus in librum^a numerorum sex plaustrorū
 myſteria conſiderat, atq; etiā duarū tubarū Argentearū,
 & tabernaculi myſteria, de qua re Greg. Nyſſen^o, philo de
 vita Moſis Clemens^b Alexandrinus in libro ſtromatū &
 Sixtus Senenſis videndi ſunt. Quamplurima alia ad ſa-
 crorū numerorum allegorias atque myſteria conducē-
 tia, volumen integrum deſiderantia, lubenter prætermi-
 timus, ne liber hic, præſcriptā metam tranſgrediatur. Sa-
 tis tamen erit ſtudioſo lectori, integrum legere tractatū
 de allegorijs numerorum Sacræ ſcripturæ, ab Eucherio
 compoſitū ſub titulo formularum ſpiritualium, & Fratrem
 Laurentanum in appendice numerorū ad ſyluam allego-
 riarum. Martinum Martinez in ſuo hypotipos. vbi plu-
 res numerarum allegorias vtiliter proſequitur. adde R.
 P. & præfulem Fratrem^d Hieron. Vielmium in lectio-
 nibus ſex dierū: & Iacobum^e Pamelium in adnotatio-
 ad B. Cyprianum, Sixtum Senenſem de elementaria in-
 terpretatione Sacræ ſcripturæ. Et nouiſſime integrum
 librum in partes duas diſtributum de myſtica numerorū
 ſignificatione, edidit præcitatus Reuerendus Dominus
 Petrus Bongo canonicus Bergomaten. vbi fuſe & do-
 cte plurima myſteria delucidat. Sed non ideo noſtra
 hæc diligentia ſuper vacanea manebit, vnde præter ci-
 tatos authores, & B. f. Augu. in libris de muſica & pagni-
 num^g in Iſagoge, Addēdus^h eſt Philon in libro de mun-
 di opificio vbi pulchre de quaternarijs, & in libro de
 ſacrificijs abelis & Kaim vbi de numero quinquagena-
 rio, & in libro quod deterior potiori inſidiatur, & de
 Senario in præcitato libro de opificio mundi atque
 etiam de ſeptenario. Diſerte etiam ſcribit, B. Grego-
 rius Nazianz.ⁱ de ſenario & quintodecimo numero &
 de denario, atque decimis, cui adiunge de eodem de-
 cimarum articulo^k Origenem in cōmentarijs numerorū,
 & Philonē^l de charitate & in lib. de præmijs ſacerdo-
 tum. & in lib. de cōgreſſu quærendæ eruditionis gratia.
 De

Philō. de charitate. pag. 449. & 527. cū ſeq.

De Quinario^a vide Iren. aduerſus hereses, adiunge ha-
 merū in primū caput geneſeos vbi de numero binario
 cur ſit infauſtus & Aug.^b Eugub. ibidem. Porro de nume-
 ro pari & impari Simplicio & composito vltra Lud. Cæ-
 lud. Rhodigi. ſuperius hoc libro cap. 10. & vndecimo ci-
 tatū; Accedat adhuc & Beda^c poſt D. Aug. in queſtio-
 nibus in geneſim, & Gregorius Petr.^d Toſofanus in ſua
 ſyntaxi Artis mirabilis poſt congeſta per Caſſaneū. Iu-
 reconſultum in cathalogo gloriæ mundi titulo de Arith-
 metica. Adde Martinū^e capellam & Franciſcum altem-
 num^f de opificio mundi. lib. de quantitate. Vide præte-
 rea de numero ſeptenario Iuſtinū^g ſub quæſtionū Chri-
 ſtianarum, & Eugubinū in primum caput Iobi poſt Cy-
 priam. & alios patres quos Pamelius^h ad Cyprianū citat.
 De numero 40. dierum agitⁱ Origen. in libris numerorū,
 & de ſignificatione 40. plagarū quæ excedi non poterāt,
 Cyrilus^k in ſua colectanea. Et de numero centenario
 vide per Bedam.^l & Origenem de numero 25. & 50. De
 ternario numero Auguſtinus^m Eugubinus plura quidē
 notatu digna in libris de peremni philoſophia adducit,
 poſt Ioannemⁿ Damascenū eiusque interpretem, qui de
 trinitatis myſterio pulchra quidē cōſiderat, & celebrem
 illum hymnū Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus
 Sabbaoth explicat, & latius P. Bergamenſis iam citatus
 De numeris ſpiritualibus vide D. Auguſtinum ſuperius
 hoc ipſo libro citatū capite decimo & Galeotū^o Marcii
 de promiſciua doctrina ſeu diſciplina. His etiā Myſterijs
 coniungēda ſūt alia nō vulgaria quæ Abraham^p Buchol-
 cerus chronologicus ſupputator in ſua Iſagoge chrono-
 logica, ex numeris Iubilæi, Millenarij, & alijs huiusmodi
 ſtudioſe coaceruauit. Apud hoſce ergo authores vniuer-
 ſa quæ ad numerorū myſticas ſignificationes, & arcana
 myſteria pertinere poſſunt, facile repēriemus. Obidque
 capiti huius, iam finem lubenter imponemus.

R R r 3 De

maſce. lib. 3. de fide orthodoxa c. 5. de numero naturarū & in li. de triſagio a fol.
 486. cum ſeq. o Galeotus Marcus. cap. 24.

^a Quinari^o
 Iren. lib.
 2. cap. 42.
^b Eugubin^o
 pag. 101. c.
^c Beda to. 8
 pag. 124.
^d Petrus to
 loſanus li.
 15. cap. 10
^e Marti. ca-
 pella li. 7.
 de Arith-
 metica.
^f Altemn^o
 lib. 9.
^g Iuſtin. to.
 3. pa. 105.
^h Pamelius
 pag. 342.
 col. 1.
ⁱ Orig. c. 13
 homil. 8.
 pag. 125.
 col. 2.
^k Cyril. pa.
 1038. to. 1
^l Beda c. 5.
 to. 4. pa. 33
^m Orig. to.
 7. homil. 5.
 pag. 119.
 co. 1. quar-
 to capite.
ⁿ Aug. Eug.
 li. 2. c. 7. &
 lib. 1. c. 13
^o B. Ioa. Da

De varijs litterarum formis, & earum permutatione. Cap. XV.

Arcana ex vana litterarum forma.



Considerantur sepe formę vel figurę, positionesque litterarum; vt iuxta earundem statum, Arcana quoque eliciantur nonnulla. Atque ideo hebręi litteras magnas, sicuti & paruas, inuertas, suspensas, atq; permutatas speciatim obseruant. Quam firmo tamen fundamento id fiat, iam ex superioribus satis liquet. Reperiuntur ergo litterę magnę in lege locis sequentibus.

Paralip. 1.1.	Adam Sceth	א	אדם שת אנוש
Genes. 1.1	In principio creauit	ב	בראשית ברא
Leuit. 13. 33.	Et radet se	ג	והגלח
Deuter. 6.4.	Dominus Deus noster Dominus vnus est.	ד	יהוה אלהינו יהוה אחד

Istud daletth magnum, significat; tria Dei nomina præcedentia, vnum Deum, seu vnitatem substantiæ designare.

Deuter. 32.5.	Nunquid Deo retribuētis istud.	ה	הליהוה תגמלו זאת
Leuit. 11. 34. & Ester. 9.9.	Quicquid incedit super pectus Vaizatha, nomen propriū.	ו	כל הולך על גחון ויוחא

Memem-

Mementote legis, & Nunquid vt scorto abuti debueret sorore nostrę.	ז	זכרו תורה הכוננה יעשה את את אחותנו	Malac. 4.4. Genes. 34. 31. Ester. 1.6.
Auleum viride & hiacintum.	ח	חור כרפס והכלת	
Melius nomen, quam oleū bonum, & Auferat, à me virgā suam.	ש	טוב שם משמן טוב יטר מעלי שבטו	Eccles. 7.2. Iob. 9. 34.
Et nunc magnificetur questo.	י	ועתה יגדל נא	Num. 14. 17.
Et locum quem plantauit scilicet visita, vulg. Et perface eam quam plantauit.	יכ	וכנה אשר נטעה	Sal. 79. vel secundum hebreos 80. 16.
Et Proiecit eos.	ל	ושליכם	Deut. 29. 28.
In hoc loco lamen magnum significat perditionem sempiternam.			
Quiesce hac nocte. Et stello.		ליני הלילה והלמאה	Ruth. 3. 13. Leuit. 11. 30.
Parabole Salamonis.	מ	משלי שלמה	Prouer. 1. 1.
Præponitur mem magnum, quia prouerbia magna sunt in suis sententijs & numeris.			
Filios vsque ad tertiam generationem.	ס	בני שלשום	Genes. 50. 22.
Ad multiplicandum.		לסרבה	Esaia. 9. 7.

RRr 4 Seruans

Exod. 34. 7.	Seruans	ז	נוצר
Num. 27. 5.	Et obtulit Moyses iudicia earum.	י	ויקרב משה את משפטן
Ecclef. 12.13.	Finis	ם	סוף
Deut. 6.4.	Audi	ע	שמע
Genes. 30. 42.	Et inserotinando	פ	ובהעטיף
Esain. 56. 10.	Speculatores eius. Et	צ	צופו
Deuter. 32.4.	Petra, siue Fortissimus	צ	הצור
Exod. 34. 14.	Non incuruaberis Deo alteri	ך	לא תשתחוה לאל אחר
Cant. 1.1.	Canticus canticorum. Ponit hic littera magna, propter misteria magna.	ש	שיר השירים
Ester 9. 29.	Et scripsit Ester.	ת	ותכתוב אסתר
Deuter. 38.31.	Perfectus eris		תמים תהיה

Ex quibus omnibus iam aduertere poteris, non solum has litteras magnas reperiri in locis adnotatis in principio libri, sed etiam in medio clausularum, & libri, ut inde facilius appareat magnitudinem illarum aliqua misteria continere, quæ sapiens, & studiosus lector diligentius indagabit.

קטנות

אב מאותיות קטנות
שבחורה

Alphabetum de litteris paruis, que sunt in lege. Cap. XVI.

ET vocauit Moysen	א	ויקרא אל משה	Leuit. 1.1.
Da da, seu Aufer aufer.	ב	הב הב	Prouer. 30.15.
Et gleba pulueris.	ג	וגוש עפר	Iob. 7.5.
Et scrutator		ונרנן	Prouer. 16.28.
Homo oppressus	ד	אדם עשוק	Prouer. 28.17.
In creando	ה	בהבראם	Genes. 2.4.
Pactum meum pacem.	ו	בריתי שלום	Num. 25.12.
Vai Zatha, nomen proprium.	ז	ויותא	Ester 9.9.
Innocens, siue mundus ego.	ח	חף אנכי	Iob 33.4.
Remoueat de super me virgam suam.	ט	יסר מעלי שבטו	Iob. 9.34.

Sed in aliquibus codicibus est teth magnum, & non paruum, sed bene reperitur teth paruum in lib. tren. 2. 9.

Demerse sunt		טבעו	Tren. 2.9.
Fortis genuit te.		צור ילדך	Deuter. 39.18.
Et ad lugendum eam.	כ	ולבכותה	Genes. 23.2.

Quo loco ponitur caph paruum, ut ostendat scriptura, strenuos, & maximos viros, uti erat Abraham, non debere morte eorum, quos tenere, & vnice amant, prolixo luctu, & in libri platu sentire: sed moderate, & ut virum generosi animi decet.

O vos

Treni. 1. 12. Deuter. 31.27. Leuit. 6.9	O, vos Rebelles Sed ibi, & Leuitic. 6. 9. Vftio, vbi vulg. ait cremabitur, mem est vftita- tatum & non paruum.	ל	לוא אליכם ממרים מוקדה
Treni. 4. 14. Prouer. 26.28. Efaia 44. 14.	Mofi sunt Sed hoc in loco est nun vftitatum, & non paruum: nec re- peritur prouer. 26. 28. ibi כרנן quia ibi etiam est nun, finale vftitatum: nec etiam Efaia 44. 14. אורן Pinum.	נ	נעו
Nahum. 1.3.	In tempeftate Sed nec ibi est famech paruum; nec Pfal. 27. 5. ibi, In tabernculo suo.	ס	בסופה בסכה
Tren. 3. 36.	Ad declinare Sed ibi etiam est littera magnitudinis folitæ. In auro, siue diluculo. Sed ibi est littera magnitudinis folitæ	ע	לעות
Ierem. 14. 2.	Et clamor Hic non est stadi paruum.	צ	בשפרפרא וצוחת
Iob 16. 14	Super facies ruinæ Hic non est stadi paruum	ץ	על פני פרץ
Genef. 27 46.	Afflictâ sum angustijs in vita mea	ק	קצתי בתי
Ester 9.9.	Parmasta	ר	פרמשתא
Ester 9.9.	Parfendatha	ת	פרשנדתא תלויות

אותיות תלויות

Littera suspensa.
Cap. XV III.

Filius Manaffe.

נ
ע

בן מנשה

Judic. 18.
30.

Nghain suspensa duobus in locis, Iob. 38. 13. & 15. reperi-
riri ab aliquibus dicitur verum ego, nec in modernis
ne in antiquis libris reperire potui.

אותיות כתובות

לאחוריהן

Littera inuerse, in contrarium, siue retorte.
Cap. XV III.

Nvm. 10. 35. & ii. i. Vtrobique num inuerfum re-
peries, verbo ניהי adiuuentum.

Num. 10.
35. & 11. 1

אלה הן האותיות

המתחלפות

זו בזו

Ista sunt littera communitate una pro alia
Clp XIX.

SUPERIUS lib. 1. cap. 7. demonstraui quoniam mo-
do litteræ pro alijs substitui soleant. Dicitur autem
ista transmutatio תמורה remura, idest commutatio, seu
mutua litteræ pro littera positio. Qua in re aliqui consi-
derant litteras, 22. vicibus iuxta earundem 22. alphabe-
ti numerum, permutari; ita vt binis quibusq; litteris co-
niugatis, liceat alteram pro altera sumere, eaque combi-
natio, siue coniunctio, dicitur צירוף. Ita vt aleph,
& beth

Litterarum
commuta-
tio.

& beth sub primo iugo, ghimel & dalet sub secundo iugo, & sic deinceps. Littere autem alie pro alijs per mutatas, sequentibus in locis scripturae reperiuntur. Omnium autem litterarum transmutationum antiquissima, quae apud rabinos reperitur est illa quae dicitur athbasc

Qua quidem fit, ut littera in oppositam litteram commutetur. Verbi gratia, tau, pro aleph, & e contra. Beth, pro scin, & e contra. Nam ת, tau est ultima, & opponitur aleph quae est prima; & sic ש scin est penultima & opponitur ב, beth quae est secunda: & ita Hieremia ea oppositionis litterarum commutatione, cum misterio usum fuisse tradunt cap. 25. 26. ibi ששך Sciesciach pro בבל Babel.

Hiere. 25. 26.

Vides hic quomodo ש scin opponitur ב beth, & pro beth ponitur: & quomodo כ chaph opponatur ל lamed, & ita chaph pro lamed positum sit, quod quidem ingentem inuersionem & rerum confusionem in Babylone futuram significabat. Porro de alijs commutationibus, vide late Bonaventuram Bertramum in sua Aramea comparatione per totum caput quintum, & vide in fine huius capituli & libro 8. cap. 2.

Amos 6. Aleph ponitur vice nghain, ut Amos 6. 9. מתאב אנכי pro מתעב אנכי idest abominor ego.

Psal. 76. 6 Ponitur etiam vice ה he, ut שחוללו idest depredati sunt pro השחוללו. Et quandoque loco vau, idque duplicimodo, vel inscribendo ut Psal. נאות idest Incolatus, pro נאות aut in proferendo, ut וראמה in lib. Zacch. idest

Psal. 65. 13. Zach. 14 10. & exaltabitur pro וראמה Inuenitur quoque vice Lamed

Iob. 15. 32 secundum aliquos, ut in lib. Iob. ibi תפלא .i. scindetur, pro תפלל

Psal. 68. 31. Beth ponitur loco פ, Pe, ut בור עמים idest disperfit populos; pro בור

Ghimel

Ghimel inuenitur positum loco כ caph, ut לא רגל idest Psal. 15. 2 non explorauit pro רכל

Sic etiam בון pro מסך idest temperamentum. Cant. 7. 2.

Daleth ponitur loco Resc, ut in Jerem. ידו אליה idest Ierem. 50. 14. projicite ad eam, pro ידו

Sic etiam in Leuit. הנהה pro הנהה nomen auis. Leui. 11. 14.

He videbis positum loco ח cheth apud Esaiam in dictione He videbis positum loco ח cheth apud Esaiam in dictione הוברים idest speculantes pro הוברים vbi tamen est nota varia lectionis. Esai. 47. 13.

Ponitur loco Aleph ut in lib. Regum הושיע idest feruabo, pro הושיע 2. Regum 3. 18. Ezech. 16 33.

Ponitur etiam vice num ut in Ezech. ibi נדה idest donum meretricis, pro נדה

Et vice vau, ut in Exod. ibi ברעה .i. in iubilatione eius, vel vociferatione pro ברעה Et ibi e varia lectionis nota. Exod. 32. 17. Nahum 2. 14.

Et vice Iod, ut in lib. Nahum ibi מלאכה idest Legatorum meorum pro מלאכה Tren. 3. 49.

Nouissime autem ponitur loco tau, ut in lib. Tren. ibi תבנות pro תבנות idest requies, aut intermissio.

Sepe numero vau ponit loco Iod, ut in historia Genesios ibi ללן pro ללן idest ad dormiendum, seu pernoctandum. Genes. 24. 23.

Et loco ה he, ut in Iob ibi שלו pro שלו idest pacificus. Iob. 16. 13. Prouer. 1. 9.

Et vice Aleph ut in lib. Prouer. ibi אל תבא idest noli pro אל תאבה

Littera Zain ponitur loco Daleth ut patet in Esaiam, ibi קפוד pro קפוד Esai. 34. 15.

Et

2. Regum 1.20. Et loco samech vt in libro 2. Regum, ibi תעלו ונהוהו pro תעלו ונהוהו idest letabuntur.
Ezech. 1. 14. Ponitur etiam vice Resc vt in Ezech ibi בוק pro בוק idest tonitruum.

Ezech. 27 24. Cheth ponitur loco Zain vt in Ezech. ibi וחרוים pro וחרוים idest torques, secundum Chimchium.

Ezech. 21 15. Ponitur quoque vice nghain vt in lib. Ezech. ibi אבצת חרב idest acies gladij pro אבצת חרב.

1. Re. 20. 33. Teth Inuenitur aliquado loco tsadi vt in lib. 1. Re. ibi וחרלו pro וחרלו idest & rapuerunt.

Cant. 1. 6. Sic etiam in lib. Cantic. נוצרה idest custos pro נוצרה. Adhuc Teth ponitur loco Tau idq; accidere solet, quando tau hithpael precedit tzadi, idest quando prima littera radicalis est tsadi, vt in lib. Genes. ibi נצטרק idest iustificamur, pro נצטרק.

Iob 28. 25. Ponitur loco koph vt in lib. Iob. ibi תקן pro תקן idest direxit vel firmavit, aut appendat. Sic etiam e conuerso vt paulo post in littera koph adnotabimus.

Osea 7. 12. Ponitur etiam vice beth, vt באשר ילכו idest quoquo ibant in Osea, pro באשר.

Psal. 30. 16. Ponitur quoq; vice Ghimel vt ונהוהו pro ונהוהו .i. Hortus.

Esaia 13. 22. Lamed collocat vice Resc vt בארמנותיו pro בארמנותיו idest, In palatijs suis.

Iob. 2. 13. Ponitur etiam vice beth, vt ארץ וישבו אהו idest. Et sederunt cum eo in terra, pro בארץ.

Mem

Mem ponitur loco Beth, vt בסניניו pro בסניניו idest in Deuter. 33. 2. Sinai venit. Similiter in Leuit. ibi במחרת pro במחרת .i. in crastino. Leuit. 23. 11.

Non nulli afferunt, nun poni loco Lamed, vt ל pro ל sed non reperitur.

Alia tamen in dictione, reperitur hæc permutatio vt Ezra 13. 7. ושבתי pro ושבתי idest cubiculum.

Et vice Mem vt מבוכים pro מבוכים secundum aliquos. Exod. 14. 3.

Et similiter vice Mem vt הימים pro הימים idest dierum. Dan. 12. 13.

Et vice he, vt אתנהוהו pro אתנהוהו idest pretium meretricis. Ezech. 16. 13.

Et vice Zain, vt מעונייהוהו pro מעונייהוהו idest fortitudines ei. Esaia. 23. 35.

Samech ponitur vice Sin, vt נסה pro נסה idest eleua. Psal. 4. 7. Et loco Zain vt יעלו pro יעלו idest letabitur. Iob. 20. 18.

Inuenitur Ngain loco Aleph, vt פדעהוהו pro פדעהוהו idest redime eum. Iob. 33. 24.

Et loco cheth vt עושו pro עושו .i. cōgregamini festināter. Ioc. 4. 11.

Pe, ponitur vice Beth vt נשך pro נשך idest sufflauit. Esaia 40. 24.

Et loco mem vt ונאשרתפליטוהוהו pro ונאשרתפליטוהוהו idest & quo saluaueris. Michea 6. 24.

Tsadi loco Koph ponitur, vt בצלחתוהוהו pro בצלחתוהוהו idest in Prouer. 19. 24. Axilla, vel sub ascella vt vulg. habet.

Ponitur etiā loco Zain vt צעקהוהו pro צעקהוהו idest clamor. Esaia 5. 7.

Ponitur etiam vice Samech vt ונחומוהוהו pro ונחומוהוהו idest fraudator. Psal. 71. 4.

Koph

INDEX RERVM INSIGNIVM, QVAE EX HOC GLOBO COLLIGVNTVR,

In quo paginarum duntaxat etiam erratarum, ratio habenda erit.

<i>A</i>	
A Literae potestas, & valor. Pag. 39	non diuidit. 114
Abel fuit figura Christi. 791	Accentus At emarabil id est veniens à longe. 116
Abelis sacrificiū qd praefiguravit. 791	Accētus ad quid inuenti. 122. eorum origo. 123
Ablatiuum quae ex postulent. 537	Accentuum Hebraeorum diuisio, & vnde grammaticus. 125
Abominatio idololatrantium. 506	Accentus dat iudicium, et scientiā ad intelligendum. 126
Aben Ezra ex genere Ezrae. 605. & 612. & 614. & 628	Accentus Musici pro grāmaticis deseruiunt. 126
Abraham, et Iob patriarchā Noe viderunt. 792	Accētus grāmaticus quid operatur. 126
Abraham primus cum quo Deus foedum inijt. 792	Accentum grammaticum diuersimode locatum in diuersa operari. 128
Abraham ex cognitione rerum caelestium ad agnitionem Creatoris rapiebatur. 874	Accentus grāmatici triginta octo. 129
Abbreniatura ppie et impropie qd. 601	Accentus diuisiui quare dicantur. 129
Abbreniationū vsus antiquissim⁹. 597	Accentus Ministri qui, & quotuplices. 130
Abusus artium illas minime culpant, nec eis bene vtentes. 20	Accentus circumflexus non est Hebraeis. 125
Accentus, et valor litterarum vbi locetur. 39	Accentus gramm. aliquando locatur in vltima syllaba aliquando in alijs tam in verbis, quam nominibus. 137
Accentus grammatici, & Rhetorici differentia. 92	Accentus quando locetur in vlt. licet adsit segol. 138
Accentus quando ponatur in littera puncto longo affecta. 93	Accentus ponitur etiam in penult. 129
Accentus diuisiui, et deseruientis discrimen. 114	Accentus ponitur in penult. in omnibus tertijs personis faemin. presentis, verborū perfectorū, & quando sequitur dictio mono syl. vel habēs accentū in prima. 139
Accentus regius, siue diuisiuus vnde dictus. 114	
Accentus deseruiens dictionem	

RERVM INSIGNIVM.

Accentus in penul. in tertia plurali quādo vertitur in punctū lōgū. 140	chirek excepta prima. 373
Accentus locatur in penult. in tertia praeteriti plurali mascul. & tertia sing. fem. in verbis quibus quiescit, aut duplicatur; idē seruatur in participijs quiescentiū lamed, & in alijs quibusdam temporibus. 140	Accidentales futuri habent sub se Kamets, in secunda vocali vau scirek, seu cholem. 384
Accentus in penul. in futuris, & imperatiuis. 141	Accidentales habent aleph cum segol, & reliquae cum chirek. 385
Accentus quando ponitur in littera puncti principalis. 141	Accidentales huius futuri vt sub scribuntur, & quando amisso habent tsere. 410
Accentus duo quādo cōcurrunt in eadē dictione prior est rhetoricus, posterior grammaticus. 141	Accidentales, & secūda cum cholem, aut chirek. 431
Accentus regij aliquādo reperitur sine ministro, & qui sint. 142	Accidētales futuri oēs cū Kamets, & vltima cū tsere, & aliquādo cū pathach sequēte daghesc. 453
Accentus rhetoricus vnde dicitur, & circa quē versatur. 143	Actiua primae hic sunt in tertium transitiua. 285
Accentus rhetorici quatuor, et singulorum officia. 144	Actiua quaedam fiunt absque mutatione punctorum. 312
Accentus regij, & ministri in carminibus. 700	Adam, et Seth litterarum Hebraicarum auctores. 29
Accētibus musicis quōdo Hebraei in lectione scriptura vtantur. 146	Adam ironice appellasse Euam vitam, falsum. 251
Accentus habentes finem periodi. 227	Adam iratum cōtra Deum Euam à vita nominasse falsum. 251
Accidentia verbi septem, & quae. 249	Adam, & vxoris suae absconsio quare facta. 292
Accidentales praeteriti niphāl, & sequens gutturalis, vt scribatur. 298	Adam idem quod rubescere, ex terra rubra formatum dicunt. 26
Accidentales omnium temporum tertij coniug. à praeterito habent duplex pathach sequente gutturali. 298	Adam rerum omnium naturalium scientiam confusam habuit. 768
Accidentales futuri pe aleph habent cholem, & in secūda verbi pathach, aut tsere, quae adueniente vau mutant in segol. 350	Adam sui casus cognitionem non habuit. 773
Accidentalis in quo futuro imperatiuo, & infinito habeat tsere. 356	Adam tamquam doctor, & magister generis humani futur⁹, scientia infusa fuit ornatus. 768
Accidentales futuri omnes cum vau subscribuntur. 362	Adam rebus nomina imposuit ad ipsarū naturam conuerentia. 768
Accidentales futuri niphāl cum	Adam per peccatum non amisit scientiam gubernādi ea, quae ad corporis curam spectarent. 773
	Adam quare rerum naturalium, & supernaturalium cognitionem habuerit. 773

I N D E X

<i>Adam supernaturalium rerum cognitionem adeptus.</i>	773	<i>Adiectiua adverbialiter sumpta.</i>	518
<i>Adam qualem inspirationem, & reuelationem habuerit.</i>	774	<i>Adiectiua nomina quomodo efficiantur epitheta propria.</i>	522
<i>Adam ante peccatum quaedam diuina mysteria cognouit, que nos modo cognoscimus, per fide.</i>	774	<i>Aduerbia loci, & eorum regulę.</i>	546
<i>Adam in sopore illi à Deo immisso diuinam essentiam vidisse aliqui autumant.</i>	777	<i>Aduerbum lo negat ex sua natura, & aliquando est prohibentis.</i>	548
